



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google


El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

IUSTI LIPSI
POLITICORVM
SIVE
CIVILIS DOCTRINAE
LIBRI SEX.

Qui ad Principatum maximè spectant.

Additæ NOTÆ auctiores, tum & DE VNA
RELIGIONE liber.

Omnia postremò Auctor recensuit.



ANTVERPIÆ,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Ioannem Moretum.

MD. LXXIV.

Cum Privilegiis Casareo & Regio.



INSTITUTI
MUSEI
H. V. I.
MUSEI
MUSEI

ANNO
MUSEI
MUSEI
TYP. O. G. R. A. P. H. E,
Q. V. I. S. Q. V. I. S. E. S,
R. O. G. A. M. V. S.

Ne absque nostro arbitrio aut iussu hac recedas.

*Minuta quaedam hic servavimus, in Punctis, Inter-
uallis, Notulis, Verborum discriminibus, haud
facile per te servanda: sed quae neglegi tamen aut
inverti sine noxa Operis non possunt.*

MUSEI
MUSEI
MUSEI
MUSEI
MUSEI

IMPERATOR, REGES, PRINCIPES.



M P L V M & illustre
vestrum munus est,
quod sustinetis. Quid
maius inter homines,
quàm vnum præesse
pluribus; leges & ius-
sa ponere; maria, ter-
ras, pacem, bella mo-

derari? Diuinitas quædam videtur hæc di-
gnitas: & est profectò, si salutariter atque
ex vsu publico administretur. Sed hoc
quàm arduum sit, cùm ratio nos docet,
tum exempla. Illam si inspicimus; quan-
tæ molis ab vno capite tot capita coërce-
ri, & vniuersam illam multitudinem, in-
quietam, discordem, turbidam, leniter
redigi sub commune quoddam Obe-
dientiæ iugum? Si hæc; quàm pauci ab
omni æuo reperti, qui laudabiliter hoc
munere functi & defuncti? Nimirum ma-
ius quiddam est quàm imperiti suspicen-
tur, cursum rectum in vndoso illo mari
tenere, & in summâ Fortunâ non abripi

A 2 licen-

licentiæ ventis. Quàm multis virtutibus
 opus est, quibus velut anchoris hæc nauis
 firmetur? quàm variâ Prudentiâ, quo velut
 clauo gubernetur? Vt verissimè dixerim,
 difficile esse homini in hominem impe-
 rium: nec vnus mente vnquam dirigen-
 dum. Ideò meritò laudâdi Sapientes, qui-
 bus olim & nunc hæc cura, vt salutarium
 monitorum face præluerent imperanti.
 Quâ enim in re melius mereantur de ge-
 nere humano? In moribus aut scientiis a-
 liquid præcepisse, laudem & vsum habet:
 & non magis in regno & administratione
 ciuili? cùm illic vnum aliquem ciuem me-
 liorē doctiorēve facias; hîc, in vno om-
 nes. Nam ita profectò est: arctâ quadam
 catherinâ deuincti sumus, qui imperamur,
 cum imperante. & vt in corpore mens sa-
 na aut infana esse non potest, nisi vt pari-
 ter vigeant aut langueant eius functiones:
 nō item in hac societate, Princeps. Ad vir-
 tutem ille præit? sequimur. ad vitia? incli-
 namus. Benè beateque agit? floremus. im-
 prosperè? labimur aut ruimus cū illo.
 Atque vt à sole in subiecto hoc orbe lux
 aut tenebræ: sic à Principe apud subditos
 praua pleraque aut recta. Cæsar ille non
 animosè magis quàm verè dixit:

-Pro-

-- *Procerum motus hac cuncta sequuntur.*

Humanum paucis vivit genus.

Ergo eximia hæc ratio de republicâ benè merendi, de Principe benè mereri: id est, ducere eum & dirigere ad metam illam Publici boni. Nam hic, ne erretis ô Principes, vester finis. Præstis hominibus, sed hominum causâ: nec domini modò & arbitri rerû, sed tutores & administri estis. Mali improbiqûe illi, qui in imperio non nisi imperium cogitant; superbi, desides; & qui se non ciuibus datos arbitrâtur, sed sibi ciues. Nam sicut sidera illa splendorem habent, sed vt vsibus mortalium deseruiant: sic vos dignitatem, sed cum munere officioqûe deuinctam. Collata est in sinum vestrum à Deo hominibusqû. Republica: sed nempe in sinum, & vt foueatur. O verò iustum & legitimum illum Principem, qui in summo fastigio, non magnus magis quàm bonus audire desiderat: & duas res diuersissimas, Potentiam ac Modestiam, miscet! Quem produntem, certatim velut beneficum & salutare quoddam numen aspiciunt: inter amorem timoremqûe mediij: & alternis iudiciis ambigentes, Dominum salutent an Patrem. Hæc illa sunt, Principes, præ-

A 3 clara,

clara, tuta : ad quæ veteres & ego vos vo-
 camus. audite. nec ideò consilia nostra
 aspernemini, quia estis supra iussa. Nam
 vt illud in Principatu beatissimum est,
 nonc ogi: ita miserrimum, non suaderi.
 Sunt apud vos fateor, qui consilij sui-
 copiam assiduè faciant: sed vtinam consilij
 fidi semper & recti! Alphonfus olim, exi-
 mius ille regum, interrogatus, Qui essent
 optimi consiliarij? Mortui, respondit. li-
 bros scilicet & hæc talia monimenta in-
 telligens, qui nihil blandientes, nihil ce-
 lantes, puram meramque propinant ve-
 ritatem. Ea vt sensibus vestris infideat; &
 quæ optima sunt aut per me cognoscatis;
 aut mecum recognoscatis; te qui Æter-
 na Veritas es, ex imis sensibus precor.
 Valete

IMPERATOR,
REGES,
PRINCIPES,
 & salubriter diu regnate.

Si de-

Si delectamini sedibus & sceptris o reges populi, Sapient. cap. vi.
diligite Sapientiam, ut in perpetuum regnetis.

Si vis tibi omnia subicere, te subice Rationi. Seneca Epist. xxxvii.
Multos reges, si Ratio te rexerit. ab illâ disces,
quid & quemadmodum aggredi debeas.

Ἡς πολιτικῆς ἀνθρώπου ἀρίστη ἔκστασις τελειότερα: Plutar. Caes. Maiores.
Virtute Politicâ prastantiozem nullam homo
assequitur.

DE

DE CONSILIO ET FORMA NOSTRI OPERIS.



Finis huius
scripti.

Prisci quo-
que in hac
materie:

Sed nō tam
præcise,

Nec tãno-
bis aptè.

Novitij
plerique
futilis.

Machia-
uellus ar-
guus:

VIS QVIS es Lector, paulsum in
vestibulo hoc siste. Non diu te
morabor, nec ambitiosè addam
muneri meo pompam: saltem
Consilium instituti operis nosce,
& eius Formam. Quod nunc tibi
damus, POLITICA esse vides. in quibus hoc nobis con-
siliium, ut quemadmodum in Constantiâ ciues for-
mauimus ad patiendum & parendum; ita hic eos qui
imperant, ad regendâ. Quod fecisse ante me alios ni-
hil abnuo: & eximie fecisse. in primis illos veteres. in-
ter quos Plato præcellit & Aristoteles: sed hic magis,
Quo minor est, quisquis maximus est hominum.

Sed hi tamen de Repub. vniuersâ & cōmuniter scri-
pserunt: ego velut partem aliquam magni huius agri
colendam mihi sumpsi, PRINCIPATVM. Quod ipsum
et si inter veteres suauissimus scriptorum Xenophon
fecit: tamen parum profectò, si verum amas, distinctè
aut plenè. & addo, quòd in priscis aut barbaris illis ri-
tibus, haud vsquequaque conuenienter ad hoc animum.
Nam qui nuper aut herè id tentarunt, non me tenent
aut terrèt. in quos, si verè loquendû est, Cleobuli illud
vetus conueniat: Αμουσία τὸ πλεον μέρος, λόγων τε πλῆ-
θος: Inscitia in plerisque, & sermonum multitudo.

Laſrs. in
Cleob.

Nisi quòd vnius tamen Machiaueli ingeniû nō con-
temno,

temno, acre, subtile, igneum: & qui utinam Principem suū rectā duxisset ad templum illud Virtutis & Honoris! sed nimis saepe deflexit, & dum commodi illas semitas intētē sequitur, aberravit à regiā hac viā. Sed saepe prauus.

Cum veniā igitur nos quoque hac scribimus: praesertim alio quodam & nouo planè modo. Nam inopinatum quoddam stili genus instituimus: in quo verè Forma noua nostri operis.

possim dicere, omnia nostra esse, & nihil: Cum enim inuētio tota & ordo à nobis sint, verba tamen & sentētias variè conquisuimus à scriptoribus priscis. idq; Concinnata ab aliis; maximè ab Historicis: hoc est, ut ego censeo, à fonte Maximè ab Historicis.

ipso Prudentia & Civilis. Nec huc à ambitionos aut nouitatis ventus impulit (ingenuè id testor:) sed tuus fructus. Quid utilius potui, quàm tot Sententias in vnū conducere, pulchras, acres, & ita me salus amet, Vsum hoc habet:

ad salutem natas generis humani? Nam quòd ego eadem dicerem: ecquando mihi eadem vis aut fides? Vt Et fidem.

in vno aliquo telo aut gladio multum interest, à quā manu veniat: sic in sententiā, ut penetret, valdè facit robusta alicuius & repecta auctoritatis pōdus. Atqui ea veteribus adest. Nec verò nudas aut sparsas Centonem quendam fecimus.

sententias dedimus; ne diffluerent, & esset, quod dicitur, Arena sine calce: sed eas aut inter se haud indenter vinximus, aut interdū velut cemento quodam commisimus nostrorum verborum. Ad summam, ut Phrygiones è varij coloris filo vnum aliquod auleum formant: sic nos è mille aliquot particulis vni forme hoc & cohaerens corpus. Quod ipsum figuris etiam & Figuras verborum sententiarumq; miscuimus. vario sermonis ductu ornare ausus sum: ut non colorem solum haberet, sed quasi spiritum & vitam. Hoc

B

totum

Sueton.
Calig.

Scripti hu-
jus moles
& molestia

totum quam arduum, in ardua ista materie, mihi fuerit, frustra dixerim apud non expertum. Siquis volet, per tentamentum & iocum pauca aliquot Capita concinnet in Populi aut Optimatum statu: nam eos non libavi. idè ποδ & , idov πόνδρα: Ecce Rhodus, ecce saltus. Atque eo maior mihi molestia, quod per hac aliena vestigia sic iuerim, tanquam in

Politica-
nos in ar-
tem rede-
gimus.

liberrimo ingenij cursu. Definiui, diuisi, excepi: & nihil omisi, quod faceret ad formam faciemq; perfecta artis. Rationes imò dictorum etiam addidi: non ignarus, plerosque hominum, ut Catonem illum, affici. qui iam tum puer ita preceptoris suo credebatur, ut

Breuitati
studuimus.

tamen identidem posceret & causam. Atque hac omnia, pro rerum quidem magnitudine, breuiter prestiti. Nec enim ad disputationes aut amœnitates me diffudi, sed pressis habenis curram hunc, ut sic dicam,

Et vsui, nō
pompe.

continui intra orbitas Vsus & Actionis. Ea mihi in oculis, ideoque nec ad tenuium rerum monitiunculas

Communia nostra
dogmata.

abij, contentus Communia quadam precepta dedisse, & velut decreta. Nam legem breuem esse oportet, Senec. in
epist. xcv.

ait Romanus noster Sapiens, quæ iubeat, non disputet. atque hoc seruauit. Quid autem opus aliter? Ut is qui iaculari alium docet, satis habet manum oculosque eius dirigere ad certos quosdam scopos: ille deinde arte eam utitur in quocumque loco aut intervallo:

Trahenda
ad res sin-
gulas.

sic animus, qui semel principia ista firmiter hauserit, facile ad alia transferet, nec monitorem in singulis requiret. Semen quamuis exiguum in bono solo sparsum facile comprehendit & se explicat: breue item monitum in bona mente. Hac forma nostri operis.

qua

*quæ ut aspecta statim placeat, haud uouea: magis,
ut inspecta. Πλάτων τὰ πολλὰ ὠνίτες συγγραφοῦσι, τοῖς* Quæ citò
placent, nō
diu placet.

Apyd Sto-
ban in E-
stuc. Eclog.

*ἀδονικοῖς κήποις εἰκαζον, οἱ τὴν ἀρχὴν ἐφήμερον ἔχοντες, ῥα-
δίως μαρμαίρον*) : Plato pleraque scriptorum cum
Adoniis hortis comparabat, qui subitò & die vno
nati, celerrimè peieunt: *spero haud id eueniet huic*
nostro. quod laboriosè satum, vires magis à tempore
capiet, & , poëta verbis,

Ne mihi
hoc elia.

Horat. 1.
Carm.

Crescet occulto, velut arbor, æuo.

Sed iam addo

M O N I T A *quadam, siue* C A V T I O N E S.

NAM futurum vt in varia iudicia siue voces hic labor
noster incurrat, valdè temporum & morum ignarus
sim, nisi sciam. Omnes hodie in Politicâ istâ re aliquid fa- Curiosi ho-
die in alie-
nis scripsit,
aut carpe-
res.
piunt aut vident: atque etiam ij, qui nihil vident. Occur-
rendum igitur breuiter his talibus est, siquid quærent aut
carpent: & tu simul, Lector, instruendus, vt magis ex tuo
meoque vsu me legas. Ac primum, nisi fallor, Calumnix Obscuritas
mibi obui-
citur.
reum erit in Obscuritatem huius scripti. Tenebrosum est,
inquiet, nec omnia in eo liquent. Credo. sed quæ mea hîc
culpa? scriptorum illa est, à quibus hausi: quorum, nescio
quomodo, vt quisque prudentissimus, ita astrictissimus est
& pauci sermonis. Ego quid facerem? ponere illa talia, lex
mei operis iussit; mutare aut addere, religio non permisit.
Tamen huic rei subsidia hæc cape.

I. Vt sæpiùs legas. Nam quod gladiatoribus imperari so- Qua fa-
ciant ei pel-
lenda.
Repetitio.
let, vtiliter ego hîc tibi, *Repete.*

II. Vt discrimina verborum, quæ mea, quæ aliena sint, Discretio.

B 2 (nam

(nam litterarum figurâ disparauimus) seriò obserues. Ad fidem cuiusque Sententiæ hoc faciet, tum etiam ad intellectum.

Distinctio. III. Ut distinctiones multo magis: id est, in fine cuiusque clausulæ cola posita, semicola, puncta, aut bipuncta. Nam pro his, sententia tibi tota terminanda est scilicet, aut sustentanda: videbisque vniuersam orationem per membra sua & periodos curiosè à nobis sic discretam. Nec enim finis semper sententiæ in fine clausulæ: sed pendet ea sæpe ac hæret.

Nosula. IV. Ut Notulas vbique adeas, quæ ad oram. Quas necti inter se reperiis; & magno tuo commodo, semper in iis Breuiiculum materiæ totius. imò & astringi sæpe ab iis aliquid aut explicati. Quæso, obserua. atque etiam hoc, ut Capitum summas præfixas non neglegas, eidem huic fini.

Modestabe nignitas. V. Denique, ut nequid in legendo asperum te præbeas aut morosum. Hoc aut illud non capis? ne damna aut abiice. sed quod olim Socrates, cum obscurum Heracliti librum legisset, tu dicit: Αἱ μὲν σωῆνα, ἡγοῦσα ὀίμαι δὲ, καὶ ἂ μὴ σωῆνα: *Quæ intellexi, proba sunt, credo, & quæ non intellexi.* Laert. in Socrate.

Fides nostra sugillatur:
Sed ab ignavis huius scriptoribus.
Calumniæ altera futura videretur, aut potius iam fuit, in meam Fidem. Non rectè, inquiunt, nec ex scriptorum mente quædam citas. Quàm risi, cum hoc audiui! Nam reuera culpant inciti homines, quod elegantior aliquis mihi det in laudem. Quî aliter potui, aut debui, in hoc scripto? Nón-

Centonum mos & ius.
ne enim Centonem quendam concinno (tale omnino nostrum opus) in quo liberi semper & laudati à sententiâ isti flexus? Consulant poëtas, qui olim & nunc sic luserunt. Id vnum modò spectandum est, nequid in sententiam improbam aut falsam flectatur. quod neque isti dicunt, nec verè vnquam in me dicitur. Etsi profectò leuicula hæc tota calumniæ, imò vana. Nam nos amœnitatis isto genere, in re

Nos vix usurpamus.
scilicet seriâ, nimisquàm rarò vsi sumus: & de industriâ, locum ei non dedimus, nisi fortè in connexionibus, aut ad vtilem

vtilem aliquam sententiam explendam. Nam tunc, cum nihil ab aliis directè sic dictum præ manu : quidni leuiter aliquid nec indecorè torquerem ? Licuit semper in hoc genere, & licebit. Nam illud omnino non excuso, quòd Auctorum verba non rigidè semper, & vt ab iis posita, repono: sed in Casu aut Tempore, pro orationis meæ conformatione, pauxillú inflecto. Constare aliter non potuit hic textus.

At Tertia Calumnia in ipsam Rem erit : idque variè. cum hoc illi, hoc alteri displicebit: quoniam Solonis verifimo verbo, In re carpi-
mur.

Apud Plu-
tarc. in So-
lone.

Εργμασιν εν μεγαλοις πασιν αδυν χαλεπων:

Omnibus, in magnis, difficile est placeas.

Huic adhuc incertæ quid opponam ? preces. Tria hæc rogo, quicumque me leget. Nostra hic
rogatio.

I. Vt nemo temerè me arbitretur aut iudicet, nisi sermonis Latij benè peritus. Nam qui leuiter tantum, (iam ante denuncio) potissimam non capiet scripti huius partem. Ne lingua
ignari iu-
dicent.

II. Vt nemo, nisi qui rerum etiam peritus. Non tu aliquis è plebe : non tu etiam liberalior mea iuuentus. Nam etsi capere hæc potestis, non potestis iudicare. Ne rerum
civilium
ignari:

III. Vt etiam qui vtriusque peritus, cunctanter tamen pronunciet & lentè. Hoc aut illud offendit ? sustine paullisper nigrum calculum, & ad NOTAS meas diuerte. Nam eas duplici hoc fine ad finem adieci : vt & ambigua quædam definirem, & obscuriora illustrarem. Quòd si ne ibi quidem tibi satisfacitur ; tamen vt in ludo pilæ, alterius est commodè mittere, alterius etiam, siquid erratum est, quàm bellissimè excipere & arte corrigere : sic æqui Lectoris putabis, flectere quædam in benigniorem partem. Ne quisquæ
properet.
Notas ad-
curuo.
Commodè
ipsi inser-
pretantur.

Iam quarta & vltima Calumnia, non in Rem dirigitur, sed in Opinionem : imò & est ab Opinione. cum homines scilicet malè acuti & callidi, sensisse aut scripsisse me volêt, quæ per somnium non sensi, non scripsi. Periculosum, ita Suspicioni-
bus premi-
mur.
Malum id
huius facti.

me deus amet, genus: sed nimis per hæc dissidia ciuilia crebrum. Referunt pleraque omnia ad vnum hoc æuum: & quæ nos communiter diximus, sic volunt accipi quasi in Titium aut Seium dicta. Imò vates etiam agunt, non lectores: nec sumunt à nobis sensum, sed adferunt, & mentem aliquam adfingunt ex suâ mente. O angues, ô viperæ! Fugio vos, fugio: & tamen vix effugio. nam quid hîc remedij? nisi fortè à votis: quæ ab imo pectore concipio. Abite à me Ophiogenes, abite Pſylli, nati venena tantùm exfugere librorum. Vos contra adeste mites & candidi, qui parati non impellere lapsantem, sed benignâ potiùs aliquâ interpretatione leuare. Nam ego me labi & errare, non posse solùm fateor, sed debere. Nonne homo sum? nonne æger sum? vt nihil mirum, si in tam diutino isto languore (per eum hæc scripsimus) memoria etiam & iudicium langueant alibi aut vacillent. Sed valebit hoc mihi, spero, ad veniam, imò & ad gratiam: quoniam

Nos detestamur.

Inuari volumus:

Et debemus in hoc morbo.

*Ut esse Phœbi dulcius lumen solet
Iam iam cadentis:*

*Senec.
Troad.*

sic nostra debent abeuntium scripta.



ORDO

ORDO ET INDEX LIBRORVM SINGILLATIM ET CAPITVM.

LIBER PRIMVS

DICENDA proponit. Duces duos siue directores dat ad Vitam ciuilem, Virtutem cum Prudentiâ. Viriusque naturam, & quæ adnexa, explicat: & vniuersa operi substernit fundamenta. Seriem Capitum hanc habet.

1. SCOPVS & materies mei scripti. Vita ciuilis definita. Virtus communiter laudata. 11. Pietas Virtutis prima pars. definita ea, & diuisa in Sensum ac Cultum. Hic de Sensu dictum. 111. De altero Pietatis Membro, Cultu. Is definitus, & duplex factus. Pluria ad Religionem monita. 1v. Fatum, appendix Pietatis. Quid illud, & à quo fit? quam vim habeat, & quem vsum? v. Etiam Conscientia, Pietatis lacinia. Definitio eam, diuido. tormentum eius, si mala, ostendo: quietem, si pura. vi. Alterum Virtutis membrum, Probitas. Quid eam hic appellem? Breuia & vniuersalia ad hanc præcepta. vii. Ad Prudentiam transitum, qui Rectorum alter. Necessitas eius ostensa. Definitio posita, & exposita. Partes eius, & utilitas. 1ix. Quid gignat Prudentiam? Vsum esse, & Memoriam. Quid ea vtraque? Vis & firmitudo illius prælata: sed raritas & difficultas item ostensa. 1x. Memoriarum rerum, siue Historiarum, fructus. Facilem hanc, ad Prudentiam, viam: etiam ad Probitatem. x. Appendix de Doctrinâ, quæ vtrique rectori utilis. Quis legitimus vsum eius, finis, modus.

LIBER SECVNDVS

DISTINCTE ad rem venit. Imperia paritur, Principatum præfert, & definit. Virtutes ei adtribuit, & seorsim præcipuas ponit. Seriem Capitum hanc habet.

1. DE Imperio vniuersè dictum. eius necessitas in Societate ostensa, & fructus. 11. Diuisio Imperij. Principatus, prima & optima eius pars. id variis argumentis ostensum. 111. Principatus definitio. per partes declaratio. & primùm, vtrius sexus ille sit? 1v. Quomodo capiendus Principatus? duos legitimos modos esse, Electionem & Successionem, & de vtrâque aliquid dissertum. v. Initia Principatum plerumque laudabilia: sed id non satis. Perseuerandum esse. vi. Quis finis, quod actiones omnes Princeps dirigat? Bonum publicum id esse, & seponenda priuata. vpi. De viâ re- & quâ quam Princeps ingrediatur: & primùm de Virtute. ostensum hanc ei, suâ causâ, necessariam. 11x. Subditorum etiam causâ Principi virtutem induendam, & ipsis instillandam. sine quâ probus aut diuturnus nullus.

lus cœtus. ix. Subditos probos fieri maximè à Principis exemplo, cuius incredibilis vis in vtramvis partem. x. Distinctiùs de Virtutibus Principis dictum. & primùm de Iustitiâ, quàm ea necessaria: etiam in ipso Principe. xi. Iustitiâ administrandam Subditis esse. æquabiliter: temperanter: & sine cumulo legum. remoto etiam litium studio. xii. Clementia definita. Principi commendata. quæ amabilem eum, quæ firmum, quæ illustrem facit. xiii. Clementia vberius commendata, sed cum temperie. Abire eam à Iustitiâ leniter. nec tamen soluere vim Imperij, sed vincere lento nodo. xiv. De fide adiunctum, quæ Iustitiæ origo aut suboles. Ea commendata, vt columen humani generis. Gloriosam hanc Principi esse. vtilem. Spreti ab Etruriâ doctores noui. xv. De Modestiâ præscriptum, quæ Clementiæ assidet. Instillata Principi, & in Sensu & in Actione. xvi. Ex occasione, de Maiestate adnexa lacinia. quid ea, & quâ, & quatenus paranda? xvii. Minores aliquot virtutes positæ, quæ Principem deceant: sed sparsum, & breuiter.

LIBER TERTIVS

DE Prudentiâ distinctè agit. Alienam primò Principi commendat: Consiliarios & ministros seriò format. Seriem Capitum hanc habet.

I. PRUDENTIAM Principi pernecessariam. sine eâ vim & opes inutilia. miscenda esse. sed primam illam in gubernatione præpollere. ii. Sed duplicem Prudentiam esse: A se, & ab aliis. illam optari, hanc contingere. Rarum, imò *admirandum* esse, vt Princeps à se vno saus sapiat. iii. Itaque adiutores eî capiendum: idque iudicio. Eos duplices esse, Consiliarios & Ministros. Qui, & quàm vtilis illi? iv. Definiti distinctiùs Consiliarij, & prima eorum munera explicata, Probitas & Peritia rerum. denique ostensi illi, indice famâ. v. Explicatum tertium munus, vt salubriter consulant. id inclusum quinque monitorum quasi lineis. vi. Quæ vitanda Consiliariis: & primùm quæ impedimenta & velut vada bonæ Mentis? Ea quatuor notata. vii. Quæ turbamenta, & velut Scopuli bonæ Mentis? Tres ostensi. viii. Ipse Princeps quâ se gerat in audiendis consiliis. Dogmata huic rei. ix. Sprenenda occulta Consilia, & ab aulæ seruis. x. Dictum de Administris. & nota triplex, ad quam legi eos oporteat. xi. Administris ipsis præcepta tradita, eorum tutelæ. Primùm Minoribus, inde Maioribus. Anticipitem omnem potentiam esse in Aulâ.

LIBER QVARTVS

PRUDENTIAM Propriam ingerit, diuidit: & de duplici Togatâ differit, quæ circa res Diuinas versatur, & quæ circa Humanas. Pleraque omnia quæ firmando aut infirmando Regno sunt, nouâ, nec adhuc vsitatâ methodo proponit. Seriem Capitum hanc habet.

I. PROPRIAM Prudentiam, id est eam quam inesse Principi volumus, præceptis difficilè alligari. Latè fusam esse, Instabilem, & Obiectam. Itaque aliquid de eâ, non plenè, à nobis præcipi. ii. Diuisa Prudentia Propria in Togatam, & Militarem. Illa rursus, in Humanam & Diuinam. De hac ostensum, curam Principi esse. Vnam religionem reuincendam ei, & de-

sendendam. 111. De vnâ religione ampliùs quæ situm. Nunquàm ne diffidium ferri possit? saltem in tempus. idque quadamtenus videri. 1v. An puniendi singuli, & quieti? itemque an extrahendi & perquirendi? Neutrum (si intèrè quidè fiat) ex vsu videri. Doctore magis his opus, quàm tortore. v. Transitum ad Prudentiam in Humanis. Huic duo Fontes reclusi, Ingenium Populi & Regni. De priore dictum: & per indicem exposita Natura vulgi. vi. Fons alter reclusus, Ingenium regum & regni. Duo hïc considerata, quæ Communiter conueniunt, & quæ Distinctè. vii. Præcepta nunc ex hisce fontibus petita, & primùm vniuersè posita, quæ firmant Regnum aut violent: mox distinctè de Vi dictum. Opus Regi Custodes, Milites, Arces, aut potiùs Colonias. 11x. De Virtute duplici, seruatrice Regnorum. Beniuolentia populi commendata, & ostensa triplex ad eam via. 1x. Auctoritas commendata valdè. Tria ostensa, quæ ad eam ducunt. in quibus quia Imperij præcipua vis est, accuratè & enucleatè de his dissertum. x. Ad ea transitum quæ Vertendo regno faciunt: in quibus prima, Vis est. Ea duplex ostensa: Insidiæ & Proditio. Vtraque quomodo cauenda, aut punienda, ostensum. xi. De Vitio duplici, euersore regnorum. Primùm de Odio: cuius pestis subiecta oculis, Fugienda quæ eò ducunt: imò & imago eorum. qualis est in Supplicijs, Tributis, Censurâ. In his singulis quomodo se gerat Princeps, dictum. xii. Definirus & vituperatus Contemptus. Ostensa quæ illum gignunt; à rege, si sapiet, fugienda. xiii. Quæ situm an Prudentia mixta locum apud Principem habeat? id est, ea in quâ fraudes. Dictum, & doctum, aliquem habere. xiv. Quomodo, & quatenus fraudes admitteat. Triplex earum genus factum, & distinctè aliæ in Regnum receptæ, aliæ exclusæ.

LIBER QVINTVS

DE Militari Prudentiâ agit. eam in Bello duplici elucere ostendit: & primùm ac potissimùm, in Externo. Quæ Militum, quæ Ducum mania; quæ Consilia in bello vsui sint, docet. Seriem Caputum hanc habet.

I. TRANSITIO ad Militarem Prudentiam, cum excusatiunculâ aliquâ mei, quod de eâ differam non miles. 11. Prudentiæ hæc pars commendata Principi: quæ necessaria ad tutelam salutemque regni. 111. Materies & ordo dicendorum. Bellum externum definitum, & remota ab eo suscipiendo Iniustitia. 1v. Ordine & partitè posita, quæ ad iustum bellum requiruntur: & maximè, quibus id causis capiendum. v. Temeritas remota à bellorum initijs: & summatim, quæ in susceptione omni cogitanda sint. vi. Ad Gerendum bellum tria requisita. Primò Apparatus triplex, Pecuniæ, Commeatum, Armorum. vii. Milites terrestri quidè Bello necessarij, duplices: Equites, peditesque. quæ situm breuiter, vtrorum maior vsus. 11x. Vtrasque bonos esse debere: alioqui pro nihilo omnis copia. Fieri bonos dupliciter, Dilectû & Disciplinâ. Ea negligi hodie, & super hac re iusta veraque querela. 1x. De Dilectû cœptum dici. sed primò quæ situm, Exteri an Domestici præferendi? nos istos censemus, cum causâ. x. Obiecta & reiecta ea, quæ contra Domesticum militem dicuntur. Hunc Regum esse, illum Tyrannorum. xi. Qui legendi in milites? Duo genera faciendâ: Ordinarios & Sub-

C

fidiarios.

fidarios. atque vtrique seorsum descripti. x i i. Verè cum Dilectu vtrique capiendi : & Notæ quinque ordine positæ, germanæ in milite virtutis. x i i i. De Disciplinâ verâ & seperâ dictû. Ea laudata. partes eius (idq; docedi causâ) quattuor factæ. Singulæ explicatæ. x i v. Transitum ad Duces. Eos necessarios, non solùm vtilis. Duplices esse. Semper in iis Peritiam magis quàm Virtutem spectari. & vnum in vno bello esse debere. xv. Boni Ducis *virtutes* siue Notæ. quinque eas videri : quas ordine explicamus. xv i. Consilia necessaria bello esse. Eorum specimen siue gustus; itemque monita, quæ vsui Ante pugnam, & In pugna. x v i i. De callidis Consilijs siue Strategematis : An vti ijs ius & fas? Nostrâ sententiâ, non vtilia ea solùm, sed gloriosa. x i i x. Quid post Pugnam faciendum videatur : & in Victoriâ, siue Clade, quomodo Princeps salubriter & decorè se gerat. x i x. Ad Pacem ex animo adhortatio. Ac primùm illuc inclinamus eos, qui Victi : sed ad Tutam & Bonam. xx. Victores ad Pacem prouocati, argumento triplici : quia id Decòrum, Vtile, Tutum. atque aded ad pacem mitem : sed cum exclusione fraudis. Pro eâ auctor ipse Pacis inuocatus.

LIBER SEXTVS

CIVILE bellum tangit & detestatur. causas eius, & in eas remedia, satis diffusè explicat. Finiri id suadet & vouet. Seriem Capitulum hanc habet.

i. AD Civile bellum ventum. & eius miseræ breuiter oculis subiectæ. ii. De causis Ciuilium bellorum. Ex factæ duplices, Longinquæ & Propinquæ. Priùs de Prioribus dictum. iii. De causis Propinquis belli Ciuilis. Eæ tres. Factio prima est: eius perniciës in omni statu. & sintne dissidia vnquam vsui? iv. Causa altera è Propinquis, Seditio. eius Origo, Progressus, Remedia, distinctè explicata. v. De Tyrannide. quid ea sit, & eius ingenium? malè subiecta oculis: quæ situmque, tollenda ea an toleranda? vi. Quæstiuicula per occasionem inserta, An misceat se bellis Ciuilibus vir bonus? vtrunque ea agitata : & cum discrimine aliquo personarum definita. vii. De Finiendo Ciuili bello. & Operis mei finis.



AUCTO-

AUCTORVM SYLLABVS.

AVCTORES vno aspectu, si lubet, vide, è quorum scriptis hoc Opus. Inter eos eminent CORN. TACITVS extra ordinem dicendus: quia plus vnus ille nobis contulit, quàm ceteri omnes. Causa in Prudentiâ viri est, & quia creberrimis sententiis: atque etiam, quia familiaris nobis, & offerebat se non vocatus. Ceteri in classe duplici. Quorundam verbis frequentius & libentius vtimur: vti sunt isti

E LATINIS:

C. Sallustius
T. Liuius
Annæus Seneca
M. Cicero

Q. Curtius
C. Plinius Iunior
Fl. Vegetius, sed in
materie militari. Xenophon.

E GRAECIS:

Aristoteles
Thucydides
Plato
Xenophon.

Aliorum variis: vti sunt isti

E LATINIS

Acta Apostolorum
Adagia
Æmylius Probus
Afranius
Agellius
Ambrosius
Ammianus Marcel-
linus
Apuleius
Attius
Augustinus
Ausonius
Bernardus
Boëtius
Cæcilius
Cælius ad Ciceronẽ
Cæsar
Capitolinus
Cassiodorus

Cato Censorius
Claudianus
Columella
Corn. Nepos
Cyprianus
Ecclesiasticus
Ecclesiastica Historia
Egesippus
Festus Pompeius
Florus
Frontinus
D. Gregorius
Guil. Neubrigensis
Horatius
Ieremias
Isidorus
Iustinus
Iuuenalis
Lactantius

Lampridius
Lucanus
Lucretius
Manilius
Martialis
Origenes
Ouidius
Pacuius
D. Paulus
Persius
Petronius
Plautus
Plinius senior
Porcius Latro
Propertius
Prouerbia Salomo-
nis
Publius Mimus
Quintilianus

C. 2.

Seneca

Seneca Tragicus
Silius Italicus
Statius
Suetonius
Terentius

Tibullus
Titinnius
Valerius Flaccus
Valerius Maximus
Varro

Velleius
Virgilius
Vlpianus
Vopiscus
Vulcatius.

E G R A E C I S

Adagia Graecorum
Aeschylus
Appianus
Archilochus
Aristophanes
Basilus
Callimachus
Democritus
Demosthenes
Dio Cassius
Diogenes Laërtius
Diodorus Siculus

Diphilus
Epicharmus
Euripides
Eustathius
Gregor. Nazianzenus
Herodotus
Hesiodus
Homerus
Iamblichus
Isocrates
Lucianus
Menander

Mercurius Trismegi-
stus
Philo Iudaeus
Pindarus
Plutarchus
Polybius
Serenus
Sophocles
Stobaeus
Synesius
Theocritus
Theognis.



I. L I P S I
P O L I T I C O R V M
S I V E
C I V I L I S D O C T R I N Æ
L I B R I P R I M I

C A P V T I.

*Scopus & materies mei scripti. Vita Civilis definita. Virtus com-
muniter laudata.*



ITÆ Civilis iter quî rectè in eas, rectè per-
agas, præcipere mihi est animus : nec id
meis, sed veterum monitis, inò & verbis.
Tu mihi dux magne Deus : & manû hanc
mentemq; dirige, vt salutaria videã, diu-
dicem, promam. Vitam civilem definio,

QVAM IN HOMINVM SOCIETATE MIXTI
DEGIMVS, AD MVTVÀ COMMODA SIVE
V S V M. Huic duos Rectores tribuo, Prudentiam & Virtu-
tem. illam ex plurium mente : sed & hanc ex meã. quia ci-
uem verè bonum nullum arbitror, nisi & virum. Sine Vir-
tute, Calliditas ea sit & malitia, & quidlibet potiùs quàm
Prudentia. cuius clauus etsi propriè Vitam Civilem diri-
git, non tamen sine vsu & auxilio illius magnetis. Igitur de
Virtute iure præmittam, quæ

*Quid Vi-
ta Civilis.*

*Duo ei ne-
cessaria,
Prudentia
& Virtus.*

Tacit. rv.
Histor.
Sallust.
Catil.

Proprium hominis bonum.

*Cetera humana pereunt, & diuitiarum & forme gloria,
fluxa atque fragilis est : Virtus clara aeternaque habetur.*

*Virtus so-
lius homi-
nis.
Ea non in-
scrit.*

Senec. E-
pist. xcix.
Sallust.
Catil.

Hoc vnum contingit immortalè mortali.

*Iraque iure, quæ homines arant, naviant, adificant, Virtuti
omnia p. rent.*

*Ceteris om-
nibus pras-
minant*

C ; Nam

Bona omnia continent. Nam ea omnia in se habet, omnia assunt bona, quem penes est *Plant. Amph.*
Virtus.

Familiaris natura. Nec aliena à nobis, vltro se ingerit, & in omnium animos *Senec. lib. iv. De bene.*
lumen suum immittit. etiam qui non sequuntur eam, vident.

Exposita. Obuia eadem & facilis, in medio posita neminem dedignatur, *Idé Conf. ad Polyb.*
qui modo se dignum illà iudicauerit.

Asylum in turbis. Confugiamus igitur ad hanc, vt in asylum. quia sola ea *Cornific. ad Hercu.*
quieta, tuta, & in sua potestate est. omnia, præter eam, subiecta fortune dominant.

Aduersus virtutē autem hoc possunt calamitates, & damna, Seneca Epist. cxiii.
& iniuria, quod aduersus solem nebula potest.

CAPVT II.

Pietas Virtutis prima pars. definita ea, & diuisa in Sensum ac Cultum. Hic de Sensu dictum.

Virtutis diuisio. **H**ANC in duos velut ramos diuido, Pietatem & Probitatem. Illa est, RECTVS DE DEO SENSVS, RECTVS IN DEVM CVLTVS. Duobus enim his Pietas constat; sine altero, mutila aut inauca. Nosse ante omnia summum illud numen (quatenus homini datum) oportet: & cognitum, piè pureque venerari. Vtrique rei vera lux à sacris litteris: sed & in profanis sparsas quasdam scintillas video: quas colligam. De Sensu, istas.

Sensus, ratio pietatis initium. Illum necessarium: quia de Deo optimè existimare, pietatis *August. lib. i. De liber. arbitr.*
est exordium.

Deus vnus. Constet igitur tibi, Vnum esse regnatorem omnium deum. *Tacit. v. Histor.*

Aeternus. Ita appello Summum illud & æternum, neque mutabile, neque interiturum. *Ibid.*

Descriptio eius. Quem in parte descriperim (infinite enim illud, quis definit?) MENTEM solutam quamdam, & liberam, segregatam ab omni concretionem mortali, omnia sentientem & mouentem, ipsamque præditam motu sempiterno. *Cicer. x. Tuscul.*

Nec

Cyprian.
in Symb.
August.
lib. 11. de
Ord.

Nec plura addâ: quia *de deo etiã vera dicere periculosum est:*

Periculo-
sum, v. ma-
ri.

Qui melius scitur, nesciendo.

Effectus tamen eius & affectus (si ita appellare fas) licet ingeram, amoris tuo & admirationi. Ille maximus est:

Potentia
diuina.

Ouid. VIII
Metam.

— *immensa est, finemque potentia cæli
Non habet, & quidquid superi voluere, peractum est.*

Plato in
Theæteto.

Ille iustissimus. & *θεός ἕταρ ἑταίρων ἀδίκος, ἀλλ' ὡς οἴοντι* *Iustitia.*
δικαιότερος : Deus nusquam & nunquam iniurius, sed quan-
tum potest iustissimus.

Ouid. XIII
Metam.

Aspiciunt oculis superi mortalia iustis.

Seneca
Epist.
LXXXIV.

Ille arbiter & inspector operum, consiliorum, mentium. *Arbitrū,*
Nihil deo clausum est: interest animis nostris & cogitationibus *& ubique*
mediis interuenit. *presentia.*

Plaut.
Capt.

Est profectò deus, qui que nos gerimus, audit que & videt.

Boëth. de
Consol.

Quem, quia respicit omnia solus,
Verum possis dicere Solem.

Sallust. ad
Cæsar.

Nec inspector solùm, sed iudex idem & vindex. *Namque* *Cursatio, &*
mibi pro vero constat, omnium mortalium vitam diuino numine in- *præmijs aus-*
uisti; neque bonum neque malum facinus cuiusquam pro nihilo ha- *pena dis-*
beri, sed ex natura diuersa præmia bonos malosque sequi. *tributio.*

Hic qui gubernat omnia:

Guberna-
tio.

Horat.
III. Odar.

Qui terram inertem, qui mare temperat
Ventosum, & vrbes, regnaque tristia.

Ouid. 1. de
Arte.

Nec enim secura quies illum, similisque sopori,
Detinet:

Cicero in
Somnio.

Sed ille est, qui viget, qui sentit, qui meminit, qui regit &
moderatur.

Silius IV.

Hæc talia non fas solùm, sed necesse tibi scire: quia reuera *Ignorantia*
— *primæ scelerum causæ mortalibus agris* *horū, caus-*
Naturam nescire deum. *sa scelerū.*

Sed

*Credenda
tamen plu-
ra, quam
scienda.*

Sed scire temperanter. quoniam & hoc verum, *Sanctius* Tacit. in
ac reuerentius esse, de actis deorum credere quam scire. Germ.

CAPVT III.

*De altero Pietatis membro, Cultu. Is definitus, & duplex factus.
Pluria ad Religionem monita.*

*Quid Cul-
tus.*

DE Cultu insequor. qui non aliud, quam COGNITI
VNMINIS VENERATIO, CERTIS LE-
GIBVS CERIMONIIS QVE DEVINCTA. Coli-
enim postulat, & huic fini homo natus: idq; cultu duplici,
Interno, Externo. Ille est, qui *in animo & ex animo, deo vero*
preces concipit, laudes, grates. Ille, qui *hac eadem, per ritus &*
gestus, exprimit. Totum istud, nec malè, Religionem vulgò
appellamus: de quâ sana quædam à non sanis hæc habet.

*Imperiosa
religio.*

Magnum eius in animos imperium. *Religione enim vita* Plin. lib.
constat. xiv. Nat.
Hist.

*Omnibus
cura.*

Omnes religione mouentur, & deos patrios quos à maioribus Cicero v.
acceperunt, colendos sibi diligenter & retinendos arbitrantur. in Verr.

*Peruicaci-
ter insidet.*

Itaque qualiscunque ea hausta, agrè educitur. quoniam *Philos. Iud.*
sua cuique optima videtur, vt quæ non ratione, sed affectu diuidi- ad Caium.
cetur à singulis.

*Optima ea
habenda
omnibus:*

Hæc publicè & priuatim habenda. *Omnia enim prospera* Liu. lib. v.
eueniunt colentibus deos, aduersa spernentibus.

*Et in omni
sorte.*

Idque in vtrâque fortunâ. & videndum, *ne ritus sacrorum* Tacit. xj.
inter aduersa culti, per prospera obliterentur. Annal.

*Sed citra
superstitionem.*

Sed habenda cum modo: ne fiat illud, *Gens superstitioni* Idem x.
obnoxia, religionibus aduersa. Histor.

*Ad quam
inclina-
mus, aut
trahimur.*

In quam naturæ vitio nos proni: & trahunt etiam ij, qui- *Liu. lib.*
bus quæstui sunt capti superstitione animi. IIII.

*Telum hoc
ad regendū*

Nec impediunt potentes. quoniam, vt iudicant, *nullares* Curt. lib.
multitudinem efficacius regit, quam superstitio. IV.

At tu

Cicer. I. de
finib.

At tu fuge. nam *superstitione qui est imbutus, quietus esse
numquam potest.* Sed tormen-
tum iis qui
habent.

Varr. apud
Aug. Deci-
uiat. lib. VI

Discrimen hoc habe: *Deos à religioso vereri, à superstitio-
so timeri.* Timor eius
nota.

Apud Agel.
lib. IV. cap.

Placeat ille versus, sed saniter intellectus:
Religentem oportet esse, religiosum nefas. Spernenda
nobis.

Cicer. de
Natur.
deor. I. I.

In Cultu ipso, ad interna semper præuertere; & cense,
*Cultum deorum esse optimum, eundemque castissimum atque san-
ctissimum, ut eos semper purâ, integrâ, incorruptâ & mente &
voce venereris.* Intrò reuo-
canda reli-
gio.

Seneca.

Aureum tibi dictum imprimò: *Optimus animus, pulcher-
rimus dei cultus est.* Et animus
excolendus.

Cicer. de
Diu. lib. I. I.

Nec sic, ut externa tamen spreueris, nisi si impia. Nam
& in his, *religioni parendum est, nec patrius mos contumaciter
repudiandus.* Sine Ritua-
lium tamen
abiectione.

Lactant.
lib. V. cap.
II.

In verbis etiam aut quæstiunculis ne nimium mihi pru-
ri. ad facta abi: quia *Christianorum omnis religio sine scelere
& sine maculâ vivere.* Nô in sub-
silitate re-
ligio.

Apud Ruf-
in. Eccl.
Hist. lib. I. I.
cap. VI.

Moysem illum Ægyptium audi: qui *de fide cuiusque ma-
gis oculis, quam auribus credit.* Sed in fa-
ctis.

Lib. de Re-
pub. in hac
sp. re.

Sed abstineo, & Platonem infusurrantem audio: *Ἐτοί γὰρ
οἱ λόγοι χαλεποὶ: difficiles, & cum discrimine, hi sermones. Quod
oraculum, in hoc quidem æuo.* Capitalis
hic sermo.

CAPUT IV.

* Fati vocē
hic & alibi
veterū mo-
re pono, sed
non mente.
Nil nisi
prouiden-
tiam dinsi-
nam, idē
pio & Chri-
stiano sen-
su intelli-
gere me, se-
mel testor.

*Fatum, * appendix Pietatis. Quid illud, & à quo sit? quam vim
habeat, & quem vsus?*

PIETATEM seui. pango nunc duos furculos, qui sub
arbore hac, imò ex eâ nati: Fatum, & Conscientiam.
Quorum illud, ex Sensu: hæc, ex Cultu originem clarè
ducunt. Si enim gubernat & dirigit deus; prouidet etiam
& decernit. idque æternus ipse, ab æterno in æternum.
Hoc autem est Fatum: Fati origo
ex Sensu.

D

Cuius

Quid sit.

*Cuius lege immobilis rerum humanarum ordo feritur.*Liu. lib.
xxv.

Nec id aliud (vt non nemo etiam è prificis fensit) quam.

*Aug. vide
lib. v. de
Ciuit. cap.
ix.

SANCTIO ET VELVT VOX DIVINAE MENTIS.

—— graue & immutabile sanctis

Stat. i.
Theb.*Pondus adest verbis, & vocem fata sequuntur.*Quis au-
tor eius?Nam quòd alij *Fatum quidem congruere rebus putant, sed è
vagus stellis, alij apud principia & nexus naturalium caussarum:*Tacit. iv.
Annal.Nempe ipse
Deus.Delirant. nos à causâ principe id petimus: id est, deo. *ex
quo suspensa sunt omnia, à quo sunt omnes caussa caussarum.*Senec. ii.
Quaest.
Nat.

—— Condita pergunt

Val. Flac.
i. Argon.*Ordine cuncta suo, rerumque à principe cursu.**Fixa manent.*Vis eius in
humana.Mihi quidem sedet (pio illo sensu) *ab omni aternitate fata-
liter omnia destinata.*Cic. ii. de
Diuin.*Et eludant licet, quibus fortè ac temerè humana negotia volui
apique persuasum est: equidem aternâ constitutione crediderim,
nexusque caussarum latentium & multo antè destinatarum, suum;
quaque ordinem immutabili lege percurrere.*

Curt. lib. v.

Cui constitutioni humana omnia subiecta.

Fata regunt orbem: certâ stant omnia lege.

Manil. iv.

Etiam actiones, & quæ circa eas: tépora dico, & modos.

—— manet hæc ab origine mundi.

Stat. i. r.
Theb.*Fixa dies bello. populi que in prelia nati.**Voluntas
enim exi-
mia.Quin ipsi homines, tamen in * parte. Πάντες οἱ ἀθάνατοι ἐπι-
μαρτυροῦν ὑπὸ κατὰ τὴν φύσιν, καὶ μετὰ τὴν φύσιν: *Omnes mortales fato subii-
ciuntur, & initio, & mutatione.*Mercur.
Trism.
cap. xi r.
Pœmand.Cui Prudē-
tia omnis
impar.Adcò vt nullis consiliis vel auxiliis id vitemus, aut mu-
temus. *Nec consilio prudenti, nec remedio sagaci diuinæ providen-
tiæ fatalis dispositio subverti vel reformari potest.*Apol. Me-
tam. ix.

—— Tantùmne aliquis sibi posse videtur

Ouid. ix.
Metam.*Eata quoque vt superet?*

Nec

Tacit. Hist. Nec si prædicitur quidem. Nam *quæ fato manent, quamvis significata non vitantur.* Nec vitantur ullis monitiis.

Herodot. II. Græcus ille rectè: *Ξεῖνε, ὃ, π δειγμάδεζ ἐκ τῶ θεῶ, ἀμήχανον ἔσται αἰθρώπει. οὐδὲ γδ πικὰ λέγουσι ἐθέλει πείθεσθαι οὐδὲς: O hospes, quod diuinitus contingere debet, homo à se nullâ arte cispellet. ac ne verisimilia quidem dicentibus fidem habebit.*

Silius lib. 7. Non si monstra eum moneant aut prodigia: *Heu vani monitus, frustra que morantia Parcas Prodigia! heu fati superi certasse minores!* Aut prodigiis.

Valer. Max. lib. 1. cap. vi. Inuictæ enim leges necessitatis, peccatus etiam ab amentia remotum, prodigia iustâ æstimatione perpendere non patientur.

Velleius lib. II. Mentē scilicet tūc hominibus adimit supera illa Mens: *quæ cuiuscūque fortunam mutare constituit, consilia corrumpit.* Idèd, quia mentē deus adimit, aut obnubilat.

Ammianus Mar. lib. XIV. Videmus ipsi cottidie, *manuum iniucientibus fati, hebetari sensus hominum & obtundi.*

Velleius II. Ita efficitur, *quod est miserrimum, vt quod accidit, etiam merito accidisse videatur; & casus in culpam transeat.* Adèd, vt causa eius à nobis videatur. * Vulgi iudicio.

Liu. III. Adnecto amplius. *Fugiendo in media sæpè fata ruitur.*
— *Multi ad fatum Venere suum, dum fata timent.*

Lucan. VII. — *Multos in summa pericula misit Venturi timor ipse mali.* Inuenit & inuenitur, qui fugia

Sallust. Catil. Quid ergo? inquires. nihil agam, & permittam omnia fati? Srulte. imò viam inibis quæ ad fata ducit: & hoc quoque ex Fato. Felicia illa vis? allabora. *Non enim votis neque suppliciiis muliebribus auxilia deorum parantur. vigilando, agendo, prosperè omnia cedunt.* Remittamè mouendi in hac cymbâ, deo ad clauum sedente. * Solis quidem.

Liu. VII. Nec expecta, *nihil agenti in firmum de celo deuolaturam Victoria aut Fortunam esse.* Ignauos illa spernit.

Græcor. Adag. Θεοὶ τὰ χαρὰ τῶν ἀπονοῖς πωλοῦν: *dij bona laboribus vendunt.*

Tacit. Hist. Et hac mente verum, *Deos fortioribus adesse.* Fortes inuat.

Liu. VI. Simile in tristibus. *Dij prohibebūt hæc, inquires. sed nunquam propter*

propter te de caelo descendent : tibi dent mentem oportet , vt prohibeas.

*Quis à Fati
notitiã
fructus.*

Nec plura de grandi hoc profundo : quod tentandum semper homini , nunquam explorandum. Tibi quis hîc fructus ? iste , vt verè pius sis , & fata sequare ; id est deum.

*Præcipimus
patientia.*

Quid enim est viri boni ? præbere se fato.

Senec. De
Prouid.

*Θέρεω τε γρη̄ τὰ τε δαιμόνια ἀναρχαίως, τὰ τε ἀπὸ τοῦ πολεμίου ἀν-
σπείως :* Ferre quæ diuinitus immittuntur , necessario oportet : quæ ab hostibus , viriliter.

Thucyd.
lib. 11. in
orat. Peric.

*Optimum est pati quod emendare non possis : et deum, quo au-
ditore cuncta eueniunt , sine murmure comitari. Malus miles est,
qui Imperatorem suum gemens sequitur.*

Senec. E-
pist. cxi. 12.

C A P V T V.

*Etiã Conscientia, Pietatis lacinia. Definitio eam, diuido. tormen-
tum eius, si mala, ostendo : quietem, si pura.*

*Conscien-
tia à Reli-
gione ori-
tur.*

*Et vix est,
vbi nõ illa.
Definitio
eius.*

Diuisio.

*Altera de-
finitio ar-
tior.*

IAM & Conscientia, vt dixi, Pietatis soboles est : & origo
ei palàm à radice Cultus. Vbi enim ille floret & viget :
hæc pariter. vbi arefcit & languet : etiam ista. Quin vbi
nulla religio aut diuinus metus ; exiguum in animo huius
germen, & à malâ terrâ velut oppressum. Est autem Con-
scientia, RELIQUA IN HOMINE RECTAE RATIONIS
SCINTILLA, BONORVM MALORVMQVE FACINORVM
IVDEX ET INDEX. Igitur & bipartita ea, Approbatio sci-
licet, & Opprobratio : illa in bonè, hæc in secus factis. Sed
istius vis (vt vitæ & vitia sunt) creberrima ; ideoq ; ferè obti-
nuit, vt hæc pars veniat in generis sui nomen. Nam Con-
scientiam vulgò appellamus, VIOLATI NVMINIS AVT
PERPERAM CVLTI TRISTEM COGITATIONEM ET
MORSVM. Qui sensus infixus homini ; & viuit quamdiu
ille , non vi extinguendus , non fraude.

*Alia hæc
infixa.*

*Conscientiam à diis immortalibus accepimus , quæ diuelli à no-
bis non potest.*

Cicer. pro-
Cluent.

*Vtilis ho-
mini in
peccata.*

*Vtiliter autem ea data , vt corrector adfectuum & animæ
pedagogus.*

Origenes.

Flagrum

Tacit. xlv.
Annal.

Flagrum post peccatum : quia *perfecto demum scelere, magnitudo eius intelligitur* :

Seneca
Epistola
xcviii.

Frenum ante peccatum : quia *infixa nobis eius rei auersatio est, quam natura damnauit*.

Cicer. pro
Milone.

Et magna sanè vis eius est in *utramque partem*; ut neque timeant ij qui nihil admiserunt, & *pœnam semper ante oculos versari putent qui peccauerunt*. Acrius & violentia:

Bias apud
Stob.

Itaque bona illa, *semper metu vacua est*:

Bona quidem in solatium:

Isidor. Soliloq. lib. II

Imò in gaudio. & *vis nunquam tristis esse? bene viue.*

Senec. Ep.
xliii.

Mala autem etiam in *solitudine anxia & sollicita est*.

Mala in tormentum.

Epicur. apud Sen.
ep. xcvi.

Potest enim nocenti contingere ut lateat; latendi fides non potest.

Et quâ celes?

Iuuenalis.

Nocte dieque tuum gestas in pectore testem.

Sallust. ad
Catil.

Qui non fallit, non fallitur. & ex oraculo hoc est : *Suis Testis ea nò fallax*
cuique animus ex conscientia spem prabet.

Sen. epist.
xliii.

O te miserum, si contemnis hunc testem!

Imò & Tortorem. Vrit enim, cedit, lancinat: eò grauius, quia sine morte. Græcorum adagium verum : *ἡ συνείδησις τῆς ψυχῆς πᾶν ἄνθρωπον*: conscientia animum verberat. Carnifex assiduus:

Sallust.
Catil.

Et quidem assiduo illo & surdo verbere. Namque animus *Indefessus impurus, diis hominibusque infestus, neque vigiliis neque quietibus sedari potest. Ita conscientia mentem excitam vastat.*

Plin. lib.
III. Ep.

Sic tamen hodie viuunt, ut multi famam, conscientiam pauci vereantur. Quæ tenuit tamen quidam.

Cicero
ad Attic.
lib. XIII.

Aliter vir bonus. cui fixum in omni vitâ *transuersum vni- Nunquam vir bonus.*
quem à rectâ conscientia non discedere.

Angu. XXI.
De ciuit.

Etiam tibi : qui hoc imbibe, *Tranquillitate conscientie nihil excogitari beatius posse.*

CAPVT VI.

*Alterum Virtutis membrum, Probitas. Quid eam hîc appellem?
Breuia & vniuersalia ad eam præcepta.*

RAMVS Virtutis mihi alter superest, Probitas: quem tamen leui dolabrâ expolio, quia in hoc ciuili ædificio propriè non ei locus. Ad morale pertinet. nec Probitatem aliud hîc intellego, quàm RECTAM IN MORIBVS ET ACTIONE OMNI VITAM, EX HONESTI NORMA. Mihi tamen non omittenda, vt necessitatem videas: & quia Pietati adnexa ea, aut veriùs innexa. Sine moribus Pietas, quidquid vultu, voce, calore præferas, vana est, inò nulla. Vt poma, in Iudæâ, non poma nascuntur, quæ cõtacta in fumum abeunt & vaporem: talis verbosa illa Pietas, sine vitali hoc operum succo. Iure ergo mores ama, quisquis amas illam: & factis magis, quàm specie; ferio, nec ad pompam.

Quid Probitas?

Pietatis ea comes.

Si modò vera sit.

Interna probitas, sola proba.

Et spernendis fuci

Opes non nimis amanda.

Nò corpus.

Pudor induendum.

Esse quàm videri, probus malis.

Et cum laudato illo Catone, *nunquam rectè feceris, vt fecisse videaris.*

Conscientia virtuti satis amplum theatrum est.

Non tu mihi inter claros magis, quàm inter bonos.

Non inter eos, quos ambitio falsos fieri subegit, magis què vultum quàm ingenium bonum habere.

Opes quid curas? Fortunam velut tunicam, magis concinnam proba, quàm longam.

Quid cultum aut corpus? Honestum ei vile est, cui corpus nimis carum est.

Tu à te laudem tibi sume; internâ vera què virtute, non specie manium validus.

Esto mihi cultu modicus, sermone facilis.

Ore probo, animo verecundo.

Sallust.
in Catil.

Velleius.
lib. II.

Cicero.

Tac. IV.
Histor.

Sallust.
Catil.

Apul. in
Apolog. I.

Seneca
epist.

Tacit.
Ann. XV.

In Agricol.

Sallust. in
Frag.

Opum

Tacit. iv.
Hitor.
Sallust.
Iugurth.
Indidem.

Opum contemptor, recti pernicax, constans aduersum metus.

Cum Con-
stantiâ.

Vnius animi cultor: qui dux atq. imperator vitæ mortaliû,

Animus so-
lus colen-
das:

Rector humani generis, agit atq; habet cuncta, neq; ipse habetur.

Qui ma-
gnus,
Qui ater-
nus.

Indidem.

Præclara enim facies, magna diuitia, ad hoc vis corporis, & alia huiusmodi omnia breui dilabuntur.

Indidem.

At ingenij præclara facinora, sicuti anima, immortalia sunt.

CAPVT VII.

Ald Prudentiam transitum, qui Rectorum alter. Necessitas eius ostensa. Definitio posita, & exposita. Partes eius & utilitas.

VIAE tuæ Ducein vnum habes, Virtutem: adiungo nunc alterum, quem Prudentiam dixi. Is non tuus solum, sed si inspicis, Virtutis ipsius rector. certè director. Sine prudentiâ enim quæ potest esse virtus?

Prudentia
virtutem
ipsam du-
cit.

In Meno-
ne.

Plato verè ait, ἢ φρονήσις μόνον ἢ καὶ τῶ ὀφθαλμοῦ ἀπάτην: Prudentia sola præit & ducit ad rectè faciendum.

Qua sine
eg. haud
recta.

Arist. vi.
Ethic. cap.
v.

Et Sophus alter: εἰς δὲ ὁμοῦ ἀγαθὸν εἶναι κερταίως, ἀνδ φρονήσεως: fieri non potest vt quisquam verè probus sine Prudentiâ audiat.

Causa hæc: quòd Virtus omnis in Electione & Modo est: nò hæc sine Prudentiâ: ergo nec Virtus. Atque vt Architectis opus nullû rectè processerit, sine libellâ & lineâ: non item nobis, sine normâ hac directrice. Quam definitio, INTELLECTVM ET DILECTVM RERVM, QVAE PVBLIGE PRIVATIMQVE FVGIENDAE AVT APPETENDAE.

Quid Pru-
dentia?

Arist. &
Iamblich.

Intellectum dixi. quia hæc est quæ videt omnia: ideoq; διπλῆ δὲ ψυχῆς, oculus animæ, iure dicta.

Sagacitas
eius.

Tacit. iv.
Annal.

Dilectum addidi. quia eadem, quæ seligit: & recto iudicio, honesta ab deterioribus, vtilia ab noxiis discernit.

Discretio.

Aristoc. iv.
Etn. cap. v.

Priuatim etiam & Publicè, inserui. quoniam species eius velut duplex, Domestica & Ciuilis: quarum illa sibi, hæc aliis prodest. ὁμοίμους ἀόμους δὲ εἶναι, οἱ τὰ αἰ τοῖς ἀγαθὰ, ἢ τὰ τοῖς ἀν-

Duplex ea,
Priuatâ, et
qua foras
spectat.

ἰσπρόνοια;

Ἐραβποῖς δὴ δυνάτωσι θεωρεῖν: *Prudentes censemus, qui ea, quae sibi, quaeque hominibus conducunt, possunt dispicere.*

Φρόνιμὸν γὰρ φήσομεν, ἀποχρώντα ξύμβουλον καὶ αὐτὸν αὐτὰ καὶ τῆ πό- Plato Al-
λει: *Prudentem dicemus, sibi & reipublicae consulere potentem ac tib. 11.*
validum.

*Arts & nor-
malis
vita.*

Itaque usus eius multiplex. & rectè ille, qui dixit *Artem* Cic. v. de
viuendi esse Prudentiam, vt medicinam valetudinis. Finib.

*Memoria e-
ius.*

Hæc enim est, quæ presentia ordinat, futura prouidet, præ- Auctor lib.
terita recordatur. de 1v. Vir.

Vu eius.

Hæc quæ fallere non vult, & falli non potest. Idem.

Cui omnia subiecta:

Ἀπάντα δούλα τῆς φρονέειν καθίστα):

Famulatur omne, quidquid est, Prudentiæ. Menander

Etiam ipsa Fortuna. nec vanè dictum,
Sapiens. pol. ipse fingit fortunam sibi.

Plautus
Trin.

Igitur iure Tragicus,

πολλὰ τὸ φρονεῖν Ὀδαιμονίας.

Πρώτων ὑπάρχει.

Longè prudentia felicitatis

Primas tenet.

Sophoc.
Antig.

At contrà, Imprudentia infelix. quæ pleraque, & se, præ- Sallust. ad
cipitat. Caf.

• CAPVT VIII.

*Quid gignat Prudentiam? Usus esse, & Memoriam. Quid ea
vtraque? Vis & firmitudo illius prælatæ: sed raritas & dif-
ficultas item ostensa.*

*Duo Pru-
dentiam
faciunt.*

Usus, &

PRUDENTIÆ autem parentes duo, Usus & Memoria
rerum. Nam quod Poëta vetus in Sapientiam scripsit,

Usus me genuit, mater peperit memoria:

Afranius.

abnuo: & verius est in istam. Usus intellego, NOTITIAM
HUMANARVM RERVM EX VISV VEL TRACTATV.

*Memoria.
Usus certif-
simus de-
tor.*

Memoriam, NOTITIAM SIMILEM EX AVDITV VEL
LECTV. Usus haud paullò firmior: & ideò iure pater.

Per sua

Per sua enim, non per aliena pericula discit: per propinqua exempla, non remota. quin plerisque euentibus ipse adest, interest, præest. Itaque verè scriptum,

Plin. lib.
xxvi.

Usus efficacissimus rerum omnium magister.

Longè su-
pra alios
magistros.

Idem lib.
xvii.

Et experimentis optimè creditur.

Cic. de
Orat. i.

Imò amplius: *Usus omnium magistrorum præcepta superat.*

Quem qui multum habet, gloriatur iure.

Homer.
Odyf. Σ.

--νοῦω καὶ οἶδα ἕκαστα

Εὐδαίτε καὶ τὰ χέρνα.

--νοῦι & scio singillatim

Quæ bona, quæ mala sunt.

Is bona ma-
la γινώσκει.

Mamilius
i.

Hic ad omnem artem utilis siue necessarius:

*Per varios usus artem experientia fecit,
Exemplo monstrante viam.*

Artes om-
nes genuit.

Aristot.
Eth. x. cap.
vi.

Sed ad hanc civilem imprimis. Καὶ τοῖς ἐπιτημένοις ὡς ἐπὶ πο-
λιτικῆς εἰδέναι, προσδεῖν ἔοικεν ἐμπειρίας: & quisquis in re Civili in-
telligens haberi volet, opus ei experientiá.

Civilem
perficit.

Cic. ii. de
Orat.

In quo tamen hoc mali, quòd præceptis non traditur: sed
etas eum denique affert.

Incommo-
dus tamen,
quia senus.

Nam vt poëta ait,

—seris venit usus ab annis.

Quid. vi.
Metamor.

Hinc Prudentia senum in vulgi verbo:

Et extrema
ætatis pro-
prium.

Hinc illud sapientis,

Γερόσω δ' αἰεὶ πολλὰ διδασκώμεν.

Affiduè addiscens, ad senium propero.

Solon.

CAPVT IX.

*Memorie rerum, siue Historiæ, fructus. Facilem hanc ad Pruden-
tiam viam: etiam ad probitatem.*

AT Memoria, parés altera est. quam V sui non appono
solum, sed in parte præpono. Magis enim obuia hæc
E & faci-

Memoria
dotes.

Facilitas.

& facilis : diffusa latius, & quæ plura ad Prudentiam & in plures confert. In quofuis enim ea, & quouis tempore, cadit : cumque iter illud per propria pericula, longum, nec

Crebritas.

sine periculis sit : hæc via tutior, ideoque tritior ; & haud paullo

Plures aliorum euentis docentur.

Tacit. iv. Annal.

*Ea vivit in
libris histo-
ricis.*

Id est, Historiâ. quæ non aliud, quàm anima & vita Memoriarum.

Cic. ii. de Orat.

Exempla enim omnia iacerent in tenebris, nisi litterarum lumen accederet.

Idem pro Archia.

*Per eam,
virtutibus
& vitis
sua honos.*

Hæc est illa φυλακὴ τῆς ἀξιολόγων ἀρετῆς, μάρτυς τῶν φαύλων κακίας, ἀεργίας τῆ κοινῆ τῶν ἀνθρώπων γένους: *custos illustrium virorum virtutis, testis malorum sceleris, benefica in omne humanum genus.*

Diodor. Sicul. i. Biblioth.

*Vitam in-
fruit pri-
vatam.*

Hæc lux veritatis, magistra vitæ.

Cic. ii. de Orat.

Verè magistra. In hac enim tibi fas, ὡς ἀνὴρ ἐν ἐσόπτρῳ, κοσμεῖν καὶ ἀφομοιοῖν πρὸς τὰς τῶν ἄλλων ἀρετὰς τὸν βίον : *tanquam in speculo, ornare & componere vitam tuam ad alienas virtutes.*

Plut. in Timolonte.

In quâ hoc præcipuè salubre ac frugiferum, omnis te exëpli documenta in illustri posita intueri : vt inde tibi tuæque reip. quod imitere, capias ; inde fædum inceptu, fædum exitu, quod vites.

Liu. i.

*Publicam
dirigit.*

Eadem ad Ciuilem hanc partem vtilissima : nec temerè Polybius, ἀληθινότεράτην παιδείαν καὶ γυμνασίαν πρὸς τὰς πολιτικὰς πράξεις, τὴν ἐν τῆς ἰστορίας μάθησιν dixit : *verissimam disciplinam exercitationemque ad res Ciuiles Historiam esse.*

Lib. ii.

*Ad cōsilia
præsit.*

Et ad consilia. χρήσιμοι πρὸς τὰς πολιτικὰς συμβουλίας, αἱ τῶν περὶ τὰς πράξεις γοηφόντων ἰστορίαι : *vtilis ad publicas deliberationes, rerum gestarum historia.*

Aristot. i. Rhet. cap. v.

Quo aspectu Imperator Alexāder, consilij togæ & militiæ litteratos adhibebat, & maximè eos qui historiam norant.

Lampridi. in Alexan.

*Consiliarij
mortui bo-
ni, liberi, si-
ne sūca.*

Et rex alius, optimos consiliarios Mortuos aiebat, intelligens hos ipsos Historiæ libros.

Alphonfus Sicilia.

CAPUT X.

Appendix de Doctrinâ, quæ utrique Reçtori utilis. Quis legitimus usus eius, finis, modus.

VTRVM QVE Rectorem dedi, & ab eo ab his prælo-
quijs : nisi quod de Doctrinâ etiam breuiter attexo.
id est, ipsi adiutoribus tuis do adiutorem. Nam hæc est, Doctrina Prudentiâ promouet.
quæ non ad Prudentiam solùm facit validè (clarum id qui-
dem) sed & Virtutem.

Quinct.
lib. XII.
cap. II.

Quæ etsi quosdam impetus à naturâ sumit, tamen perficienda doctrinâ est. Virtutem ornat, aut perficit.

Senec. E-
pist. xci.

Nō enim plenè satis cōtingit ea, nisi animo instituto & edocto.

Idem ep.
LXXXIX.

Eo tamen sensu ; non quia Virtutem dare possit, sed quia ani- Et propriè animos ei purgat ac preparat.
mum ad accipiendam illam preparat.

Cicer. I. de
Finib.

Auidè igitur hæc haurienda, sed ad vsum. Non enim pa- Vsus eius, verè usus.
randa nobis solùm, sed fruenda Sapientia est.

Ego cum Poëtâ

Pacuvius.

Odi homines ignaua opera, philosopha sententia. Nec enim in verbis nudis, sed bonis factis.

In Iugur.

Et cum Sallustiano Mario, parum mihi placeant eæ litteræ, Abutuntur qui non sapiunt.
quæ ad virtutem doctoribus nihil profuerunt.

Tac. xv.
Annal.

Imò nocuerunt. quia multi vitia sua tegunt & inum- Abutuntur qui non sapiunt.
brant hoc velo, animo perfidiosi & subdoli, auaritiam ac libidi-
nem occultantes.

Indidem.

Specie bonarum artium falsi, & amicitie fallaces.

Indidem.

Sed ij ferè ex eo genere, qui doctrinâ ore tenus exerciti, ani- Quod genus ferè tincti eâ nō imbuti.
mum bonis artibus non induerunt.

IV. Histor.

Tu contrâ habetò eam non ad pompam aut speciem, nec Finis eius verus: &
vt nomine magnifico segne otium veles, sed quò firmior aduersum
fortuita rempublicam capeffas.

Senec. Ep.
LXXXIX.

Et habetò etiam cum modo. quia plus scire velle quàm In eâ modus.
satis sit, intemperantiæ genus est.

7 Nec enim
sapit, qui
nimis sapit.

Ο γρηγορι ειδωε, εχδ πολλ ειδωε, σφοδς :
Qui fructuosa, non qui multa scit, sapit.

Aeschylus.

Atque adeò verissimè dictum: *Plus sapit interdum vul-
gus, quia tantum quantum opus est, sapit.* Lactant.
lib. II. In-
stit.

Quin fra-
nanda im-
modica di-
scendi cupi-
ditas.

Vitium ho-
die & in se-
nibus cre-
brum.

Imitare igitur Agricolá: qui *studio scientiæ flagrantem ani-
mum coercuit, tenuitq; , quod est difficillimum, ex Sapietiá modum.* Tacit. in
Agric.

Nam nos plerique hodie, *vt omnium rerum, sic litterarum
intemperantiá quoque laboramus: nec vita, sed scholæ discimus.* Seneca
Epistola
CVII.

Quo veriloquio claudo & consigno hunc librum.

I. L I P S I
P O L I T I C O R V M
S I V E
C I V I L I S D O C T R I N Æ
L I B R I S E C V N D I

C A P V T I.

*De imperio vniuersè dictum. eius necessitas in Societate ostensa,
& fructus.*



IAE huius Rectores ostendi tibi: sed com-
muniter, & ostendi tantum. ipsam mihi,
fodes, ingredi: ego qui sequere atq; ad-
sequere eos, dicam. nec id per stadia solum
singula, sed pæne passus. Vita Ciuilis in
Societate est: Societas in duabus rebus,

* Nempe
Moralis
aut Oeco-
nomici.
Definitio
Imperij.

Commercio & Imperio. Illud* alterius argumenti est, hoc
mei. quod definitio, CERTVM ORDINEM IN IV-
BENDO ET PARENDO. Cuius tanta vis siue necessi-
tas potius, vt hoc vnum fulcrum sit rerum humanarum.

Vs eius.

Sine imperio enim *nec domus vlla, nec ciuitas, nec gens, nec* Cic. III. de
Legib.
hominum

hominum vniuersum genus stare, nec rerum natura omnis, nec ipse mundus potest.

Aristot. 1.
Polit. cap.
111.

Et quod sequitur, magna eius vtilitas. τὸ γὰρ ἀρχὴν καὶ ἀρχαὶ, *vtilitas.*
καὶ μόνον τῆς ἀναγκαίῳ, ἀλλὰ καὶ τῆς συμφερόντων: *Regere enim & regi,*
non solum inter ea quae necessaria, sed & vtilia.

Senec. 1. de
Clement.

Istud sanè est vinculum, per quod respublica cohaeret: ille spiri- *Vinculum*
tus vitalis, quem haec tot millia trahunt: nihil ipsa per se futura, nisi *rerum.*
onus & praeda, si mens illa imperij subtrahatur.

Liui. lib. vi.

Denique haec Circa illa virga, qua tactae feræ homines- *Regimen*
que mitescunt. quæ è ferocibus vniuersis, singulos, suo quemque *hominum.*
metu, obediens facit.

At contra, ruunt omnia, vbi non hoc firmamentum: dif- *Contra, In-*
fluunt, vbi non hoc coagulum. & nimis pro vate, ille vates: *obedientia*
confusio-
num pars.

Sophocles

Ἀναρχίας γὰρ μείζων ἐκ ἐστὶ κακόν.
Αὕτη πόλεις ὄλλυσιν, ἠδ' ἀνάσσει
Οἴκους τίθεισιν, ἠδ' ἐσὺ μάχη δόρυς
Τροπὰς καταρρήγνυσι, τῆς δ' ὀρθομένων
Σώζει τὰ πολλὰ σώμαθ' ἢ περὶ ἀρχία.
Confusione tatrius nullum est malum.
Hæc perdit vrbes, ista perdit & domos
Vastasque reddit; Martis in certamine
Hæc terga vertit. ritè sed parentium
Res seruat atque vitam Obedientia.

CAPVT II.

Diuisio Imperij. Principatus, prima & optima eius pars. id va-
riis argumentis ostensum.

IMPERIVM hoc autem triplex: Principatus, Optima- *Tres Imp-*
tum, & Populi status. *rij forma.*

Tacit. lib.
111.

Nam cunctas nationes & vrbes (ait meus scriptor) Popu-
lus, aut Primores, aut Singuli regunt.

Et quidquid scrutere: nec coetum aliquem socialem sine
vllâ harum formarum reperies, nec in eo aliam præter istas.

Miscentur inter se, fateor, & remittuntur aut intenduntur: sed sic, ut propendat & præponderet semper aliqua pars, à quâ iure ei nomen.

Difficile,
nec certum
de his iudi-
cium.

Optimus
tamè Prin-
cipatus vi-
detur.

Qui vetus-
tissimus.

Sed quæ ex his optima? diu hoc in lite. quam soluit & non soluit idem ille noster. *Dilecta*, inquit, *ex his & constituta* Ibidem.
reipub. forma facilius laudari quàm euenire: aut si euenit, haud diuturna esse potest. Ego si non veriùs, clariùs rem aperio, & præfero palam Principatum. Mouent me ista:

Quod ille vetustissimus: *ἡρώτη & θειοτάτη ἡ βασιλεία: pri- mus & diuiniſſimus Principatus.* Aristot. in Polit.

Et certum est *omnes antiquas gètes regibus primùm paruisse.* Cic. 1 1 1. De Leg.

Idque *in terris nomen imperij primùm fuit.* Sallust. Catil.

Ut verissimè præfatus sit ille, *Principio rerum, gentium nationumque imperium penes reges erat.* Inſtin. lib. 1.

Idem ex
naturâ
maximè.

Addo, quòd ad naturam aptissimus. Docent animantes ceteræ, in quibus imago hæc imperij: docent plerique hominum. & orbem peragra; *pauca libertatem, pars magna iustos dominos volunt.* sed & habent. Sallust. Epist. Mithridatis.

Ex ratione,
& usu.

Idem secundùm rationem maximè. *Vnum enim imperij corpus, vnius animo regendum videtur:* sicuti ab vno gubernatore, vna nauis. Tacit. 1. Annal.

Nam plu-
rium impe-
riũ ad plu-
res trudit.

Plures, quid mihi adfers? turbas. non aliter, quàm *εἰ θέλω* Scrinus.
δ' ὄ ἡλιοι γανέω, κί: δου, πάντ' εὖ συμπλεχθέντ' εὖ δεφθαρηται: si duo Soles velint esse, periculum ne incendio omnia perdantur.

Discordiã
gignit.

Contra pa-
cem Prin-
cipatus.

Arduum enim semper eòdem loci potentiã & concordiam esse. Tacit. 1. Annal.

Itaque *pacis interest, omnem potestatem ad vnum conferri.* 1. Hist.

Legimus, imò ipsi vidimus, *discordantis sæpe patrie non aliud remedium fuisse, quàm si ab vno regeretur.* 1. Annal.

Pro quo &
veterum
auctoritas.

Nec dissentiunt à me prudentes. Ille clamat: *ὁ βασιλεύς, ὡς* Plato Polit.
θεός ἔξ ἀνθρώπων: rex, deus quissiam humanus est.

Alius, *Ex δ' εὖ δὲ δὸς βασιλῆες: Ex Ioue sunt reges.*

Callima-
chus.

Et ter-

Homel.

Et tertius inculcat — *Διοφύρειας βασιλῆας : à Jove eductos reges.*

Liv. lib. XXV.

Quinetiam nonnemo : *Regnum res inter deos hominesque pulcherrima.*

Iliad. β.

Vt iure concludam & optem cum Homero :

— *εἰς κοίρα & ἔστα*

Εἰς βασιλῆς.

— *herus vnicus esto,*

Vnicus & Princeps.

Nam plures rationes scio ; nec affero, in hoc angusto circo alienorum verborum, cui me inclusi.

C A P V T I I I.

Principatus definitio. per partes declaratio. & primùm, vtrius sexus ille sit ?

NE C tamé Principatum omnem confusè extollo, sed verum & legitimum. quem definio, VNIVS IMPERIVM, MORIBVS AVT LEGIBVS DELATVM, SVSCEPTVM GESTVM QVE PARENTIVM BONO. in quâ formulâ, nisi fallor, non vim solùm omnem boni Principatus inclusi, sed & ad illum viam. Diducam, & explicabo. Posui primò, VNIVS IMPERIVM. Virine, an fæminæ ? Vtriusque. sed illius maximè : quia iubet sic natura.

Quid Principatus?

Virorum id munus.

Aristot. I. Polit. cap. VII.

Τότε γὰρ ἀρρεν, φύσει τῆ θήλει & ἡγεμονικώτερον : Nam quid quid masculinum, naturâ magis factum ad imperandum, femineo.

Vix faminarum.

Etiam ratio. Nam palàm est quòd ille conditor nostri deus, fæminis quidem

Qua imbecilla.

Seneca Octan.

— *pectus instruxit dolis,*

Sed vim negavit.

Nec constantiam dedit:

Qua instantes.

— *nulla diu femina pondus habet.*

Propert. lib. VI.

Eleg. Tacit. xv. Annal.

Ne prudentiam quidem plenè. & plerumque muliebri *consilium deterius.*

Qua non adspicientes.

Atqui

Sæpe vitio-
sæ,

Atqui hæc imperij vera instrumenta. Sed adde & vitia.
quia non imbecillis tantum & impar laboribus hic sexus, sed si
licentia adsit, sævus, ambitiosus. 111. Ann.
nal.

Et lubrica.

Quid etiam si sæpe lubricus? quàm in lubrico tunc res-
publica. Nec enim femina, amisâ pudicitia, alia abnuerit. iv. Ann.

Nec hone-
stum viris
adiugum:

Denique indecorum, & seruum nimis hoc seruitium.
Doctör meus de barbarâ quapiam gente. *Femina dominatur.* De morib.
Germ.
in tantum non modò à libertate, sed à seruitute degenerant.

Atq; his causis videatur fæminis *sufficere obsequij gloria.* Plinius
Paneg.

In alteram
tamen par-
tem ratio.

Ecce tamen & tela non imbellia pro imbelli sexu. Pro
iis hæc ratio. quòd *Nulli præclusa est virtus. omnes admittit.* Seneca
Epist.

A commu-
nitione vir-
tutis.

Nec sensum, nec sexum eligit. Idem.

Ab exëplis.

Et reuerâ, nonne eximiæ aliquot reginarum lectæ nobis,
audita, visa? quæ fortes, cautæ, castæ, *virilibus curis, femina-* Tacit. v.
Annal.
rum vitia exuerant.

A ritu gē-
tium.

Pro iisdem, consensu aliquot gentes. Britanni illi veteres
non regno solum præfecere, sed bello. *Solitum* quippe Bri- In Agr.
tannis, faminarum ductu bellare.

Germani viris ipsis ante-tulerunt: & *inesse iis sanctum ali-* De morib.
Germ.
quid ac providum putarunt.

Itaq; *nec consilia earum asperrabantur, nec responsa negligebant.* Ibidem.

Imò plerasque earum (rides an ringeris?) *fatidicas, & augef-* iv. Hist.
cente superstitione, arbitrabantur deas.

Capaces igitur sceptri: vt hi quidem censent. atque etiam
ego, nisi lex aut mos patrius aliter iubent.

CAPVT IV.

*Quomodo capiendus Principatus? duos legitimos modos esse, Elec-
tionem & Successionem. & de vtraque aliquid dissertum.*

NAM hæc ante omnia seruo. ideo addo, **MORIBVS
AVT LEGIBVS DELATVM:** non temerè initiū
& velut

& velut caput regiae huius viae muniens, quia multi calcare eam volunt pede non recto.

Locū Principum plures adferant.

Sallust.
Iugurth.

Natura mortalium avida imperij est, ait ille :

Tacit. II.
Histor.
xv. Annal.

Et alter : *Vetus ac pridem insita mortalibus potentia cupido :*

Et id natura vitio.

Eaque cunctis affectibus fragrantior.

Itaque Principatum multi appetunt, nec boni ipsi, nec bono sine. quos repressit tamen mos siue lex gentium repagulo duplici, Electionis & Successionis. Hanc appello, CVM GENTILIS IS HONOS EST, ET PRINCEPS E PRINCIPE NASCITVR. Illam, CVM SPRETO NATALIVM IVRE, SVFFRAGIIS DESIGNATVR. Electio, antiquior. tamen Successio receptior, & aspectu aliquo melior : quia verum est

Fraternitas duplex, Successio, Et Electio.

Illam, ut videtur, melior.

Tacit. II.
Histor.
I. Hist.

Minore discrimine sumi Principem, quam quæri.

Turbis etiam hoc obstaculum. cum alioqui magnis aut nouis conatibus opportuni sint transitus rerum.

Pacatior.

III. Ann.

Nam clarum est, *prauas aliorum spes cohiberi, si successor securior non in incerto.*

I. Annal.

Princeps ipse per hanc viam securior, & pluribus velut munimentis insistit.

Ex Principum ipsorum usu.

IV. Hist.

Oraculum est, *Non classes, non legiones, perinde firma imperij munimenta, quam numerum liberorum.*

Plin. Pa-
neg.

Tamen aliis ratio magis placet alia. & aiunt, *Imperatorum omnibus, eligi debere ex omnibus.*

Pro Electione & sua ratio.

Tacit. I.
Histor.

Vel ideò, quòd plerumque *Optimum quemque Electio inuenit.*

Quia digniores reperit.

Ibidem.

Nam nasci & generari à principibus, fortuitum, nec ultra aestimatur : cooptandi iudicium integrum, & si eligere velis, consensu monstratur.

Ibidem.

Minus etiam seruilis hæc species. & loco libertatis erit, si *eligi incipimus.*

Quia & ipsa dignior.

F

Sed

Ceterum
extra has,
obliqua
via, nec
fausta.

Sed vtra harum rector, non rectæ viæ aliæ: nec *quisquam* imperium flagitio *quesitum* bonis artibus exercuit. Eodem libro.

Imò nec diu exercuit. quia *nulla* *quesita* scelere *potentia* diuturna est. Curt. lib. IV.

CAPVT V.

Initia Principatum plerumque laudabilia: sed id non satis. perseverandum esse.

Principia
Principum
ferè bona:
at nõ finis.

SED addidi etiam, *SUSCEPTVM GESTVMQVE*. nec geminaui temerè; quia sunt qui suscipiant rectè, non gerant & finiant. ego autem palmam hanc in metâ, non in carceribus figo. Fit malo vitio, an fato humani generis, ut

Initia magistratum aut Principum ferè meliora sunt, sed finis inclinēt. Tacit. xv. Annal.

Poëta non nesciuit:

— *mitissima* fors est
Regnorum, sub rege nouo.

Lucan. lib.
VIII.

Imò nec ipsum vulgus. qui accipiunt regem letantes, ut *fermè ad noua imperia.* Tacit. II. Annal.

Spei suæ quàm sæpè falsi! Nam plerique regnantium, *suone an seruitij ingenio, dum adipiscuntur dominationes multâ caritate sunt; & maiore odio, postquam adepti.* xii. Ann.

Fit ideò, quia plurimum simulatè ex virtutes: cum sciant omnes, *Nouum imperiũ inchoantibus, vtilè esse Clementiæ famã.* iv. Hist.

Aut certè non altè insitè. ideoque peccare paullatim *indulgentiã fortunæ, & prauis magistris, discunt audentque.* ii. Hist.

Siue etiam Regni ipsius natura hoc fert, ut *diuturnitate in superbiam mutant.* xii. Annal.

At malè. *Imperium enim iis artibus facillimè retinetur, quibus initio partum est.* Sallust. Catil.

Quòd si se mutant: videant, ne *Fortuna* quoque *cum moribus immutetur.* Ibidem.

CAPVT

CAPVT VI.

Quis finis, quò actiones omnes Princeps dirigat? Bonum publicum id esse, & seponenda priuata.

DENIQUE in extremo posui PARENTIVM BONO: in iis verbis Finem ipsum veri Principatus complexus, & candidam illam metam, ad quam currat Regius hic athleta. quæ non aliud, quàm subditorum commodum, securitas, salus.

Cicero v.
de Rep.

Nam moderatori reipub. beata ciuium vita proposita est.

*Beatitas
ciuiũ, Prin-
cipi propo-
sita:*

Ibidem.

Vt ea opibus firma, copiis locuples, gloriã ampla, virtute honesta sit.

Xenop. in
Memorab.
Socrat. lib.
III.

Te spectas? erras. καὶ γὰρ ὁ βασιλεὺς αἰρεῖται, οὐχ ἵνα ἑαυτοῦ καλῶς ἑπιμελῆται, ἀλλ' ἵνα καὶ οἱ ἑλθῶντες διὰ τοῦτον εὖ περιττωσι: nam rex eligitur, non vt sese molliter curet, sed vt per ipsum, ij qui elegerunt, benè beateque agant.

*Et idè eli-
gitur:*

Arist. VIII.
Polit. cap.
2.

Hac vnâ in re maximè abit ille à Tyranno. quòd ὁ μὲν τὴν ἑαυτοῦ συμφέρον σκοπῶν, ὁ δὲ βασιλεὺς, τὸ τῶν ἀρχομένων: Tyrannus suã ipsius commodum spectat & querit, at rex subditorũ.

*Tyranno
autem, sua.*

Qui verè est Homericus ille ποιμὴν λαῶν: pastor populorũ.

*Vt pastori
cura gregis
est.*

Senec. De
Clemen.

Scias igitur quisquis hoc nomine, ciuium non seruitutem tibi traditam, sed tutelam.

Ibidem.

Nec rempublicam tuam esse, sed te reipublicæ.

*Non igitur
dominium,
finis.*

Vatem audi:

Claud. ad
Honor.

*Tu ciuem patremque geras, tu consule cunctis,
Non tibi: nec tua te moueant, sed publica damna.*

*Idè curet,
foueat.*

Tacit. I v.
Histor.

Malus ille, qui ex magnâ Fortunâ licentiam tantum vsurpat:

*Non negle-
gat, vt flu-
xi illi &
soluti.*

Ibidem.

Qui non ad curas intentus, sed stupris & adulteriis Principem agit.

Sallust.

At verus bonusque noster intendit, vigilat: & scit, Maximo imperio maximam curam inesse.

*Opus enim
hoc, non so-
lum munus
est.*

Omnium somnos illius vigilantia defendit, omnium otium illius labor, omnium delicias illius industria, omnium vacationem illius occupatio. Seneca Conf. ad Polyb.

Ideò remissum aliquando animum habebit, nunquam solutum. Ibidem.

Vigilans autē Princeps firmus

Hoc subditorum bono fiet, hoc eius. quia illius demum Principis magnitudo stabilis fundataque est, quem omnes tam supra se esse quam pro se sciunt. Ibidem.

CAPVT VII.

De viâ rectâ quam Princeps ingrediatur: & primùm de Virtute. ostensum hanc ei, suâ causâ, necessariam.

VERVM ecce Principem definiui: formabo tibi nunc eundem, & quî perueniat ad salutarem illam metam velut manuducam. Includa sanè hæc via in ipso boni publici fine, fateor: (nemo enim sic geret, qui non ipse bonus: nec id solùm, sed & prudens:) verùm includa occultè. ego educam, aperiam, & totum hoc imperandi iter tenuiore quodam, vt sic dicam, sabulo sternam salubrium præceptorum. Duo sunt quæ legitimum & numeris suis absolutum Principem faciunt: Prudentia & Virtus. illa vt in Actionibus eius eluceat, hæc in Virâ. De Virtute præmittam: quæ profus & Regi assumenda, & per eum his qui regnantur. Regi: quia ita decorum est, vt probitate emineat, qui dignitate. Cyrum lubens audio: qui

Ad Finem Boni publici duo conducunt: Virtus & Prudentia.

Illâ, Principi conuenit, ex decore.

Οὐκ ᾤετο προσήκειν μηδενὶ ἀρχῆς, ὅστις μὴ βελτίων τῶ ἀρχομένων: non censebat conuenire cuiquam imperium, qui non melior esset iis quibus imperaret. Xenophon Pæd. iix.

Vulgò ita iudicamus; & vbi suffragiorum res, plerumque ὁ βασιλεὺς καὶ τίς ἐκ τῶν ἄλλων καὶ ὑπεροχῶν τῶ ἀρετῶν; ἢ ἀρετῶν τῶ δυνάμει τῶ ἀρετῶν: rex constituitur ex idoneis aptisque ob eminentiam virtutis, aut actionum quæ à virtute. Aristot. v. Polit. cap. x.

Meo sanè & poëtę puncto,

Qui rectè faciet, non qui dominatur, erit rex.

Auson. im Monoc

Sed

Sen. r. De
Clemen.

Sed & fama eius hoc postulat : quæ parùm pura, si non *Ex famâs*
vita. *Omnia enim facta dictaque Principis rumor excipit :*

Indidem.

Nec magis ei, quàm Soli, latere contingit.

Indidem.

*Vt iure cauere debeat qualem famam habeat : qui qualem-
cumque meruerit, magnam habiturus est.*

Tacit. r.
Hist.

*Eò magis, quòd inuisum semel Principem seu bene seu malè
facta premunt.*

Eriam regni firmitas sic poscit. quia

*Ex vili.*Seneca
Thyest.

— *vbi non est pudor
Nec cura iuris, sanctitas, pietas, fides,
Instabile regnum est.*

Tacit. r.
Hist.

*Sit ante oculos Nero, & qui alij tyrannorum: quos sua im-
manitas, sua luxuria, cervicibus publicis depulère.*

Ad exitium natæ voces,

Seneca
Thyest.

— *sanctitas, pietas, fides,
Priuata bona sunt. quâ inuat, reges eant.*

Et vsu difces.

CAPVT VIII.

*Subditorum etiam causâ Principi virtutem induendam, & ipsis
instillandam. sine quâ probus aut diuturnus nullus cætus.*

IAM & Principi cura altera, vt cum ipse bonus, subditi
etiã tales. Vbi virtus abest, quæ societas nõ dicã laudabi-
lis, sed firma? Quod de opido poëta, de statu omni dixeris:

*Infirmus
reip. status
sine virtu-
te*Plant. Per-
sâ.

Si incolæ benè morati sunt, pulchrè munitum arbitror.

Sin aliter : profectò

Ibidem.

— *centuplex murus rebus seruandis parum est.*

Polyb.
lib. vi.

*Audi Prudentiæ alumnum: Ille reipub. status optabilis & *Cum eâ
firmus est, in quo & priuatim sanctè innoxieque viuitur, & pu-
blicè Iustitia ac Clementia vigent.* *firmus &
felic.**

Plato Al-
cib. r.

Audi & Sapientiæ: Εἰ μάλιστα τὰ τ' ἀόλεως ἀεὶ ἔξεν ὀρθῶς κτλ.

F 3

λῶς,

ἀὼς, ἀρετῆς σοι μεταδοτίον τοῖς πολίταις; *Si remp. rectè laudabiliterq;*
instituis gerere, virtus tibi cum civibus communicanda est.

Prævaque-
rundam
opinio.

Hos, inquam, potius, quàm illos malè callidos, qui eò mi- Sallust. ad
nitiores reges censent, quò illi quibus imperitant nequiores fuere. Cæf.

Εἰμὴ, ra-
tio.

Quòd patientiores servitutis arbitrantur, quos non deceat nisi Plinius
esse servos. Pang.

Sed hæc
subversa.

Sed profectò hac ipsâ in re errant. Nam *peffimus quisque* Sallust. ad
asserrimè rectorem patitur. Cæf.

Quò quis
melior, hoc
ingi patiē-
tior.

Contrà boni, mites & obnoxij, *metuentes magis, quàm* Idem in
metuendi. Iugurh.

Et ab ore veritatis illud est,
—— *facile imperium in bonos.*

Plant.
Miliz.

Iure igitur dabis operam, *cùm ipse bonus atq; strennuus sis,* Sallust. ad
vti quàm optimis imperites. Cæf.

CAPVT IX.

*Subditos probos fieri maximè à Principis exemplo. cuius incre-
dibilis vis in utramvis partem.*

HOc duplici viâ assequere, Legum & Exempli. De il-
lâ, mox tangam : de hac nunc habe.

Subditi ad
Principem
se forinât.

Quales in repub. principes sunt, tales reliquos solere esse cives. Cicero in
Epist.

—— *componitur orbis*

Regis ad exemplum.

Claud. v.
Conf. Ho-
nor.

Eius caus-
sa.

Nec causa occulta. quoniam ad alta illa versè plerumq;
mentes & oculi : *nec tam imperio nobis opus, quàm exemplo.*

Plinius
Pang.
Tacit. iir.
Ann.

Duci natu-
ra manuli,
quàm cogi.

Quod vrget efficacius, quàm ipse leges. *Obsequium enim*
in Principem et amulandi amor validiora, quàm pœna ex legibus.

Facta Prin-
cipi, iussa.

Quanquam illud ipsum tacita quædam lex est. quoniam
hæc conditio principum, vt quidquid faciant, præcipere videantur. Quintil.
Declam.
iv.

Et eo bono,
plerique
boni:

Vis tuos bonos? ipse esto. *Rectè facere Princeps civis suos,*
faciendo, docet. Velleius
lib. ii.

Rex

Seneca
Thyest.*Rex velit honesta, nemo non eadem volet.*Cic. I I I.
de Leg.*Solutos & malos? te solue. Nam Vicia non solum ipsi Prin- Malo, ma-
cipes concipiunt, sed etiam in civitatem infundunt: plusque exem- li.
plo, quam peccato nocent.*Tacit. III.
Annal.*Et bene noster: Unius invidia (addo ego, & culpa) ab om-
nibus peccatur.*

CAPUT X.

*Distinctius de Virtutibus Principis dictum. & primum de Iu-
stitia, quam ea necessaria: etiam in ipso Principe.*

ERGO Virtus Principi decora & utilis. omnisne? ita
censeo. sic tamen ut species eius quasdam magis ne-
cessarias fatear, quæ eminent & propriè regnum sibi postu-
lant in Regno. Hæ mihi duorum generum: & sunt quæ-
dam ut minuta sidera, quædam ut magna. Inter magna lu-
minaria habeo, Iustitiam & Clementiam. è quibus illam
veluti Solem facio: qui nisi Imperiorum omne corpus il-
luceat, tenebræ in iis, tempestas, nimbi.

*Duplices
virtutes
Principis:
Maiores,
Minores.*Cic. I I.
Offic.*Tanta enim huius vis est, ut nec ij quidem qui scelere ac male- Iustitia, in-
ficio pascuntur, possint sine vlla particula Iustitiae vivere. ter maio-
res.*

Quam in hac meâ re definitio, VIRTUTEM IVS ET
AEQVVM IN SE INQVE ALIIS FIRMITER SERVAN-
TEM. In se, dixi: quia Principem ipsum huic alligo: quem
legibus placet subiici, etsi (quorundam sensu)

*Eius de-
scriptio.**Principi in
se exercen-
da.**Principi eas nemo scripsit.*Plin. Pa-
neg.Plato in
Politic.*Nam ἀνομιλὴ ἢ ἀνὲ μοιαρχία, χαλεπὴ, καὶ βαρύτερῃ ξυνομιλίᾳ: Ius legibus
illex Principatus molestus, & cui haud facile subsis. illegandus:*Spart. in
Anton.
Carac.*Turpe illud, Licet, si libet.**Ne quidvis
ei liceat.**Hoc pulchrius:**Minimum decet libere, cui nimium licet.*Seneca
Trag.Cic. Orat.
pro Rabir.*Et meminerit Princeps, non solum quantum sibi commissum,
sed etiam quatenus permissum sit.*

Poëtae

Qua obstri-
ctio impe-
rii non
minuit.

Poëtae illud falsum & improbum :

Sceptrorum vis tota perit, si pendere iusta

Incipit.

Lucan. lib.
VIII.

Imò firmat:

Oratoris hoc verius : *Ius & aequitas, vincula civitatum.*

Cic. Para-
dox.

Et facit ve-
rè Regnum.

Item illud diuini viri : *Remota Iustitia, quid sunt regna, nisi magna latrocinia?*

Aug. IV.
De ciuitat.

Voci con-
traria &
improba

A barbaro istud barbarum : *In summâ fortunâ id aequius, quod validius.*

Tacit. xv.
Annal.

Opposita
meliores:

Contra, à rege illud regium: *Cùm omnia possimus, sola credimus licere nobis laudanda.*

Theoda-
had. apud
Cassiod.
Var. lib. x.

Poëta etiam sapienter :

Ου τούς κρατούτας χεῖρα κερτεῖν, ἀ μὴ χεῖράν :

Non fas potentes posse, fieri quod nefas.

Euripid.

Malitioso
istè dogmati

Denique nec Euphemi illius sermo εὐφηνεῖ. Ἀνδρὶ τυραννῶ, ἢ πόλει ἀρχῆν ἐχούσῃ, ἐδὲν ἀλογον εἶ, πῦρ μφέρον: *Viro aut urbi principi nihil iniustum quod fructuosum.*

In Thucy-
did. lib. vi.

Dogmasim-
plicius ac
verius.

Apage. ab ore aureo aurum illud purius: *Εγὼ δὲ ἐδὲν νομίζω γὰρ ἀνδρὶ, ἀλλῶς τὴν ἀρχὴν, καλλίον εἶναι καὶ ἔλαττωρότερον ἀρετῆς καὶ δικαιοσύνης. Ego verò nullas opes viro, ac praesertim Principi, pulchriores honestioresque censeo, quàm Virtutem & Iustitiam.*

Xenop. de
Cyrì Ex-
ped. lib. vii

Gloria Ius-
titia adse-
cla:

Et fructum Regi quid ingerunt? gloriam potius. *Fundamentum autem perpetuae commendationis & fama Iustitia est: sine quâ nihil potest esse laudabile.*

Cic. I. I.
de Offic.

Et panè di-
uinitas.

Præclare Principum princeps : *Pietate & Iustitia, Principes dii fiunt.*

Augustus
apud Se-
nec. in Lu-
do.

CAPVT XI.

Iustitiam administrandam Subditis esse. æquabiliter : temperanter : & sine cumulo legum. remoto etiam litium studio.

Ius reddere, primum Principis munus.

EAM igitur in se Princeps seruet: nec id solùm, sed, vt addidi, **IN ALIIS.** quia Diuam hanc asserere, vnâ cum regni munere ci munus. Originem sceptri si repetis, *Fruende*

- Cic. *de Off.* Fruendæ iustitiæ causâ reperies olim benè moratos reges constitutos. Hæc cum sit creatus maximè:
- Ibidem. Quid enim aliud quàm contra vim & manuaria illam legem inuenti & inuecti isti? ut essent, qui summos cum infimis pari iure retinerent.
- Aristot. *v. Polit. cap. x.* Benè Sapientiæ filius: βέλεται ὁ βασιλεὺς εἶναι φύλαξ, ὅπως οἱ μὲν κατημένοι τὰς οὐσίας μηδὲν ἀδικὸν πάχωνται: ὁ δὲ δῆμιον, μὴ ὑβρίζηται μηδὲν: *Rex debet & vult esse custos, ut nec opulenti iniustum aliquid patientur, nec plebs contumeliam accipiat.* ut summus cuique detur, seruatur.
- Hesiod. *Theog.* Benè & Musarum filius: *Τένεκα γὰρ βασιλῆος ἐχέροντες, ἕνεκα λαοῖς βλεπτομένοις ἀγορηφί μετὰ τῶν ἔργα τελοῦσι:* *Hæc vna, reges olim, sunt sine creati: Dicere ius populis, iniusta que tollere facta.*
- Senec. *De Clem. i.* Ius ergo noster dicat, reddat: & id habeat supra omnem iniuriam positum. Ius sit æquum:
- Tac. *xiii. Annal. i. Histor.* Nihil in penatibus eius vanale sit, aut ambitioni peruium. Sine pretij aut gratia aspectu:
- Aristot. *Rhet. i. cap. iii.* Causas reosque audiat. quia inauditi atque indefensi, tanquam innocentes pereunt. Ex legum præscripto.
- Colum. *lib. i.* Interdum tamen temperet. quia haud frustra summum ius, antiqui summam putarunt crucem.
- Tacit. *iv. Annal.* Nouas parcè ferat. nam & illud verum, *Corruptissima* Nona aut multa leges fugiendæ
- Ibid. Hoc æuum si vides; fateare, ut antea flagitiis, sic nunc legibus laborari.
- Annal. *x i.* Inde litigandi ars & studium: ut quemadmodum vis morborum pretia medentibus, sic fori tabes pecuniam aduocatis ferat. Et fori hæc litigia.
- Ibidem. Inde publicæ mercis nihil tam vanale, quàm aduocatorum perfidia.

Quod inter
causas
(mihi qui-
dem) cor-
rupti huius
aui:

Idem nouo
& diuerso
Iustitiano
opus.

Et cur dissimulem? pestis Europæ *caninum hoc studium.* Colum.
quod haud temerè quispiam *concessum latrocinium* dixit. lib. I.

Catonis prisci voto meū adsonet, *Forum muricibus sterni.* Plutarch.

Et medeatur noster Princeps: videatq; *ne legibus fundata* Plin. Pa-
ciuitas, legibus euertatur. neg.

Sine caussidicis satis felices olim fuere, futuraeque sunt vrbes. Colum.
lib. I.

CAPVT XII.

*Clementia definita. Principi commendata. quæ amabilem eum, quæ
firmum, quæ illustrem facit.*

Clementia
munera.

Eius de-
scriptio.

Conueni-
tissima
Principi:

PRAEFERO nunc Principi lumen alterum, Clemen-
tiam: id est, vt ego appello, Imperiorum Lunam. Mitis
& mollis ea Diua: quæ lenit, quæ temperat; noxios eripit, la-
psos erigit; & seruatum it eos ipsos qui se perdunt. Nec de-
scripserim eam aliter, quàm **VIRTUTEM ANIMI A**

POENA AVT VINDICTA AD LENITATEM
CVM IUDICIO INCLINANTIS. Hæc hominī
omnium virtutū conuenientissima, quia humanissima. sed

*Nullum tamen ex omnibus magis, quàm Regem aut Princi-
pem decet:* Sen. I. De
Clemen.

Qui largi-
ter exerce-
re potest:

*Quia plus habet apud illos quod seruet, ac maiore in materia
apparet.*

Et debet.
quia gra-
tiam ei pa-
rat:

*Quia etiam omnia conciliat, quæ sceptro digna. Amo-
rem imprimis:* Ibidem.

Qui vult amari, languidâ regnet manu.

Seneca
Tragic.

Tutelam:

Securitatem, quæ ex amore.

*Non enim sic excubiæ, nec circumstantia tela,
Quàm tutatur amor.*

Claud. ad
Honor.

Da regno
firmitatē.

*Et cetera vi aut fraude periculum pas: hæc arx inaccessa, hoc in-
expugnabile munimentum est, munimento non egere.* Plin. Pa-
negy.

*Etiam firmitatem. Nam firmissimum id imperium, quo obe-
dientes gaudent.* Liu. lib.
VII.

Contrà

Contra autem,

Seneca.

Inuisa nemo imperia retinuit diu.

Sallust. ad
Cæf.

Euentibus omnis æui crede. *qui benignitate ac clementiâ imperium temperauere, his candida & leta omnia fuisse: etiam hostes æquiores quàm aliis ciues.*

Nec crudâ aut immi- tes unquâ diuturni.

Cicero pro
Ligar.

Adde, quòd æterna gloria ab hac viâ: *nec vllâ re propius homines ad eum accedunt, quàm salute hominibus dandâ.*

Sed & glo- riâ parat: Imo velut diuinitat.

Poëta, versibus aureis:

Tact. 1.
Oſtau.

*Pulchrum eminere est inter illustres viros:
Consulere patriæ, parcere afflictis, ferâ
Cæde abstinere, tempus atque ira dare,
Orbi quietem, sæculo pacem suo.
Hæc summa virtus, petitur hæc calum via.*

Audiat, recondat, Princeps.

Tac. 11.
Annal.

Vsurpet igitur meus Princeps: & *amorem apud populares, metum apud hostes querat.*

xii. Ann.

Nec dominationem, & seruos; sed rectorum, & ciues cogitet: Clementiamque & Iustitiam capeſſat.

Rex esto, nō Dominus.

Ita Homeri illud conueniet:

Odyſſ. 6.
& alibi.

— Πάτερ δ' ὡς ἦπιος ἦτο.
— *mitis erat patris instar.*

Item pater:

Ita Biantis illud conueniet: *τὰς ὑπηκόους φοβέσθαι μὴ αὐτὸν, ἀλλ' ὑπὲρ αὐτῶν: timere subditos non illum, sed pro illo.*

Ut illi ti- meant, non illum.

CAPVT XIII.

Clementia vberius cōmendata. sed cum temperie. Abire eâ à Iustitiâ leniter. nec tamē soluere eâ vim Imperij, sed vincere lento nodo.

SED vsurpet (non temerè à me positum) CVM IVDICIO. Quia absque illo, mollities hæc & lentitudo sit, & flagitium, adeò non virtus. Secedit paullum, fateor, ab acri illo Iustitiæ Sole hæc Luna: sed secedit, non discedit, diuersa potius quàm aduersa. Iustitia ipsa nihil indignetur, haud vsquequaque adhærere sibi Principem nostrum pede presso: quoniâ sine peste & pernicie id non potest generis humani.

Flectit à iusto cle- mentia:

Sed bono nostro.

G 2

Flagitia

Id. ob affi-
duas & in-
numeratas
culpas:

Flagitia enim & facinora sine modo sunt :

Tac. III.
Annal.

Περύλασσί τε ἀπαντες, ait ille. καὶ ἰδίᾳ ἔθνη δημοσίᾳ ἀμαρτάνων, καὶ ἐκ
ἐσθίου νόμου ὅστις ἀπέργει τὰς : *nati omnes peccare & labi sunt, quæ
privatim, quæ publicè, neque lex est quæ satis validè vetet aut ca-
piat modum.*

Thuc.lib.
III.

Quæ diffi-
mulanda:
aut omnes
& omnia,
perdenda.

Ita necessarium est, sæpè dissimulet, & malit videri inue-
nisse bonos quàm fecisse.

Tacit.in
Agric.

Crebra pu-
nitio vilef-
cit.

An rigidè semper puniat? non ex publico id vsu. quia
severitas amittit assiduitate auctoritatem :

Senec.Y. de
Clemen.

Imò irritat
peccata.

Et nescio quo obnitendi vitio, videbis ea sæpe committi,
quæ sæpe vindicantur.

Ibidem.

Rebelliones
excitat.

Sed nec ex ipsius priuato. quoniam vt arbores quædã reci-
sa pullulant: ita regia crudelitas auget inimicorũ numerum, tollèdo.

Ibidem.

Temperatus enim timor est, qui cohibet: assiduus & acer in
vindictam excitat.

Ibidem.

Nec timor
coercet.

Verissimè dixerim: Sequitiam plus timoris quàm potètiæ addit.

Sallust.
Iugurth.

Metus autem & terror infirma vincula caritatis. quæ ubi
remoueris, qui timere desierint, odisse incipient :

Tac. Agric.

Et repertis auctoribus, tollent animos:

v. I. Ann.

Infame hoc
etiam Prin-
cipi.

Et tamen fac proficere. quæ hic gloria? Principi non minùs
turpia multa supplicia, quàm medico funera.

Sen. I. De
Clemen.

Et iustitia
omnino tẽ-
peranda:

Melior ergo via altera. & veri benignique Principis est, ad
Clementiam commodum, transilire interdum terminos Æquitatis,
quando sola est Misericordia, cui omnes virtutes cedere honorabi-
liter non recusant.

Cassiod.
XI. Var.

Inleuiter
errate, aut
serio pœni-
tente.

Clementis Iustitiæ exemplum, siue præceptum hoc ha-
beat. Omnia scire, non omnia resequi; paruis peccatis veniam, ma-
gnis seueritatem commodare: nec pœna semper, sed sæpius pœni-
tentiæ contentus esse.

Tacit.
Agric.

— ignoscere pulchrum

Iam misero. pœnaeque genus, vidisse precantem.

Claudian.

Cleon.

Thuc. lib. III.

Cleon quid mihi obgannit? Tria esse ἀξιοφοροῦντα τῆ ἀρχῆ, *Nō resoluit imperium benignitas.*
 αἰστρον, καὶ ἰσοδὴν λόγων, καὶ ἐπιεικειαν, nocentissima Imperio, *Miserationem, Blandiloquentiam, & Lenitatem.*

Mentitur. nam & Clementiæ sui nerui, &

— peragit tranquilla potestas

*Quod violenta nequit: mandataque fortius urget
 Imperiosa quies.*

Imò efficacius iubet quadam & patrat.

Claud. P. neg. Mal. Iij.

Plinius lib. VIII. Ep.

Malè sanè terrore veneratio acquiritur. longeque valentior amor ad obtinendum quod velis, quàm timor.

Sallust. ad Cæf.

Crispi geminâ hæc consigno. Equidem ego cuncta imperia *O non nisi è calo verba!*
crudelia, magis acerba quàm diuturna arbitror: neque quemquam à multis metuendum esse, quin ad eum ex multis formido recidat.
Eam vitam, bellum æternum & anceps gerere. quoniam neque aduersus, neque ab tergo aut lateribus tutus sis, semper in metu aut periculo agites.

Hauri, Princeps, hauri.

CAPVT XIV.

De fide adiunctum, quæ Iustitiæ origo aut suboles. Ea commendata, vt columen humani generis. Gloriosam hanc Principi esse. vtilem. Spreti ab Etruriâ doctores noui.

HABES duo lumina. de quorum fulgore & quasi percussu, eccetibi duo altera accensa, Fidem & Modestiam. E quibus illa Iustitiæ ita vicina est, vt alteram ab alterâ oriri verè dixeris, nec refert vtram. Nam &

Fides Iustitiæ fundamentum est.

Cicero 1. Offic.

Et hæc in animo non subsidet, nisi in quo illius honos & amor. Eam describere breuiter possum, EFFECTVM, QVOD *Fidei descriptio.*
 IN NOBIS SIT, DICTI AVT PROMISSI. Virtus, quæ iure omnino cara sit Principi, cui sua aut publica res cara. Nam hæc

Senec. Ep. LXXXIX.

Sanctissimum humani pectoris bonum est.

Commemdatio.

Silius ad Eidem.

*Ante Iouem generata, decus diuimque hominumque,
 Qua sine non tellus pacem, non æquora norunt:
 Iustitiæ consors, tacitumque in pectore numen.*

G 3.

Quam

Honori
Roma.

Quam nec immeritò in Capitolio vicinam Iovis optimi ma-
ximi Romani esse voluerunt.

Cato Cen-
sorius.

Vt enim ille tutor humani generis, sic ista: nec vlla res
vehementiùs remp. continet, quàm Fides.

Cicer. III,
Offic.

Servanda
firmiter in
repub.

Itaque eam magnoperè censemus conseruandam:

Auctor ad
Heren.
lib. I I I.

Honori ita
exigit:

Fama suadet: quoniam

— Καλόν τι γλῶσσι, ὅτε πίστει παρή:

Euripid.

— res pulchra, lingua cui fiet Fides.

Et utilis.

Fructus suadet. Καὶ ἀκύρατον γυνομένων τῆσ' σωθηκῶν, ἀνήρηται ἢ
πρὸς ἀλλήλους χρεία τῆσ' ἀνθρώπων: & infirmatis violatisque pactis,
tollitur inter homines commerciorum vsus.

Arist. Rhetoric. ad
Theod. I.
cap. XV.

Planè igitur perfidiosum & nefarium est, fidem frangere,
que continet vitam.

Cicero pro
Q. Roscio
Com.

Nec audiē-
di vulpio-
nes, qui
suffodiunt.

Et vbi isti doctores noui?

Οἷον ἔτε βαυλός, ἔτε πίστει, ἔδ' ὄρη μίρει:

Aristoph.
Acharn.

Queis nec ara, nec fides, nec vlla firma pactio est.

Qui aures Principum venenant; & suadent, Vt omnia re-
cta & honesta neglegant, dummodo potentiam consequantur.

Cicer. I I I.
Offic.

Qui intermortuum illud recoquant,

— ius regnandi gratiâ

Ex Eurip.

Violandum est. aliis rebus pietatem colas.

Frangenda
ea nullâ vi.

Heu vani, falsi! Nam Fides nullâ necessitate ad fallendum
cogitur, nullo corrumpitur premio.

Seneca
Epistola
LXXXIX.

— Fulgentibus ostro

Silius lib.
X I I I.

Hæc potior regnis.

Nullâ
fraude.

Fraudes & captiunculas miscent? scio. & perfidos nun-
quam caussa deficiet, cur pacto non stent:

Liu. lib. IX.

Semperque aliquam fraudi speciem iuris imponent.

Ibidem.

Sed audiant generosum Brasidâ. Απάρτη δὲ ἀρετῆ ἀρχὴ τοῖς
τε ἐν ἀξιώματι πλεονεκτῆσαι, ἢ βία ἐμφανεῖ: Iis qui in dignitate sunt,
turpius fraude honestâ circumuenire aut ledere, quàm vi apertâ.

Thucyd.
lib. I V.

Nam

Cic. in
Offic.

Nam quod nonnulli sibi *sumunt, nullam esse fidem quæ* Etiā infido servāda:
infideli data sit :

Ibidem.

Errant, & *querunt latebram periurio.*

Ambr. II.
de Offic.

Nam *Fides etiam perfidis præstanda est :*

Etiā inter arma. &

Etiā hosti.

Silius lib.
XIII.

— *optimus ille*
Militiæ, cui postremum est primumque tueri
Inter bella fidem.

Apagite igitur istos, ô mei reges :

Idem lib.
II.

— *ne rumpite fœdera pacis,*
Nec regnis postferte fidem.

Aristot.
Rhet. ad
Alexand.
cap. XV III.

Hoc cogitate. *ἐκ ἔπιουρκείῃ, φοβημένως τὴν τι παρὰ τῶν θεῶν τιμωρίαν, Periuria*
ἢ τὸ ὄψα τοῖς ἀνθρώποις αἰχρύνει: non peierare, timentes & divi- deus homi-
nam ultionem, & humanam infamiam. nesq; in-
feri.

Nam profectò

Tibul.

— *etsi quis primò periuria celat :*
Sera tamen tacitis pœna venit pedibus.

CAPVT XV.

De Modestia præscriptum, quæ Clementiæ assidet. Instillata Prin-
cipi, & in Sensu & in Actione.

ET Fides quidem Iustitiæ, vt sic dicam, *καρὴν* est: de
Clementiæ autem lumine, Modestiæ lumen refulget.
quæ concolor illi valdè, & lenis mitisq; animi assidua com-
mes. Definitio, **RATIONE TEMPERATVM, NEC**
ACTIONE EXSVLTANTEM, DE SESVIS QVE Quid Mo-
SENSVM. Quæ virtus cum alijs inculcāda (quid enim homi-
destia?
nes sumus? aut quādiu sumus?) tū Principi maximè: quem

Bernar. in
Epist.

In alto positum non alta sapere, difficile est.

Rara enim
aulis, &
apud ma-
gnos.

Sen. II. De
irā.

Quidquid enim leue & inane in animo est, secundā se aurā sus-
tollit.

Sallust.
Iugurb.

Hinc plerumque in magnis ille *contemptor animus, & su-*
perbia, commune nobilitatis malum.

Sed

Esse tamen debet. Sed noster temperet, sciatque Modestia famam neque sum- Tacit. xv. Annal.
mis mortalium aspernandam, & à diis aestimari.

Nam supra, non extra homines Princeps. Cur autem insolescat? Non minùs hominem se, quàm ho- Plin. Pa- negyr.
minibus præesse cogitet.

Et regnū, & omnia regni vana; Sceptum, aut opes, faciunt animos? Miser & vane. Cum- Tacit. I. Annal.
eta mortalium incerta: quantoque plus adeptus sis, tanto te magis in lubrico censeas.

Incerta, Caduca hæc & fragilia, puerilibusque consentanea crepundis, Valer. lib. vi. cap. vlt.
que vires atque opes humana vocantur.

Ruina præcipiti obnoxia. An ignoras magnas arbores diu crescere, vna hora extirpari? Curt. lib. v I I.

*Vidi cruentos carcere includi duces,
Et impotentis terga plebeia manu
Scindi Tyranni.* Seneca Herc. Fur.

Scilicet nihil tam firmum est, cui periculum non sit etiam ab Curtius lib. vii.
inualido.

Leo ipse aliquando minimarum avium pabulum fit, & ferrum Ibidem.
rustigo consumit.

Etiam in externis Modestia amplectenda. Sensum ergo modificetur & temperet: imò & ACTIO- Cic. Philip. vii.
NEM. Persona enim Principis non solum animis, sed etiam oculis seruire debet civium.

In sermone; Sermo ei grauis. Nam quemadmodum sapienti viro inces- Seneca Epist.
sus modestior conuenit: ita oratio pressa, non audax.

Nam fusiles, inutiles. Etiam paucus. Apage linguaces istos: (quibus plerum- Sallust. Caril.
que ita euenit) loquentia multum, sapientia parum.

Quorum omnis vis virtusque in lingua sita est. Idem ad Cæf.

Sanè vetus illud nondum me fefellit: Canem timidum la- Curtius lib. vii.
trare vehementius, quàm mordere. altissima queque flumina mi- nimo sono labi.

In veste: At in Cultu, ne exuberet. Virum magnum ad regem Aristot. Præf. ad Alexand.
Magnum audiat: πολὺ κάλλιον & βασιλικώτερον, τὴν ψυχὴν ἔχειν δι- γλωμονεῖσαν, ἢ τὴν ἐξ ἡ τῆ σώματος & ὄραν & σεματεῖσαν: multo pulchrius magisque

magis que regium, animum præferre cultum & compositum, quam corporis vestem.

Marius
apud Sal-
lustium.

Benè Romanus Imperator : *Munditias mulieribus, viris laborem convenire.*

Xenophon
in Hier.

Et cultu quid opus? *Εμοίρα δ' οὐκ ἔστιν ἐκ θεῶν μηδ' ἴσ' ἔχ' αἰεὶ συμπαρέτασθ' αἰεὶ δὲ ἀρχόντι :* *Mihi à deo & à celo videtur Venus quæpiam & Gratia comitari ac subsequi virum principem.*

Cur. lib.
VII.

Nec aliter de externâ omni specie censeo. & hoc de Modestiam, ab Scythiâ præcepto non Scythico concludo. *Fortu- Et aliâ cir- cumfusa specie.*
nam tuam, ô Princeps, pressis manibus tene. lubrica est, nec invita teneri potest. Impone felicitati tuæ frenos, facilius illam reges.

CAPVT XVI.

Ex occasione de Maiestate adnexa lacinia. quid ea, & qui, & quatenus paranda?

SED Modestiam tamen ita commendo Principi, vt non spernam ab eo Maiestatem. Hæc est REVERENDA *Descriptio Maiestatis.*
QVAEDAM AMPLITVDO, OB MERITVM VIRTVTIS, AVT RERVM AFFINIVM. Græcis ea *Σεμωσις* dicta : nobis, in priuato Auctoritas, in Principe Maiestas. Acre ea telum ad imperium : quoniam & in pace

Cicero
Topic.

Ad fidem faciendam Auctoritas queritur.

*Quævisibi-
liu regnâti.*

Idem pro
leg. Man.

Et multum in bellis quoque administrandis, atque imperio militari valet.

Idem To-
pic.

Nec magis eam à Principe remoueo, quam Virtutem ipsam : quæ plerumque illam gignit. Quanquam & *Propriè à Virtute or- ta: sed & ab externis.*
con- *curso rerum externarum affert Auctoritatem.*

Tacit.
Agric.

Vt morum inprimis grauitas. si tamen ita temperes, vt *A Graui- tate.*
tristitiam & arrogantiam exuas:

Ibidem.

Nec tibi, quod est rarissimum, aut facilitas auctoritatem, aut seueritas amorem deminuat.

II. ANNAL.

Qualis laudatus ille Germanicus: qui visis & auditu iuxta

H VENERA-

venerabilis, cum magnitudinem & gravitatem summae fortunae 11. Ann.
retineret, invidiam & arrogantiam effugerat.

*A corpore,
aut verbis.*

Faciunt & quaedam à naturâ. vt si quis corpore ingens, *ver-* xv. Annal.
bis magnificus.

*A sempre-
rato recessu.*

Aut ab arte. vt recessus & seiunctio : quia viles plerum-
que, qui nimium ciuiles. Et effatum Liuianum verum est:
Continuus aspectus minùs verendos magnos homines ipsa satie- Liu. lib.
tate facit. xxxv.

Et maiestati maior ex longinquo reuerentia :

Tacit. 1.
Annal.

Hominibusque omne ignotum semper pro magnifico est. Sed
modus in his talibus esto : qui sal & anima virtutum. In Agric.

CAPVT XVII.

Minores aliquot virtutes posita, quae Principem deceant: sed spar-
sam, & breuiter.

VENIO nunc ad minora, quæ dixi, lumina : id est, vir-
tutes haud æquè illustres aut necessarias regibus, ta-
men viles. quas, velut stellas, spargam & defigam (fas ita
loqui) in supremi Capitis huius cælo. Audi Princeps.

*Liberalitas
decora Prin-
cipi.*

BENEFICVS esto. *Liberalitate enim nihil est natura homi-* Cicero 1.
nis accommodatius : Offic.

Et Regum inprimis. quos *armis, quàm munificentia vincit,* Sallust.
minùs flagitiosum est. Iugurth.

*Cum dile-
ctis tamen,
& modo.*

Sed cum iudicio esto. *Subita enim largitionis comes, pœni-* Plinius lib.
tentia. vi 1. Epist.

Etiam cum modo. ne *si ararium ambitione exhausseris, per* Tacit. 31.
scelera supplendum sit. Ann.

Nimis hauriendo Fontem ipsum exhauris. nec malè vir
sanctus : *Liberalitate liberalitas perit.*

Hieron.

Falluntur autem quibus luxuria specie liberalitatis imponit. Tacit. 1.
perdere multi sciunt, donare nesciunt. Histor.

CASTVS

21. Ann. CASTVS esto. *Animo enim per libidinem corrupto nihil honestum inest.* In coniugem amor.

211. Ann. Coniugi deditus : nec tamen cum Claudiano illo stipte, *coniugum imperiis obnoxius.* At non obsequium.

Aristot. II. Polit. cap. VIII. Turpe viro, imò ipsi imperio. *Kairros tì d'εξόπισ γυναικας άρχειν, ή τοις άρχουσι υπό τής γυναικων άρχειν;* *Quid verò interest, utrū femina gubernent, an qui gubernat, gubernentur à feminis?*

Tacit. Agric. IRAM fuge. eaque aut nulla tibi, aut aperta esto. *Principi viro honestius puta offendere, quàm odisse.* Iram vitet: aut aperiat.

Ibidem. Mali illi *obscuri, eoque irrevocabiles.*

Ibidem. Qui reponunt odia, *quodque saeva cogitationis indicium est, secreto suo satiantur.*

Senec. I. de Clem. CONVICIA sperne. *Magnam fortunam magnus animus det, & talium contemptor.* In conviciis ne inquirat.

Ibid. Cuius est proprium, *placidum esse tranquillumque, & iniurias atque offensiones supernè despiciere.*

Tacit. IV. Annal. Vniuersè autem verum est : *Convicia, si irascere, agnita videntur : spreta exolescunt.*

Ibid. FAMAM tamen ne contemne : & cogita *Ceteris mortaliū in eo stare consilia, quid sibi conducere arbitrentur : Principum diuersam esse sortē, quibus praecipua rerum ad famam dirigenda.* Famam curat.

Ibid. Laus tibi & posteritas in oculis : *censeasque cetera Principibus statim adesse : unum insatiabiliter parandum, prosperam sui memoriam. Nam contemptu famæ, contemni virtutes.*

21. Annal. DOCTRINAM nonnihil ad hunc finem promoue : *quæ languet, quoniam sublatis studiorū pretiis, etiam studia pereunt.* Doctrinā amet.

Plin. Pagan. negy. Ea *spiritum & sanguinem sub te recipiant.*

1. Ann. Ita temporibus tuis dicendis, *non deerunt decora ingenia.*

I. L I P S I
P O L I T I C O R V M
S I V E
C I V I L I S D O C T R I N Æ
L I B R I T E R T I I

C A P V T I .

Prudentiam Principi per-necessariam. sine eâ vim & opes iniustitia. miscenda esse. sed primam illam in gubernatione præpollere.

*Prudentia
in gubernatione
modo usus.*



Poëtria sine eâ, caca, præcepta.

ERTEXVI regiam hanc Virtutum vestem: Prudentiæ telam ordior. quam ut felici perçtine percurram & percutiam, te vera Minerva nostra inuoco, ô æterni patris æterna proles. Prudentiæ ad omnes res humanas vsus: sed ad imperium maximè. quod sine eâ non solùm infirmum sit, sed ausim dicere nullum. Quis nauim mihi dirigat, sine ferro quod affricuit Siderites? sic nemo rempub. sine mente quam afflauit illa Diuâ. Vim solam cogites? frustra. Qualis poëtarum ille Cyclops, amisso oculo: talis Princeps, cui abest lumen hoc frontis.

Vis consilii expers mole ruit suâ.

Horat.
III. Od.

Nec est diuturna possessio, in quam gladio inducimur.

Curt. lib.
VIII.

At contrâ,

Vim temperatam di quoque prouehunt

Horat.
III. Od.

In maius:

Mixta vtraque effcacissima.

Temperatam dico, prudentiæ hac mixturâ. Πρωτον γὰρ μὴ Ἰσοκρατ. ἀδ
Demonic. φρονησεως, ait mellitus orator, καὶ φειδωλοσ. ἀνδρὶ δὲ πάντες, πλείω τοῖς ἐχθροῖς ἔλαττε: Nam vis prudentiæ adiuncta, vsui est: sine eâ, abit magis in noxam.

Nec

Nec malè poëta :

— non solis viribus equum

Credere. sapè acri potior prudentia dextrâ.

Valer. Flac.
IV. Argon.

Et certè in gubernatione palàm potior : quia sola lene il- Imperium
alioqui in
hominem
durum:
lud frænum est, quo voluntarij rediguntur in obedientiæ
gyrum. Ecce, ne animalia quidem cetera domueris sine tra-
ctatione quadam & arte : tu speres hominem ? quo nullum
animal morosius est, nullum maiori arte tractandum.

Senec. 1.
De Clem.

Naturâ nos feroces, indomiti, æqui impatientes, nedum Qui natu-
râ refra-
ctarij.
feruitutis. κὼ οἱ ἀνθρώποι ἐπὶ ἐθέτας μᾶλλον σιωπῶσι, ἢ ἐπὶ τοῦτοις, ἐς ἀναιδῶν) ἀρχῆν αὐτῶν ἐπιχειροῦντας : & *homines in nullos magis
insurgunt, quàm in eos quos imperium in se adfectare sentiscunt.*

Xenoph.
3. Pæd.

Ibidem.

Et rem vidit, qui scripsit : πάντων ἢ ἄλλων ζῶων ῥᾶον, ἢ ἀνθρώ-
πων ἀρχῆν : *omnibus animalibus facilius, quàm hominibus impe-
ritare.*

Arist. III.
Poliuc.

Illam igitur adhibe, & hoc adhibe : Ἡ φρόνησις, ἀρχοῦν Idè pru-
dentiâ opus:
ἰδὲ ἀρετὴ μόνη : *Prudentia, imperantis propria & unica virtus.*

Tac. XII.
Annal.

Sanè omnium temporum euentus docebit, & docuit, Cuius vis
supra vim.
*plura in summâ fortunâ auspiciis & consiliis, quàm telis & ma-
nibus geri.*

Oraculum non insolens effatus est ille vates :

Euripid.

Σοφὸν γὰρ ἐν βούλοισι τὰς πολλὰς χεῖρας .

Νικᾷ,

Mens vna sapiens, plurium vincit manus.

Liur. XI.

Quin addo: *Multa, quæ naturâ impedita sunt, cōsilio expediiri.*

C A P V T I I.

*Sed duplicem prudentiam esse: A se, & Ab aliis. illam optari, hanc
contingere. Rarum, imò ἀδύνατον esse, vt Princeps à se uno
satis sapiat.*

I VRE hanc ergo Principi nostro inesse volo, & multò Duplex sa-
pientia.
magis adesse. Nam Sapientum duplex genus poëta ve-
tus appositè facit.

H 3

Οὐτ

Propria:

Οὐτ' ἔμην πανδαίς, ὅς ἄντ' ὅς πάντα νόησιν :

Hesiod.
Opes. I.Mutuati-
cia.

Ἐθλὸς δ' αὖ κ' ἀκρίβ' ἔστι, ὅς δ' εἰπὼντι τίθην).

*Laudatissimus est, ipse qui cuncta videbit:**Sed laudandus est is, qui pareret recta monenti.*

Et nostra Suada : *Sapientissimum esse dicunt eum, cui quod opus sit, ipsi veniat in mentem : proximè accedere illum, qui alterius bene inuentis obtemperet.* Cicero pro Cluent.

Cumque iis, vel ab iis potius, historiorum vberimus : *Sape audiui eum primum esse virum, qui ipse consulat quod in rem sit : secundum eum, qui bene monenti obediat : qui nec ipse consulere, nec alteri parere scit, eum extremi esse ingenij.* Liu. xli.

Prior, ni-
mis vara in
purpura.

Et quamquam inter primos Principem esse voueam : tamen ad secundos magis admoueam. Primum, quia nescio quomodo (verè hoc, sed verecundè dicam) siue ætate, siue institutione, siue naturâ etiam, his ab aulâ prima illa animi ingenijque negata fors est. Indidem.

Alteri aigi-
tur assu-
menda.

Deinde ut eam habeant, tamen cum omnis ratio et institutio vitæ, adiumenta hominum desideret : Cicero 1. Offic.

Magna e-
nim moles
imperij :

Tum hæc Gubernatoria maximè. in quâ certum est, Principem suâ scientiâ non posse cuncta complecti. Tacit. i. Annal.

Nec vnus mentem esse tanta molis capacem. 1. Annal.

Itaque esto mihi

Σοφὸς τύειν ἢ σοφῶν σπουδαί :

Euripid.
opinor.*Princeps sapiens, sapientium commercio.*

Et adsumat in partem curarum alios, Tacit. 1. Annal.

Nec Atlas
sine Hercu-
les sustineat.*Certus magna negotia magnis adiutoribus egere :*Velleius
lib. II.

Grauiissimosque Principis labores, quis orbem terræ capessit, egere adminiculis. Tacit. xii. Annal.

Exempla
docent.

Æuum omne videat, rarò eminentes viros non magnis adiutoribus ad gubernandam fortunam suam vsos reperiet. Velleius II.

Ὀλίγα γὰρ εἰς αὐτὸν, καὶ εἰς ἀκούσιν : Pauca enim aliqua vnus videat, vnus audiat. Xenoph. VIII. Pæd.

At esse

Ibidem. At esse debent πολλοὶ βασιλέως ὀφθαλμοί, καὶ πολλὰ ὦτα: *multi Regis oculi, & multe aures.*

Liu. XLIV. Thales mihi, si volet, rex esto. tamen si de sua unius sententiâ omnia geret, superbū hunc iudicabo magis quàm sapientem.

CAPVT IIL

Itaque Adiutores ei capiendum: idque iudicio. Eos duplices esse, Consiliarios & Ministros. Qui, & quàm vtilis illi!

A DIVTORIBVS enim certè opus: & hoc regiæ prudentiæ caput censeam, adsumere prudentes. Verè *At-* *Principi amicus opus.*
ticus orator monuit,

Plin. Pa-
neg.

Præcipuum Principis opus esse, amicos parare.

Ibidem.

Nullum enim maius boni imperij instrumentum, quàm boni amici. *Qui, verè eorum thesaurus.*

Micipse
apud Sall.
Iugurth.

Regibus rex hoc crede. Illi Africano: *Non exercitus neque thesauri, præsidia regni sunt, verùm amici.*

Cyro, apud
Xenoph.
lib. VIII.

Huic Medo: Οὐ τόδ᾽ ἐστὶ τὸ χρυσοῦ σκῆπτρον τὸ βασιλείαν δεῦξω. *Et sceptri fulcrum.*
Ζὸ ἔστιν, ἀλλ᾽ οἱ πολλοὶ φίλοι σκῆπτρον βασιλείᾳ ἀληθιστον καὶ ἀσφαλές ἐστιν: Non aureum istud sceptrum est quod regnum custodit, sed copia amicorum ea regibus sceptrum verissimum tutissimumque.

Sed quæ parabis? Iudicij hæc res est. quod si Principi nostro rectū à naturâ vel ab usu, ô salutarè illū & bono publico natum! Tamen ego dirigā, & adminiculabor in parte. *Iudicio eligendi.*

Adiutores mihi duorum generū, Consiliarij & administri. Illi, qui linguâ & mente imprimis iuuant: Hi, qui manu & factis. Dignissimi illi, & à magno Philosopho scriptum: *Bipartiti. Consiliarij eminent.*

Aristot.
Rhet. ad
Alexand.

Τὸ βελτιώδες, ἢ πρὸς τὸ ἀνθρώπων, διότατόν ἐστι. Consiliarij eorum que inter homines, divinißimum est.

Apud Pla-
ton.

Veteri verbo vsurpatum:

Ἰερὸν ἀληθῶς ἔστιν ἡ συμβουλία:

Quiddam sacrum profectò consultatio est.

Sallust. ad
Cæsar.

Idem maximè necessarij. Nónne consilio stant regna, vrbes, domus? *Ego ita comperi, omnia regna, ciuitates, nationes, Phæbi dicto. vsque*

vsque eò prosperum imperium habuisse, dum apud eos vera consilia valuerunt. vbi cumque gratia, timor, voluptas, ea corrumpere, post paullo imminuta opes, deinde ademptum imperium, postremò seruitus imposta est.

Itaque de his iure primò dicam.

CAPVT IV.

Definiti distinctius Consiliarij. & prima eorum munera explicata, Probitas, & peritia rerum. denique ostensi illi, indice famà.

Consiliarij.

APPELLO Consiliarios, QUI FIDI, RERVM HOMINVMQVE PERITI, SALVTARIA SVGGERVNT, PACE SIVE BELLO.

Fidi, sive vità probi.

Dixi FIDOS, id est probos. *Optimum enim quemque fidelissimum puto.* Plinius Paucg.

Idem prudentes uniuersè:

Addidi RERVM HOMINVMQVE PERITOS, id est prudentes. ἢ γὰρ προνοίμου μάλιστα τοῦτ' ἔργον ἐστὶ φαίειν, τὸ δὲ βελδύειν: *prudentis enim hoc proprium maximè munus arbitramur, rectè consulere.* Aristot. vi. Ethic. Nicom. cap. vii.

Et distinctè, rerum patria.

Tales censeo, morum animorumque provincie gnaros. Tacitus Agric.

Non enim exteros temerè, nò aduenas. qui veriloquium hoc imbibi: *Ad consilium de rep. dandum, caput esse, nosse rempublicam.* Cicer. i. i. de Orat.

Aetate grandes.

Item Senes. *quibus corpus annis infirmum, ingenium sapientia validum sit.* Sallust. Catil.

Adolescentum quidem animi plerumque parùm prouidi: iique molles & aetate fluxi, dolis haud difficulter capiuntur. Ibidem.

Nec errat verbum vetus: *Consilia senum, hastas iuuenù esse.* Plutarch.

Sortis vtriusque gnari.

Tertiò, fortunâ variâ exercitos. Reuersâ enim nocumenta, documenta: & appositè de se Mithridates, *Mihi fortuna, multis rebus ereptis, usum dedit benè suadendi.* Sallust. in Fragm.

Cum modo acuti.

Quartò, quod fatis sit, acutos. Nam qui nimis, fugio: & arcanum illud dogma ingero: οἱ φαυλότεροι τῶ ἀνθρώπων πρὸς τὰς ξυμπα-

ἤβητοι ἄριστοι, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, ἀμεινον διακρίσι τὰς πόλεις: Hebetiores, quam acutiores, ut plurimum, melius remp. administrant.

Curt. iv. *Caussa. quia subtilia illa & ignea ingenia in assiduo motu, nouandis quam gerendis rebus aptiora.*

Tacit. Agric. *At hos tales Princeps qui reperiet? Non studiis priuatis, nec ex commendatione aut precibus paucorum:* Legendi sine ambiguo.

Plin. Pa- negy. *Sed aut ipse noscet, si potest: aut tanget ad lapidem illum Lydium communis Famæ. Singuli enim decipere & decipi possunt: nemo omnes, neminem omnes sefellerunt.* Testimonio plurimum.

Idem ibidem. *Nec malè ille olim ad Principem: Tales nos crede, qualis fama cuiusque est.*

CAPVT V.

Explicatum tertium munus, ut salubriter consulant. id inclusum quinque monitorum quasi lineis.

FECI etiam SALVTARIA SVGGERENTES. meritò, Nónne hic finis & velut portus quo velificentur consultores? veri & probi quidem. Peruenient autem, si per lineas has dirigant, quas signabo. Pietatem primùm iis ingero, & ut

Cypr. in Epist. *Consiliorum gubernaculum, Lex diuina sit.* Pijuncto.

Plinius Paneg. *Vniuersè enim verum est, Nihil ritè nihilque prouidenter homines, sine deorum immortalium ope, consilio, honore auspiciari.*

Tacit. i. Histor. *Libertatem secundò. ut fortiter, non obnoxie, sententias dicant: neue cum fortunâ potiùs Principis loquantur, quam cum ipso.* Iberi sumto.

Plin. lib. iii. Ep. ix. *Nam Libertas sicut & Fides, in presentia quibus resistit, offendit, deinde illi sipsis suscipitur laudaturque.*

Tacit. xi. Annal. *Improbi illi, qui veri copiam non faciunt, sed suspensa, & quò ducantur inclinatura, respondent.*

iii. Hist. *Qui ambigui, & ita compositi, ut ex euentu rerum aduersa abnuant, vel prospera agnoscant.*

I

Tertiò,

Constantes
& firmi
sunt.

Tertiò, Constantiam. Nam illaudati, qui *ex alienâ libidine huc illuc fluctuantes agitantur: interdum alia, deinde alia decernunt. Vti eorum qui dominantur similtas atque arrogantia fert, ita bonum malumve publicum existimant.* Sallust. ad Cæf.

Sed cum
sempere.

At non Rigorem etiam: nec inconstantis putem sententiam, *tanquam aliquod navigium, è reip. tempestate moderari.* Cicero pro Balbo.

Nam verè prudens & sapiens, non semper it. vno gradu, sed *vnâ viâ:* Seneca.

Nec se in aliquibus mutat, sed potiùs aptat: & vt verbo dicam, non cursum eundem tenet, sed portum. Idem.

Modesti &
placidi
sunt.

Quartò, Modestiam. & placent illi, qui *specie obsequij regunt, ad omniaque que agenda sunt, quietâ cum industriâ adjuunt.* Tac. III. Hist.

Arte enim & flexu quodam opus sæpe: & obliquâ viâ eundem, quò non licet rectâ. Talis Cornelianus Pifo: *nul- lius servilis sententia sponte auctor, & quoties necessitas ingrueret; prudenter moderans.* VI. Annal.

Talis Lepidus: qui *pleraque ab seuis adulationibus aliorum in melius deflexit. nec tamen temperamenti egebat, cum æquabili auctoritate & gratiâ apud Principem vigerit.* IV. Annal.

Denique,
ore presso.

Quintò, Silentium. quia *Taciturnitas optimum. atque tutissimum rerum administrandarum vinculum:* Valer. I. N. cap. III.

Nec res magna sustineri possunt ab eo; cui tacere graue est. Curt. IV.

Arcani ergo ipsi, nec tamen arcanorum (salubriter monito) scrutatores. quia *abditos principis sensus, & si quid occultius parat, exquirere illicitum, anceps; nec ideò assequare.* Tacit. III. Annal.

C A P V T V I I.

Que vitanda Consiliariis: & primùm que impedimenta & velut vada bonæ Mentis! Ea quattuor notata:

HÆC loca illa plana, per quæ tutò explicentur consiliorum vela. Sed vada etiam sunt & scopuli: quos notabo. quia ludibrium profectò ventis debet, quisquis non cauct.

CAPVT VII.

Quæ turbamenta, & velut Scopuli bona Mentis? Tres ostensi.

*Confidètia
noxia.*

AT inter Scopulos, quibus illidi & frangi hæc nauis
solet, prima mihi Fiducia occurrit:

Quæ profectò cum sapientiâ non commiscetur.

Cic. pro
Leg. Man.

*Cui peccus
est, in re-
ctus hoc de-
mitte.*

Phœbæa vox est: *Consilia calida & audacia, primâ specie lata
sunt; tractatu dura, euentu tristia.*

Liuius lib.
xxxv.

Nec te fallat. Nam plerumque feroculi isti, *μετ' ασφαλείας
μὲν δοῦντες, καὶ δέρας δὲ ἐν τῷ ἔργῳ ἠλλείπονται: cum supinâ fiduciâ
sententiam dicunt, in re ipsa trepidantes deficiunt.*

Thuc. lib.
I.

*Cauti in
consiliis, in
facto au-
daces.*

At ego cautum Minum audio:

Animus vereri qui scit, scit tutò aggredi:

Publius.

Et mihi, cum Græco scriptore, *ἀνὴρ ἕταρς ἀν' εἰν ἄριστος, εἰ βελού-
δου μὲν ὀρθῶς εἰσι τῶν ἐπιλεγόμενος πείσεισθαι χρῆμα. ἐν δὲ τῷ ἔργῳ θεσ-
σὺς εἶν: vir eâ ratione fiet optimus, si in deliberâdo quidē cunctetur
& pratimeat quidquid pote contingere: in agendo autem confidat.*

Herod. lib.
VII.

*Cupiditas
refranâda.*

Scopulus alter, Cupiditas. *Ἐπιθυμία μὲν γὰρ ἐλάχιστα κατορθουῶ-
ται, προνοία δὲ πλεῖστα: Nam cupiditate pauca rectè consiunt, cir-
cumspèctione plurima.*

Thuc. vii.

*Celeritas
reputiâda.*

Cui adiuncta Celeritas, infamis naufragiis in hoc mari.
Nam qui cupit, festinat: qui festinat, euertit. *Omnia non pro-
peranti clara certa que sunt, festinatio improvida est & cæca.*

Liuius lib.
xxii.

*Prudentia
vera peilia.*

Iraque verè dictum: *Nihil magni discriminis consiliis tam
inimicum, quàm Celeritas:*

Idem lib.
xxxii.

Item que: *Δύο μὲν ἐνατιώτατα τῇ βουλίᾳ, τάχα τε καὶ ὀργή: Thuc. lib.
Duo aduersissima rectæ Menti, Celeritas, & Fra. III.*

*Cui tardi-
tas amica.*

Lentos ego amo, lentos: & qui cum nostro Comico

Quidquid est incoctum, non expromit, bene coctum diuunt.

Plaut. Mil.

*Et raro ce-
leres felici-
es:*

Nam quòd nonnulli *in consultando temerarij, in exsequendo
viri sunt:*

Velleius
lib. ii.

Subiti

Tacit. IV.
Hist.*Subiti consilijs, sed eventu felices :*Liuus lib.
XXXI.*Cur mouear? scio à casu esse, cui non fido: magis rationi,
& huic dicto: Celeres istos celerem pœnitentiam, sed eandem
seram atque inutilem sequi.*Tacit. I.
Histor.*Vidimus, videmus, videbimus. semperque verum, Sceleris impetu, bona consilia morâ valere.* Nisi in scelere.Demosth.
Exord. XX-
II.*Quæ ipsa propria, sicut Celeritas Actioni. Nam δει μὲν βραδύως ἀποδοῦναι, ἀλλὰ τὰ ἐπιεικέα καὶ ἀποδοῦναι μὲν ἀποδοῦναι: Consultare quidem oportet lentè, consulta exequi festinanter.* Actionibus tamen ea.Aristot. VI.
Ethic. cap.
IX.*Addo à grauissimo viro pondus, πραίτην μὲν δὲ ταχὺ τὰ βραδύτερα, βραδύως δὲ βραδύως: celeriter deliberata peragenda sunt, deliberandum autem tardè.*

CAPVT VIII.

Ipsè Princeps qui se gerat in audiendis consilijs. Dogmata huic rei.

CONSILIARIOS formari: res monet, vt etiam ipsum consulentem. Frustrâ enim illi idonei, si non iste: & perierit omnis salubrium consiliorum liquor, nisi aptum velut vas fit in quod instillet. Princeps igitur, in capiendis consilijs, hæc feruet.

Cæf. lib. V.
Comm.*Maturè deliberet. Timet, atque eum deficere omnia videntur, qui in ipso negotio consilium capere cogitur.* Tempestiuè consulat.Seneca
Epist.*Gladiatorum hoc est non Principum, In arenâ consilium.*Cicero
Philip.*Magna in rep. momenta sunt temporum: & multum interest, idem illud vtrum antè an post decernatur, suscipiatur, agatur.*Tacit in
Germ.*Peccatur hîc in Plurium statu. vbi illud ex libertate viti-
tium, quòd non simul, nec iussi conueniunt.* Quòd rari-
um in Poly-
archiâ.

Ibidem.

Sed & alter & tertius dies cunctatione cœuentium absuntur.

H. I. Hist.

Caueat Princeps. etiam illud: ne inutili cunctatione, agendi tempora deliberando consumat. Ne lentè
nimis con-
sulat.

Ilic.

Nèue dies rerum, verbis terat.

I 3.

Audiat

Eligat &
iudices.

Audiat cum iudicio. Turpis Claudianus ille frutex, cui xii. Ann.
non amor, non odium, nisi indita & iussa.

Qui à suis

Ducitur, ut nervis alienis mobile lignum.

Horat.

Non perst-
dat.

Tamen sine Pertinaciâ. quia illud Marci Principis diu-
num: *Æquius est, ut ego tot taliumque amicorum consilium se-*
quar, quàm tot talésque amici meam vnius voluntatem.

Capitol in
M. Anto-
nino Phi-
lofoph.

Non ape-
riat.

Sententiam suam celet: ex hoc præcepto. *Fieri quid de-*
beat, cum multis tracta: quid facturus sis, cum paucissimis, vel
potiùs ipse tecum.

Veget. lib.
111.

Sanè anima consilij, secretum: & nulla sunt meliora consilia,
quàm quæ ignoraverit adversarius antequàm fierent.

Ibidem.

Liberos a-
met.

Libertatem admittat, nec amet Aulæ verba illa byssina.

Plutarch.
Apoph.

Adulantes
oderit.

Regum opes sapiùs assentatio, quàm hostis evertit.

Curtius
lib. viii.

Qui noxij.

At mihi salus illius desperata est, cuius aures ita formate
sunt, ut aspera quæ utilia, & nihil nisi iucundum & lesurum ac-
cipiant.

111. Hist.

Miser est Imperator, apud quem vera reticentur.

Capitol. in
Gord. iun.

Non pra-
mia consi-
liis.

Sine discrimine audiat. & nec bona quidem cõsilia præ-
mijs afficiat (arcanum dogma suggero:) ne quis spe adipi-
scendi à vero deflectat, & ὁδὸν γνώμης τῆς πρὸς χάριν λέγει: præ-
ter animi mentem aliquid, & ad gratiam loquatur.

Thucyd.
lib. 111.

Non poenas
satiuat.

Sed nec mala supplicijs. Defuturi enim sunt qui suadeant,
si malè suavisse periculum sit.

Curtius
lib. 111.

Et sanè non melioris fidei habendi, qui prudentiùs suaserint.

Ibidem.

Successus
enim à for-
tunâ sine
dpo.

Id est, Feliciùs. Nam profectò saepe prava magis quàm bona
consilia prosperè eveniunt. quia plerasque res Fortuna ex libidine
suâ agit.

Sallust. ad
Cæs.

Imò

Centum doctum hominum consilia sola hæc devincit dea.

Plaut.
Pseud.

Cum

Tacit. vi.
Annal.

Cum quâ (extremum id moneo) ne pugnet. & ardua illa Es quidam supra nos.
atque implexa consilia, quibus impar est, fato permittat.

CAPVT IX.

Spernenda occulta Consilia, & ab Aula seruis.

ADDO breuem, sed magnæ rei notam. vti spernat ge- Anlici cō-
siliarij im-
probi.
nus illud Domestici consilij, quod per prauam pru-
dentiam nonnemo sibi sumit. Id ferè constat ex Aulæ qui-
busdam mancipijs :

Tacit. iiii.
Annal.

Quibus omnia Principum, honesta atque inhonesta, laudare Quil placi-
ta loquun-
tur.
mos est.

Cic. ad Q.
Frat. epist.
i. lib. i.

Qui in aures eorum fictè & simulatè, quæstus sui causâ, in- Rem suam
quaerunt.
surrant.

Ibid.

Ah caue, caue. & quisquis priuatim tibi seruus, is de iis
rebus quæ ad officium imperij tui atque ad aliquam partem reip.
pertinent, nequid attingat.

Ibid.

Quantumuis ille idoneus, tamen species ipsa gratiosi liberti Principem
dehonestat.
aut serui, dignitatem habere nullam potest.

Vopisc. in
Aureliano.

Minus, fructum. & clamat tibi ipsa Veritas: Hi sunt cu- Imò & vñ-
dunt.
biculari illi consiliarij, à quibus bonus, cautus, optimus ven-
ditur Imperator.

CAPVT X.

Dictum de Administris. & nota triplex, ad quam legi eos oporteat.

IAMQUE plenè absolui de Consiliarijs: transeo ad genus
alterum Adiutorum, Administros. Eos dico, Admini-
stri Princi-
pis.
PUBLICÆ AVT PRIVATIM PRINCIPI EXHI-
BENT IN FUNCTIONE ALIQUA SVI VSVM.
Publicè: vt sunt Præfecti, Præsides, Quæstores, Iudices, In publico:
vno verbo ij omnes qui tangunt imperij aut reip. partem.
Priuatim: vt sunt ij ferè, qui ad Aulæ saltem vsum aut splē- In Aulâ.
dorem adhibentur: quos suo proprioque verbo dicimus,
Palatinos. De his minus est. illos qui in publico versantur,
eligi suadeam cum curâ: & in primis à triplici hac notâ.

Ve ge-

Eligendi à
Genere.

Vt genus in iis honestum. Benè enim Philosophorum
columen: Εἰκὸς βελτίους εἶναι, τὰς ἐκ βελτίωνων: *Par est meliores esse,*
eos qui ex melioribus. Aristot. v.
Politic.

Viles sper-
nendi.

Et sanè vilis ille, qui viles tantùm sibi admouet: *præci-*
πιωτάτῃε indicium non magni Principis, magni liberti. Plin. Pane-
gyr.

Nisi insi-
gni aliquâ
virtute.

Excipio, si eximia in talium aliquo virtus. Tunc enim li-
bens fatear, *Optimum quemque, esse nobilissimum.* Velleius
lib. i r.

Et in cuiuscumque animo virtus insit, ei plurimum esse tribuen-
dum. Ibidem.

Probi li-
gendi.

Nam nota mihi altera, Vita est: quam super omnia spe-
cto. Légi enim: *Meliorē esse remp. & propè tutiorem, in quâ*
Princeps malus sit, eâ, in quâ mali Principis ministri. Apud Lâ-
pridium in
Alexand.

Moribus ergo probi sint: valeatque illud,
— *emittur solâ virtute potestas.* Claudian.

Non infa-
mes.

Malis famosisque nihil crediderit, nullam existimationis sue
partem commiserit. Cic. ad Q.
Frat. ep. i.

Non anci-
pites.

Imò nec ambiguis. Nónne melius officiis & administra-
tionibus non peccaturos præficere, quàm dânnare cùm peccarint? Tacit. in
Agric.

Princeps
peccat,
quidquid
illi.

Ego censeo. nam in Principem
— *culpa cunctorum redit.* Seneca
Med.

Qui non vetat peccare cùm possit, iubet.

Illi incumbit in hac custodia imperij, *ut non se vnum modò,*
sed omnes ministros civibus & reip. præstet. Cic. ad Q.
Frat.

Apti ab in-
genio, eli-
gendi.

At nota tertia, Ingenium est quod quia varium in nobis,
Καὶ ὁ μὲν πρὸς πολιτείαν, ὁ δὲ πρὸς πόλεμον εὐφύεσθαι : ille ad civilia, hic
ad bellica, naturâ aptior. Plutarch.
Politic.
Præcept.

Quisque
pro incli-
natione.

Primum illud est, ut possit *ἕκαστον ἑκάστην χεῖρα, καὶ τὸ δικεῖον, προσ-*
αρμόττειν : quemque, cuique functioni, pro indole suâ, admouere. Ibidem.

Mæcnas enim aptè quædam obiuerit, quæ non Agrip-
pa. & rectè poëta :

Omnia non pariter rerum sunt omnibus apta.

Alterum, Propert.
lib. i r r.

Alterum, ut ingenia inspiciat. id est, recta eligat, nec ta- Non nimis alti.
men erecta. Scilicet, *ut pares negotiis, neque supra sint.*

Tacit. vi.
Annal.

i. Annal.

Tiberiana cautio non de nihilo. qui nec eminentes virtu-
tes sectabatur, & rursum vitia oderat. Ab optimis, periculum si-
bi: à pessimis, dedecus publicum metuebat.

iii. Ann.

Medij ergo optimi, quibus olim & nuac tutissimò se- Medij con-
grui.
creta Principum innixa.

Eodem lib.

Quò mihi Labeo aliquis incorruptâ libertate?

Eodem.

Capitonis obsequium dominantibus magis probatur.

iv. Ann.

Ista suadeo: an persuadeo? ægrè. Nescio quomodo Auli- Tamen ra-
rò recta hic
electio.
ca hæc comitia affectus dirigit: & fato quodam ac sorte nascen-
di, ut cetera, ita Principum inclinatio in hos, offensio in illos est.

CAPVT XI. •

Administris ipsis præcepta tradita, eorum tutela. Primum Mi-
noribus, inde Maioribus. Ancipitem omnem potentiam esse
in Aulâ.

NEC de Administris, plura differo: quædam, ad ipsos.
NO boni, lubrica vestra vita & via est, qui in Aulâ ver-
samini: in quâ, ut verè vir sanctus dixit,

Augustin.
viii. Con-
fess. cap. vi.

Per pericula, peruenitur ad grandius periculum.

Periculi ple-
na Aulâ.Tacit. i.
Annal.

Itaque acti circumspeditione & custodiâ vobis opus con-
tra lapsum. Ego fulcio his præceptis. Vos qui Minores in
Palatio,

Obsequiosi este. Nam quanto quis apud Principem ob- Obsequiū
Admini-
stros decet.
sequio promptior, honoribus & opibus extolletur.

Constanti-
ni Imp.
dictum.

Vtubiles. ne sitis dicto veteri, *Timea & sorices Palatii.*

Sui usus.Seneca
Trag. Hip-
pol.

Audaculi. Nam profectò

Audacia.

Malus est minister regij imperij pudor.

Plinius
Paneg.

At vos qui Maiores, cauete ne vobis tales. & *vestra vos, Modestia.*
non Principis fortunâ metiamini.

K

Quod

Quæta
actio.

Quod agitis, sine iactantiâ agite. placent illi, qui actum Vell. 11.
otiosis simillimi.

Qualis ille Piso: quo nemo aut validius otium dilexit, aut Eodem li-
facilius suffecit negotio: magisque quæ agenda sunt egit, sine vllâ bro.
ostentatione agendi.

Virtutum
dissimula-
tio.

Invidia sic vitabitur. cui amoliendę, nonnemō delapsus
est ad vitiorum etiam imitamenta.

Tacitus
xvi. Ann.

Mæcenates illi hoc spectarunt,

— quis mens circumflua luxu

Nouerat intactum vitio seruare vigorem.

Claud. de
Probin&
Ol. consul.

Ovirum
verè ad
Lulam!

Et callidus Crispi nepos. qui diuersus à veterum instituto,
pen cultum & munditias luxu propior. Suberat tamen vigor ani- Tac. III.
mi ingentibus negotiis par, eò acrior, quò somnum & inertiam Annal.
magis ostentabat.

Accepto
omnia prin-
cipi refe-
rant.

Qui sapis, capis. etiam istud: vt nihil tibi adscribas, nec
ad famam tuam gestis exsultes, sed ad auctorem & ducem, vt
minister, fortunam referas.

Tacit. in
Agric.

Luna inquam esto, & glorię tuę omne lumen refunde
illi Soli. Hęc est conditio regum, vt casus tantum aduersos homi- Aemilius
nibus tribuant, secundos fortuna suæ. Prob. in
Datame.

Sibi labores
capiat, glo-
riam illi.

Benè Agrippa. Δουὶν παρὶνει τὸ ἀνδραγῶν σαθησιούδρον, τὸ μὲν διγε- Dio lib.
ρείας αὐτῶν τὸ περὶ γυμνασίων ἀπαλλάττων, τὸ δὲ δὴ καθόρθωσιν σφῶν ἐκέ- XLIX.
κοις φυλάσσειν: Duorum admonerat virum in Aulâ saluum futu-
rum: Vnius, vt difficultatem rerum ipse amoliretur: alterius, vt
gloriam impositæ summæ manus illis relinqueret.

Patientes
sunt.

In vniuersum autem, in Aulâ perennare vultis? duo hæc
adsumite. Patientiam: veterani illius exemplo. qui inter-
rogatus, Quomodo rarissimam rem in aulâ consecutus esset, Se- Sen. II.
nedutem? Iniurias inquit ferendo, & gratias agendo: De irâ.

Extremè
cauti.

Item Cautelam. quia multi vobis laquei, &
Fraus sublimi regnat in aulâ.

Seneca
Hippol.

Illic

Sallust. ad
Caf.

Illic ad reprehendenda aliena dicta & facta, ardet omnibus animus. vix satis apertum os, aut lingua prompta videtur.

Francium
enim sedes,
aula.Tacit. r.
Hist. or.

Illic infidiatores & hostes: qui secretis criminationibus infament ignarum, & quo incautior decipiari, palàm laudatum.

Sen. Praef.
lib. iv.
Quæst.
Nat.

Cur te fallam? cùm omnia caueris, per ornamenta ferieris.

Tac. III. r.
Annal.

Imò vt nemo te euertat, cades spontè. quia *Nihil rerum mortalium tam instabile est fluxum est, quàm potentia non sua vix nixa.*

Potentia eni
lubrica.

III. Ann.

Vide mihi illos Emeritos: speciem magis in amicitia Principis, quàm vim retinent.

Sallust.
Iugurth.

Siue id vitio regum fiat, quorum voluntates vt vehementes, sic mobiles, sepe sibi ipsæ aduersæ:

Reges mu-
tabiles.Tacit.
III. Annal.

Siue fato potentia rarò sempiterna. & satias capit aut illos cùm omnia tribuerunt, aut hos cùm iam nihil reliquum est quod cupiant.

Fatum in-
certum.Plutarch.
in Arat.

Et ô bene si non Aratæa aliqua vox erumpat. Ταῦτ' ἐστὶν Ἰνopinάτη. ὁ Κεφάλων ἐπιχειρᾷ τῆς τυραννικῆς φιλίας: Hæc sunt, ô Cephalo, præmia regie amicitia.

Senec.
Thyest.

Ista eueniunt: numquam mihi. &
Stet quicumque volet potens
Aula culmine lubrico,
Me dulcis saturet quies.
Obscuro positus loco,
Leni perfruar otio.

Nos procul
à Ioue &
fulmine.

I. L I P S I
 P O L I T I C O R V M
 S I V E
 C I V I L I S D O C T R I N Æ
 L I B R I Q V A R T I

C A P V T I.

Propriam Prudentiam, id est eam quam inesse Principi volumus, præceptis difficile alligari. Latè fusam esse, Instabilem, & Obtectam. Itaque aliquid de eâ, non plene à nobis præcipi.

*Prudentia
 materies,
 omnes res
 humana.*



L I E N Æ Prudentiæ semitam decurri : aperitur mihi campus Propriæ, sed verè campus. in quo certam viam aut limitem quis comprehendet? Diffusa nimis res est, Confusa, Obscura. Diffusa primùm. quid enim latius se, quàm res humanæ, pandit? quarum omnium Prudentia est, imo & singularum. Philosophum audi :

*Ea q̄ singu-
 lariter in-
 specta.*

Τῶν καὶ ἕκαστ' ἐστὶν ἡ ὀρθότης, ἀ γινώσκουσι γινέει δὲ ἐπιτηδίασ: Rerum singularum Prudentia est, quæ nota homini per Usum sunt. Aristot. VI. Ethic. cap. VIII.

Atqui res singulæ, infinite sunt: quas adeò non scientiâ, vt nec numero complectare.

Præcepta enim finita esse debent, & certa:

Siqua finiri non possunt, extra Sapientiam sunt.

Seneca
 Epi. ola
 xcvi.
 Ibidem.

*Circa res
 incertas
 versante:*

*Ipsa quo-
 que mobi-
 lis.*

Iam Confusa eadem. quia reuerâ instabile totum & fluctuans est, quod Prudentiam vocamus. Quid enim aliud ea, quàm electio rerum quæ aliter atque aliter sese habent? Quod si illæ incertæ: etiam ipsa eò magis, quòd non rebus solùm deuincta, sed iis quæ rebus adstant. Tempora, loca, homi-

homines adspicit: & pro minimâ eorum inutatione ipsa se mutat, adeoq; non ubique vna, vt nec in vnâ re vna. Scientiæ autem alia natura est: &

Aristot.
vi. Ethic.
cap. 111.

Πάντες ὑπολαμβάνοιμεν, ὅτι τις αἰετα, μὴ ἐνδέχεται ἄλλως ἔχειν: *Omnnes censemus, quod scimus, natum non esse Variare.*

Sanè incertum aliquid, nemo redegerit incerta hæc & Tenebrosa est, ob causas ignotas. stricta præceptorum vincla. Denique obscura eadem, quia res euentusq; omnes humani in altâ nocte.

Plinius
Paneg.

Nam occultat eorum semina deus, & plerumque bonorum malorumque causas sub diversâ specie latent.

Quis in rebus etiam obuiis non suspicatur potius de causis, quàm cognoscit? Sine causis autem Scientia non est, nec traditio vlla firma. Addo, quòd in publicâ & Ciuili Ante boni nec no-scandus. hac gubernatione, etsi in terrenis rebus, pleræque tamen causæ ab alto sunt, nec reperiendæ in hac terrâ.

Lucret.
lib. v.

*Vsq; adeò (vt ille exclamat) res humanas vis abdita quedâ
Obterit, & pulchros fasces semasque secures
Proculcare ac ludibrio sibi habere videtur.*

Itaque (verum fateamur) ego & alij hîc caligamus; nec est quisquam qui ad plenum præcepta Prudentiæ non dicam tradiderit, sed tentârit. Quid ergo? quiesco, & sileo? res & ordo vetant: & faciam potius quòd in Syrtium aliquo æquore deprehensus. & quoniam clausum directumq; iter tenere non possum, confusè viam aliquam signabo, velut astris. Otu me adiua, qui super astra.

CAPVT II.

Diuisa Prudentia. Propria in Togatam, & Militarem. Illa rursus, in Humanam & Diuinam. De hac ostensum, curam Principi esse. Unam Religionem retinendam ei, & defendendam.

PRUDENTIA omnis, quàm in Principe quæro, duplex est: Togata & Militaris. Illam intellego, Togata Prudentia. QVAE IN COTTIDIANA HAC GVBERNATIONE, TRANQVILLISQVE REBVS, INTERVENIT. Istam, QVAE

Militaris. IN BELLO, REBUSQUE TURBATUS. Illius materies iterum duplex; Res Divinæ, Res Humanæ. In rebus Divinis versari eam dico, QUAE SACRA RELIGIONEMQUE TANGIT ET DIRIGIT, QUATENUS TAMEN PRINCIPIS EA CVRA. Iustè & conuenienter sic limito. quia non Principi liberum in sacra ius. absit. sed inspectio quedam, idque tucendi magis quam cognoscendi causâ.

Religio, caput in re-pub.

Sanè in omni-republicâ Πρώτων, ἢ καὶ θεῶν ἐπιμέλεια: *Primum est, curatio rerum diuinarum.* Arist. vii. Polit. cap. viii.

Curanda Principi:

Ad quem autem ea potius, quam ad Principem pertinet? Δεῖ γὰρ τὸ ἀρίστον ὑπὸ τῶν ἀρίστων τιμᾶσθαι, καὶ τὸ ἀγαθοῦ ὑπὸ τῶν ἀγαθοῦν: *Decet enim quod optimum est, ab optimo coli, & quod imperat, ab imperante.* Diogenes Stoic. apud Stob.

Decori causâ.

Tutela causâ.

Nec decet solum, sed expedit. Tutelæ tuæ primùm: quia verissimè Cyrus ἐλογίζετο ὡς εἰ πάντες οἱ κοινῶν θεοσεβείῃ εἶεν, ἦττοι αἱ ἑαυτῶν ἐθέλοντες καὶ τε ἀλλήλους ἀνόσιον τι ποιεῖν, καὶ κατ' ἑαυτὸν: *ratiocinabatur, si omnes Familiares (imò & Subditi) dei metuentes essent, minùs eos aut inter se aliquid illicitum patraturos, aut in ipsum.* Xenoph. Pæd. lib. viii.

Augmenti causâ.

Ad augmentum etiam Imperij. Scito enim τοὺς θεοὺς δουλοῦς εἶναι τοῖς μάλλον ἑαυτοῦς τιμᾶσι: *deos proniores esse in eos, qui maximè illos colunt.* Aristot. Rhet. ad Alexand.

Status Publici causâ.

Aufus gloriari Tullius: Romanos, non *calliditate aut robore, sed pietate ac religione omnes gentes nationesque superauisse.* Orat. de Arusp. responsi.

Iam verò publicè, quæ salui sumus nisi illâ saluâ? *Religio, & timor dei solus est, qui custodit hominum inter se societatem.* Lactant. De irâ cap. xii.

Tolle hoc vinculum: *vita hominum stultitiâ, scelere, immunitate complebitur.* Eod. lib. cap. viii.

Non ea miscenda.

Idemque, si confundis. Nec enim audiendi Ægyptij illi reges, qui *variâ & miscellâ religionem induxerunt, stabiliendo, ut putarunt, sceptro: Καὶ ὅπως μηδέποτε ὁμοιοῦσιν διώκται οἱ κατ' Αἴγυπτον: & ne vnquam conspirare inter se Ægyptij omnes possent.* Diodor. Sicul. lib. ii.

Ô fatui!

O fatui! Vnionis auctor illa vna : & à confusâ eâ, semper turbæ. Musarum ille pater quanto melius! cuius hoc ad Augustum monitum exstat. *Τὸ μὲν θεῖον πάντα τὰ αὐτὸς τῆ σέβου καὶ τὰ πάτρια, καὶ τοὺς ἄλλοις πρῶτον ἀνάγκη: Diuinum illud numen, omni modo, omni tempore, ipse cole iuxta leges patrias: & alij vt colant, effice.*

Marcan. apud Dionem Casium, lib. 1.11.

vna, optima.

Ibidem.

Addit: *τοὺς δὲ ἐρεῖζοι τὰς τιμὰς αὐτὸ ἐμίσει ἐκόλαζε, μὴ μόνον τῶν θεῶν ἕνεκα, ἀλλ' ἀποκαταφρονήσας ἐδ' ἄλλω ἂν τῶν θεῶν προτιμήσειεν, ἀλλ' ὅτι καὶ τὰ πᾶσι δαιμόνια οἱ θεῖοι ἀντίο φέρουσι, πολλὰς ἀναπειθεῖν ἡ ἀλλοξιομεῖν: Καὶ τὴν κτλ. συνομωσίαι, κτλ. σουσάσεις, ἑταιρίαι τε γίγνοντο, ἀπερ' ἡμισυ μοραρχία συμφέρει: Eos vero qui in diuinis aliquid inuolunt, odio habet & coërce. non deorum solum causâ (quos tamen qui contemnit, nec aliud sanè quidquã magni fecerit) sed quia noua quædam numina hi tales introducentes, multos impellunt ad mutationem rerum. Vnde coniurationes, seditiones, conciliabula existunt, res profectò minimè conducibiles Principatui.*

Puniendi, qui variat.

Lactant. 1. Instit. cap. 11.

O verba, ab impio & ad impium, nimis pia! Hæc vera prudentia : & Principi qui sapit, religio & veneratio nulla alia, nisi vnus Dei tenenda est.

Cic. 1. de Diuinat.

Et tenenda ex ritu veteri. *Maiorum instituta tueri, sacris ceremoniisque retinendis, sapientis est.*

Mos probus & verus seruandus.

Aristot. Rhet. ad Alexand.

Καὶ τὰ πάτρια ἔστιν ὡς τὰ πάσι ὡς βάλειν ἀδικόν ἐστι: & patrios ritus migrare aut violare, vbique gentium nefarium habetur.

Iustinus lib. VIII.

Puni igitur, si quis turbat. *Iure ille à diis proximus habetur, per quem deorum maiestas vindicatur.*

Vindicandus:

Lactant. lib. 7. Institut. cap. 11.

Seriò, seriò, hoc imbibe: *Nihil esse in rebus hismanis religio- ne præstantius, eamque summâ vi oportere defendi.*

Omni vi defendendus.

C A P V T I I I.

De vna religione amplius quaesitum. Nunquamne dissidium ferri possit? saltem in tempus. idque quadamtenus videri.

ERGO firmiter hæc nostra sententia est, Vnam religionem in vno regno seruari. Quæri tamen duo possunt: Sempërne puniendi qui dissentiant, & An omnes? Quæ de

re vt

*Calamitas
Eurobæ à
dissidio Re-
ligionum.*

re ut differam, non Curiositas me impellit, sed publica Vtilitas, & præsens hic Europæ status, quem nego me sine lacrimis intueri. O melior mundi pars, quas dissidiorum faeces religio tibi accendit! Colliduntur inter se Christianæ reipub. capita, & milleni aliquot homines perierunt ac perierunt per speciem Pietatis. Quis hîc silebit? non ego. & quamuis cum Platone sciam *ὅτι ἀλόγητα τὰ τοιαῦτα πρὸς τὰς πολλοὺς:* *calumniis hæc obnoxia in vulgus:*

*Calūniatur, si quis
mederi
vult:*

In Eucy-
Phr.

Nec quidquam tam probè aut protuidè hîc dici, *quod non vellicare malignitas possit:* Seneca Epist.

At nos conabimur.

Obnoxiamen Pudentiorum iudicium.

Tamen subibo hoc discrimen, & pro virili aquâ infundam in Sacrum huic ignem. Hoc excusatiùs, quòd cõsilia, non decreta adfero; nec assero aliquid, sed pono. Tu qui legis, scito à piâ puraque mente hæc esse; & si ipsa aliter, subici à me iis quorum propriè cognitio hæc & censura.

Peccantes in religionè duplices:

Turbones.

Et Errones.

Turbones, semper puniendi.

Ut rem intellegas, duo genera eorum facio qui in Religionè peccant: qui Publicè, & qui Priuatim. Publicè peccare dico, **QVI ET IPSI MALE DE DEO RECEPTISQUE SACRIS SENTIUNT, ET ALIOS AD SENTIENDVM. PER TURBAS IMPELLUNT.** Priuatim, **QVI PARITER MALE SENTIUNT, SED SIBI.** De primis primò quaeritur, an talibus esse debeat impunè? nego. *Puniantur à te, ne tu pro illis puniaris.*

Cypr. de
util. Penitentia.

Maximè si turbant. *Melius enim est, ut pereat vnus, quàm ut pereat vnitas.* August.

Violatarum religionum aliubi atque aliubi diuersa pœna est, sed vbiq̃e aliqua. Senec. De Benef. III. cap. vi.

Clementiæ non hîc locus. *Vre, seca, ut membrorum potiùs aliquod, quàm totum corpus intereat.* Cic. Philip. I. IX.

Nam quod in religionem diuinam committitur, in omnium fertur iniuriam. L. III. Cod. Iustin. De Hæret.

Vnicâ exceptione, nisi metus à turbis.

At que hoc firmum certumque esto, quamdiu turbatores coërceri possunt sine maiore turbâ. Quid autem, si aliter? &

Tacit. III.
Annal.

ter, & quid si ea tempora sint, vt *subita coërcitio plus damni in rempub. ferat?*

Seneca
Epist.

Nam ea interueniunt: vel nostrū hoc vide. quo fatalis ista *Acui nostrō infelix curiositas.*
est ingeniorū scabies, vt omnes *disputare malint, quàm viuere.*

Plato in
Apol.

Aculeones vbique & Curiones, qui *ἀεὶ πρὸς ἄλλοις ἐπιτρέτες*
καὶ πρὸς ἑαυτοῖς καὶ ἐπιεχθίζουσι: satagunt inquirentes, & *quae subter*
terram sunt, & quae super calum.

Tacit. III.
Annal.

Horū quanta multitudo? *Vt rei agi possint, acie vincēdi sunt.*

Cic. ad At.
XII. Ep. 1.

Hic igitur iustè ambigo, An non fas tempora paullisper *Tolerandū interdum, ut melius tollat.*
Principi inspicere, quibus parère omnes Politici praecipunt.

Tacit. III.
Annal.

Et an nō potius sit, ommittere adulta & *praeualida vitia, quàm*
illud assequi vt palam fiat quibus flagitiis impares simus.

Seneca
Conf. ad
Helu.

Ommittere dico in tempus. *Nam in morbis quoque nihil est* *Cautiōri-
cans.*
magis periculosum, quàm immatura medicina:

Luius
XXII.

Et scio medicos, *plus interdum quiete, quàm mouendo atque*
agendo, proficere.

Ex medi-
corū scito.
Plin. Pa-
negyr.

Sanè istos ab atrā bile, Dies plerumque sanat & *Quies.*

*Tempus
multa so-
nat.*

Arma, arma clamant alij. Sed nōne re vidimus, *arma*
armis irritari?

Senec. I. de
Clemen.

*Naturā contumax est humanus animus, & in contrarium at-
que arduum nitens.*

Tacit. XII.
Annal.

Tu iterum iterumque vide, an non conuiuere interdum *Et diast
malior ob-
turgia.*
melius, quàm *intempestiuus remediis delicta accendere.*

CAPVT IV.

*An puniendi singuli, & quieti: itemque an extrahendi & perqui-
rendi? Neutrum (si intentè quidem fiat) ex vsu videri. Do-
ctore primūm his opus, non tortore.*

SECVNDa Quæstio est, de his qui in Religione peccant *Et non
simplices
non sicut
puniendi.*
spriuatim. Ecce labes errorum in meâ mente, sed nemi-
nem maculo: quiesco domi, & fileo. Hicne talis etiam pu-
niendus?

L

niendus?

niendus? De quietis temporibus, non disputo: de turbidis, ambigo. & interdum illa valeant,

*Tacere liceat, nulla libertas minor:
A rege petitur.*

Seneca
Oedip.

Nemo rex perinde animis imperare potest, ac linguis.

Curt. VII.

Mentium rex, Deus est.

Augustin.
in Ioan.

*Hæc via
vix emen-
det.*

Sanè nimio aut intempestiuo terrore quid efficitur? vt
vultu, qui maxime seruit, assentiantur:

Curt. VIII

Corde minimè. *Quis enim imponat mihi necessitatem vel
credendi quod nolim, vel quod velim non credendi?*

Lactant. v.
cap. XIIII.

*Simulato-
res efficit.*

Fictiones ea res inducit. & fortasse *Purpura tua cultores
aliquot efficies, non Dei.*

Ex Themis-
tij dicto a-
pud So-
crat. Eccl.
Hist. III.
cap. XXI.
Bernardin.
Cant.

*Docendi.
optius.*

Vide ne, in statu simili, tutior via altera docendi ac du-
cendi. *Fides suadenda est, non imperanda.*

Bernardin.
Cant.

*Ingenia nostra, vt nobiles & generosi equi, melius facili freno
reguntur.*

Sen. I. De
Clemen:

*Et errantem per agros ignorantia via, melius est ad rectam
iter adiuuere, quam expellere.*

Idem I. De
Ira.

Ita profectò est. Tolluntur hæc talia quæ sensibus insi-
dent, *docendo magis quam iubendo, monendo quam minando.*

August. E-
pist. LXV.

In fidibus siquid discrepat, non abruptis statim, sed
paulatim reducis ad concentum: in Fide cur non idem fit?
& peccata sic compescis, vt sint quos peccasse pœniteat?

Idem ad
African.
Procos.

*Pœnitentis,
bis boni.*

Atque hi tales sæpè meliores. *Multo firmior est Fides quam
reponit pœnitentia.*

Lactant. in
hac tali re,
lib. v. cap.
XIII.

Et si Pœna etiam sæpè reposit. & *lentis tepidisque animis
quod cohortatio quieta non suavit, minax subitò terror extorsit.*

Prosper II.
De Vocat.
Gent. cap.
XXXIII.

Sed quid Tempora, quid etiam Pietas poscat, Prin-
ceps videto: idque de piorum sententiâ. Tu ô benigne &
miserator Deus (nam voto & suspirio locum hunc claudo)
diuisa.

In Aet. A.
post. cap.
III.

diuisa hæc iunge; & effice, vt multitudinis credentium sit cor
vnum, & anima vna.

CAPVT V.

*Transitum ad Prudentiam in Humanis. huic duo fontes reclusi,
Ingenium Populi & Regni. De priore dictum: & per indicem
exposita Natura vulgi.*

PRVIDENTIA in Humanis rebus me vocat: de quâ li-
berius iam & libentius dicam. Hanc intellego, PERI-
TIAM IN EXTERNIS TRANQVILLES ET FIRMITER
GVBERNANDI. Duos illi fontes tribuo, Naturam populi &
Naturam regni. Sanè cum omnia dispexeris, nihil reperies
peritè ad gubernandum olim aut nunc monitum, cui non
hinc scaturigo. Itaque ante omnia ad eos te ducam: & tum
denique riuulos aliquot ex iis deducam vtilium monito-
rum. Quisquis callidus peritusque regendi esse vis.

Duplex cam-
pus Pru-
dentia gu-
bernatoria.

Primus, Na-
tura popu-
li.

Tacit. An-
nal. III.

*Noscenda tibi natura vulgi est, & quibus modis temperanter
habeatur.*

Vulgi, meo iudicio, triplicis. Tui, Finitimi, Vniuersi. Tui.
quid enim magis necessarium quam vt eum nôris cui præes?

Qui tri-
plex noscè-
tur.
Tuius:

Martial.

Principis est virtus maxima, nosse suos.

Lin. XLV.

Finitimi. iure: quia res tibi sæpè cum eo & fœdera. Va-
riant autem ingenia, & sunt tam ciuitatum quam singulorum
hominum mores: gentesque alie iracunda, alie audaces, quedam
timida: in vinum, in Venerem proniores alie sunt.

Vicinus

Anst. I. II.
Polit.

Vniuersi etiam, quoniam motus quidam affectusque sunt,
quos comuniter reperias in omni hominum gente. Quos
nisi nosti, quâ ad eos te componas? Scriptum olim: Οὐκ ἔστιν
Ἐπίτηδες ἢ ἐν ἀρχῆβεραι: Non est vt rectè imperet, cui nô imperatum.

Omnis

Senec. II.
De Ira.

Siue, vt vertit noster Sophus: Nemo benè imperat, nisi qui
antè paruerit imperio.

Rectè. non quia omnes reges voluerint esse è subditis:
(minimè. multi in purpurâ nati, & à successionem ferè regna)
sed hoc indicâtes, ingenia & inclinationes subditorum impe-
rant

*A notitiâ
affectuum,
tractum im-
perium.*

ranti noscenda, sic tanquam ipse inter eos. Audi senem illum Principem: *Utilissimus idem ac breuissimus rerum bonarum malarumque delectus, cogitare quid sub alio Principe aut nolueris aut volueris.*

Galbam apud Tacit. i. Histor.

Audi regium suaforem: *Αὐτὰ ἀν' ἑπὶ τὸν τινα ἀρξάντα σὺ ποιεῖν ἰδιότης, ταῦτα αὐτὸς αὐτῶν ἀγέλας ὁ πάσης, ἔτι τι ἀμαρτήσῃ, Ἐ πάντα κατορθώσῃ, καὶ τὰ τε καὶ ἡδίστα καὶ ἀκροθυώτατα βίωσῃ: Si omnia que alium quemuis in te imperantem facere velles, ea ipse tuâ sponte feceris: nec peccabis quidpiam, & omnia ritè diriges, & vitam ex eo iucundissimam simul & tutissimam viues.*

Mæcen. apud Dion. lib. xi.

Vnde q̄ noscendit

Tu igitur hæc discere vnde à Percunetatione, ab Vfu, à Libris. à Me etiam non nihil, qui præcipuos popularium Affectuum depingam hîc tibi vt in tabellâ. Vulgus omne

*Breuis corâ
index.*

INSTABILE. *Vulgo nihil incertius.*

Cic. pro Muræ.

In multitudine est varietas, & crebra tanquam tempestatum, sic sententiarum commutatio.

Idem pro Domo.

*Pronum in
affectum.*

AFFECTVS ponit, aut fumit. *Vt est mos vulgo, mutabili subitis, & tam prono in misericordiâ, quàm immodicâ seuitiâ fuerat.*

Tacit. i. Histor.

Nec quidquam facilius, quàm in quemlibet affectum mutare populum.

Quinct. ii. Declam.

Sine iudicio.

IUDICII EXPERS. *Plebi non iudicium, non veritas.*

Tacitus i. Histor.

Non dilectum aut sapientiâ ducitur ad iudicandum, sed impetu & quâdam etiam temeritate.

Cicero pro Planc.

Non est consiliû in vulgo, non ratio, nõ discrimen, non diligetia.

Ibidem.

Ex opinione multa, ex veritate pauca iudicat.

Idem pro Roscio.

Vulgus vacuum curis, & sine falsi veri que discrimine solitas adulationes edocetum.

Tacit. i. Histor.

Ad hæreturbæ:

AD PLURES inclinat. *Multitudo vulgi, more magis quàm iudicio, post alius alium quasi prudentiorem sequuntur:*

Sallust. ad Cæf.

Pecorum ritu, antecedentium gregem.

Senec. De vitâ beat.

NATV-

Tacit. II.
Hiflor.

NATVRA INVIDVM. *Ægris oculis alienam felicitatem intuetur.* Invidet.

Linius
XLII.

Præu studio, quo etiam in certaminibus ludicris vititur, deteriori atque infirmiori fauet.

Tacit. II.
Hiflor.

SVSPICAX. *Municipale vulgus prouum ad suspiciones.* Suspectatur.

I. Annal.

Mos vulgo, quamuis falsis reum subdere.

I. Hiflor.

CREDVLVM. *Facilis ciuitas ad credenda accipiendaque omnia noua:* Omnia credit.

Ibid.

Præsertim cum tristia sunt.

II. Annal.

Quoquomodo audita pro compertis habent.

Eod. lib.

RES AVGET. *Cuncta, ut mos fame, in maius credita.* A se auget.

Lucan. I.

— Sic quisque pauendo
Dat vires fame: nulloque auctore malorum,
Quæ sinxere, timent.

Silius IV.

— traduntque metus, nec poscitur auctor.

Ibidem.

Adstruit auditis, docilis per inania rerum
Pascere rumore vulgi pauor.

Tacit. I.
Hiflor.

Vagus primùm & incertus rumor. mox, ut in magnis mendaciis, interfuisse se quidam & vidisse adfirmant: credulâ famâ inter gaudentes & incuriosos.

III. Hiflor.

COMPRIMI NESCIT. *Prohibiti per ciuitatem sermones, eoque plures; ac si liceret, vera narraturi, quia vetabantur, atrociora vulgauerant.* Verita loquitur.

II. Hiflor.

Vagis per urbem militibus, qui sermones populi coërcerent. id præcipuum alimentum fame erat.

I. Hiflor.

Publica expectatio magni secreti impatiens: & male coërcitam famam suppressentes augebant.

Eod. lib.

TVRBIDVM. *Vulgus cuiusque motus noui cupidum.* Penderis turbas.

Sallust.
Iugurth.

Ingenu mobili, seditiosum atque discordiosum, cupidum nouarum rerum, quieti & otio aduersum.

*Vique si-
quis concit-
at.*

Præsertim SI DVX SIT. *Vt mare, quod sua natura tran-*
quillum est, ventorum vi agitur: sic populus sua sponte placatus,
hominum seditiosorum vocibus, ut violentissimis tempestatibus,
attollitur.

Cicero pro
Cluent.

Nam vulgus sine rectore, præceps, pauidus, secors.

Tacit. iv.
Histor.

Vereque dictum, Nihil ausuram plebem principibus amotis. 1. Annal.

*Calidos
amat.*

FAVET FERVIDIS. & plebe iudice, τὸ σῶφρον τὴ ἀνάνδρην
πρόχημα. καὶ τὸ πρὸς αἰῶνα ζῆτον, ἐπίπαι ἀργόν τὸ δὲ ἐμπαλῆτως ὄζυ,
ἀνδρὸς μοῖρα προστέθειν. quidquid modestum, ignavia speciem habet:
quod circumspectum & prouidum, segnitia. quidquid autē abrup-
tum & præceps, id verò forte & virile censetur.

Thuc. lib.
111.

Ideò vincit in eâ plerumque pars maioris animi quàm consilij. Liu. vii.

Et grati stolidi, ac recordi facundiâ.

Tacit. iv.
Histor.

*Rei publicæ
neglegens:*

NEGLEGIT REM PUBLICAM. Magnitudine ni-
miâ, communium curarum expers populus.

1. Histor.

*Sua dili-
gens.*

Priuata cuique stimulatio, & vile decus publicum.

Ibidem.

Intenta mala, quasi fulmen, optant dumtaxat se quisque ne at-
tingant.

Sallust.
Orat. Phi-
lip.

*Forte ver-
bis:*

VERBIS FEROX. Procacia plebis ingenia.

Tacit. vi.
Histor.

Nec ultra.

Sed nihil ultra verba ausurum.

111. Hist.

Impigra lingua, ignavi animi.

Sallust.
Orat. Mar-
cij.

*Semper im-
modicum.*

METU AVT SPE NIMIVM. Hæc est natura multi-
tudinis. aut seruit humiliter, aut superbe dominatur. Libertatem,
quæ media est, nec spernere modicè nec habere sciunt.

Liuus
xxiii.

Nihil in vulgo modicum. terrere, ni paueant: vbi pertimuerint,
impunè contemni.

Tacit. 1.
Annal.

Vulgus audaciâ turbidum, nisi vim metuat.

vi. Annal.

Plura sunt, quæ tu à te addes.

CAPVT

CAPUT VI.

Fons alter reclusus, Ingenium regum & regni. Duo hic considerata, quæ Communiter conueniunt, & quæ Distinctè.

EG O ad Naturam regni propero : è quâ pauca hæc tibi delibo. Communiter eam nosce, & Distinctè. In Comuni notitiâ hæc sunt.

Alium caput Prudentia, Natura regni.

Tacit. I. Annal.

Regnum omne fluctuans & INSTABILE. *Arduum* enim & subiectum. *Fortunæ cuncta regendi onus.*

Id instabile.

Seneca. Oedip.

Vt alta ventos semper excipiunt iuga, Imperia sic excelsa Fortuna obiacent.

Sen. Epist. XCII.

Nihil inausum est Fortuna. aduersus Imperia idem habet iuris, quod aduersus imperantes.

Subitò sæpè deiectum.

Ibid.

Itaque sæpè occultis causis labitur. & quæ, domesticis steterant bellis, quæ externis regna, nullo impellente ruunt.

Linus hb. XXVII.

Et totum fere labitur, cum cœpit. Verè ille scripsit, *Regum maiestatem difficilius à summo fastigio ad medium detrabi, quàm à mediis ad ima præcipitari.*

Et totum, cum aliqua pars.

Seneca De Benef. VI. cap. XXXIII.

Non enim his gradibus, quibus ad summa peruentum est, retrò itur : sæpè inter fortunam maximam & ultimam nihil interest.

In summo aut in imo est.

Tacit. I. Histor.

Imperium cupientibus (aut habentibus) nihil medium inter præcipitia aut summa.

Nec Fortunæ solùm obiectum, etiam O'DIRS.

Odi sum, plerumque.

Seneca Theb.

Simul ista mundi conditor posuit Deus, Odium atque Regnum.

Idem Agamemnon.

Caussa sæpè in impotentiâ regum. Nam : Idesse regni maximum pignus putant, Si quidquid aliis non licet, solis licet.

Idè ob regum mores.

Qui licentiosi.

Idem Hippel.

Quod non potest, vult posse, qui nimium potest.

Et in peruicaci eorum Superbiâ.

Pertinaces, & superbi.

--durus.

—durus & veri insolens

Ibidem.

*Ad recta flecti regius non vult tumor.**Flecti non minùs existimant turpe, quàm vinci.*Senec. De
Benef. vi.
cap. xxx.
Sallust. ad
Cæf.Etiã quia
nos parère
difficiles.*Sed caussa etiam altera in Naturâ nostrâ. quia nemo alteri
imperium volens concedit : & quamvis bonus atque clemens sit
qui plus potest, tamen quia malo esse licet, formidatur.*Insidiis ex-
ponitur.Ideoque regnum obnoxium **INSIDIIS**.*Multi iniqui atque infideles regno, pauci sunt boni.*

Attius.

Idèò meti-
culosi reges*Nec immeritò reges semper in **TIMORE**. Ingenia re-
gum prona ad formidinem.*Sallust.
Ingurth.

Sæpè nimis : &

—dubia pro certis solent

*Timere reges.*Seneca
Oedip.Suspiciaces
& amuli:*Iidem **AEMULI**, & suapte naturâ potentie anxij.*Tacit. iv.
Annal.*Nec regna socium ferre, nec tædæ sciunt.*Seneca
Agam.In ipsos
filios.*Adcò, vt displiceant regnantibus etiam civilia filiorum ingenia.*Tacit. ii.
Annal.*Et suspectus semper inuisusque dominantibus, quisquis proxi-
mus destinatur.*

i. Hist.

Regni vires
noscenda:*Hæc taliaque Communiter scies. iam illud Distinctè,
Quantum tuum regnum sit, & Quale. Potentia, inquam,
tua, seriò tibi noscenda est.**Metiri sua regna decet, viresque fateri.*Lucan.
viii.*Multi dum se tam magnos, quàm audiunt, credunt, attraxere
superuacua & in discrimen rerum omnium peruentura bella.*Seneca De
Benef. vi.
cap. xxx.Et eius cu-
situtio si-
ne forma.*Etiam regni Qualitas. cuiusmodi illud sit, Vetus, No-
uum; Hereditate, an Suffragio traditum & tradendum; Le-
gibus, an Vi quaesitum. & quidquid tale. Pro his enim va-
riè attemperandum sceptrum, & laxandæ aut adducendæ
imperij illæ habentæ.*

CAPVT VII.

Præcepta nunc ex hisce fontibus petita. & primùm vniuersè posita, quæ firment Regnum aut violent: mox distinctè de Vi dictum. Opus regi Custodes, Milites, Arces aut potiùs Colonias.

BENE habet. duplicem Arcton meam signavi, ad quam flectendi mihi idemtidem oculi: nunc audacter vela do, & vndosum mare ingredior Præceptorum. Ea hoc ordine disponam, vt quæ Iuuant firmantque regnum, præmittam: subiungam, quæ Ledunt & perdunt. Duo igitur sunt, quæ tranquillum id aut firmum efficiunt, VIS & VIRTUS: duo item, quæ turbidum aut caducum, VIS & VITIUM. Singula hæc, vt meus captus est, subtiliter videamus & partitè. Vim in Iuuante parte primùm pono, & intellego PRAESIDIUM QVOD PRINCEPS VTILITER ADHIBET AD SE TVENDVM AVT REGNVM. Id ferè duplex, Milites, & Munimenta. Milites iterùm duplices, Custodes & Ordinarij. CUSTODES, regis ipsius tutela propria: qui scilicet

Duo firmando Regno:

Duo evertendo.

Vis definita:

Diuisa.

Custodes regij.

Senec. 1. de Clemen. Somnum eius nocturnis excubiis muniant, latera obiecti circumfusi que defendant, incurrentibus periculis se opponant.

Tacit. 1. Annal. Miles in forum, miles in curiam comitabatur, scribit de suo Principe Tacitus.

Sen. 1. De Clemen. Nam probus vetusque ille mos: & quamquam in nullo metu, decorè tamè eos Princeps, & vel ornamenti causâ habeat.

Tacit. 14. Annal. Sed esse & ORDINARIOS milites volo: manum scilicet aliquam grandiore (pro viribus & modo regni) ad subita casuum aut bellorum. & qui, si auxilium res poscat, haud procul accieantur.

Ordinarij & perpetui milites.

Ibidem. Nam scimus, voluntarium sæpè militem deesse. ac si suppeditet, non eadem virtute ac modestiâ agere: quia plerumque inopes ac vagi (vt hodie quidem mos est) sponte militiam sumunt.

Dio lib. 44. Grande momentum in hoc præcepto: & C. Cæsar solitus dicere, Δύο τὴν εἰρημὴν τὰς διασφαλίαις ὡς ἀσπίδας ἔχει ἡ πόλις, ἡ φρουράσ τε καὶ ἡ ἀδύζοντα,

M

ἐπαύξοντα, σφραγίστας & χεῖματα : Duo esse, quæ Principatus com-
parent, seruent, augeant, Milites & Pecuniã.

Atque alius ab eãdem mente (etsi paullò improbiùs) ad
suos liberos : Ομοιοῖτε, τὰς σφραγίστας πᾶσι ζετε, τὰ ἄλλων πάντων κα-
ταφρονεῖτε: *Inter vos cõsentite, milites ditate, reliquos omnes spernite.* Seuerus
Imp. apud
Dionem in
vitã eius.

At munimenta possis vsurpare duplicia, **ARCES** aut **CO-**
*Arces qua-
tenus uti-
les.* lonias. Illas vulgus & hodiernus mos tibi ingerit : ego istas,
& mos vetus. Sanè **ARCES** non tam firmæ cõpedes, quàm
censentur : ad exiguum motum validæ ; fragiles (ipsi vidi-
mus) ad communem & magnum. In finibus tamen & con-
tra hostem, haud valdè eas spernam : in mediterreis & con-
tra ciues, valdè. Populo alicui diffidis ? premere eum vis ?

*Prælatæ iis
Colonie:* **COLONIAS** tibi suggero, verè *sedes seruitutis.*

Tacit.
Agric.

Hoc solidum, hoc firmum munimentum est : in quo
non locus solùm talis, sed homines ipsi sint. Colonie enim
ferè constant externis (quibus, cum indigenis haud facilis
conspiratio :) nec vsurpandæ temerè nisi in externos. Nam
*Sed saltem
in externos.* non assuetæ frenis seruitutis tumidæ gentium inflatæque cervices,
facilè aliàs ab imposito iugo resiliunt.

Flor. i v.
cap. vii.

*Aut recens
domitos.* Siue etiam in feroces & recens subiectos: Quidquid e-
nim dicunt, quos viceris caue amicos tibi esse credas.

CURT. vii.

C A P V T V I I I .

*De Virtute duplici, seruatrice Regnorum. Beniuolentia populi
commendata, & ostensa triplex ad eam via.*

V I s ergo opportunè etiam ab optimo Principe adhi-
benda, ex licito veteri :

Quedam vi tractanda, quò ceteris quies sit :

Tacit.
i. And.

*Quid hic
virtus.* Sed magis Virtus. in quâ mihi quidem præcipuum Prin-
cipatus robur est & pondus. Eam, paullò aliter quàm vul-
gus, hîc appello **LAVDABILEM VTILEMQUE IMPERIO
AFFECTVM, DE REGE, VEL IN REGEM.** Studiosè
sic discrimino. Nam cum duplex eiusmodi Virtus sit, Be-
niuol-

niuolentia & Auctoritas : nasci quidem vtraque à rege & per regem debet, sed sedem tamen suam & domicilium in animis Populi habet. atque illa, in regem Affectus est; hæc Opinio de rege. Ex definitionibus faciliè rem mentemque ineam capies. Nam BENIVOLENTIA, quam hîc quero & suadeo, est SVBDITORVM IN REGEM EIVSQUE STATVM PROMPTA INCLINATIO ET AMOR.

Epist. xv. ad Dionem.

Quæ nimis utilis, imò necessaria, ad res gerendas. Plato ^{Vtilitas eius.} verè dixit : *ἢ τὸ ἀπόκειν τοῖς ἀνθρώποις, καὶ τὸ πείθεσθαι ἐστί :* Ab eo quòd placeas hominibus, actionum efficacia est.

Tacit. v. Histor.

Para igitur : idq; viâ triplici, Lenitatis, Beneficentiæ, Indulgentiæ. LENITATEM promes in Teipso priuùm, verbis factisque benignus, comitate & alloquiis officia prouocans. ^{Quomodo paranda? Lenitate in te, & circa te:}

Plinius Paneg.

Quid ni ita cum ciuibus tuis, quasi pareas cum liberis, viuas?

Tacit. v. Histor.

Cum illâ tamen exceptione, vt incorrupto ducis honore.

Plinius Paneg.

Temperie opus est: nec aut reuerentiam terrore, aut aurorem humilitate captabis.

Cic. Oratore ad Bruzum.

Raræ hoc sed magnæ laudis, cum virtutes specie disparès prudentiâ iunguntur.

Sen. i. De ira.

Sed promes etiam in Imperio: vt tranquillum id ac lenesit, nec alia eius facies, quàm sereni cali ac nitentis. ^{Lenitate in omni imperio.}

Tacitus i. Hist.

Hoc ex ingenio hominum est: qui nec totam seruitutem pati possunt, nec totam libertatem:

Idem Agric.

Domiti vt pareant, non vt seruiant.

Seneca i. de Clemen.

Hoc ex vsu ipsius imperij: quia reuera remissiùs imperanti ^{Hinc Quies:} meliùs paretur.

Lib. xxix.

Sed & fideliùs paretur. Nullus terror, ait Liuius, cum omnia bello arderent, fide socios demouit: videlicet quia iusto moderatoque regebantur imperio. ^{Hinc Fides:}

Apud Dionem lib. xliii.

Cæsaris effatum est: ἢ ἐξουσία μετριοδωτα πάντα τὰ κηβέρτα ^{Hinc stabilitas.} τῆσαι: Potentia mediocriter exercita, omnia quæsita conseruat.

M 2

Contrà,

Contra, ὁ ἀναίδωλος ἐς πάντα ἀπλῶς τῆ δυνάμει καταχρῆται. *Ibid.*
 ἔτε ὄτοιαν ἀληθῆ οὐτ' ἀσφάλειαν ἀκριβῆ δέρισον: *Qui impudenter &*
passim in omnibus potentia abutitur, is neque veram benivolentiam
neque firmam securitatem invenit.

Beneficentia item paratur.

Iam & BENEFICIENTIAM adiunges. Nam liberalitate qui *Cicer. II. De Finib.*
utuntur, Benivolentiam sibi conciliant, & quod aptissimum est
ad quietem vivendum (sive & regendum,) caritatem.

Qua semper usus:

Vis scire quanta eius vis? *Melius beneficiis imperium custoditur, quam armis.* *Senec. De Brev. Vitæ.*

Sanè vulgo, ex veteri verbo, *Omniū dulcissimū est, accipere.* *Idem De Benefic.*

Donabis igitur, vel Augusti exemplo: qui *Milem donis, Tacit. I. Annal.*
populum annonam, cunctos dulcedine otij pellexit.

Maximè in nouo statu.

Idque effusius in nouo imperio. Sic enim tibi firmabis, *Ibidem.*
& nouis ex rebus aucti, tuta & presentia, quam vetera & periculosa malent.

Quibus tamē conferas, vide:

Sed cum Iudicio: nec placeant mihi illi *Reges, qui multa opertis oculis donant.* *Sen. IV. De Benef. cap. XXXVI I.*

Tu largiere *bellorum sociis, periculorum consortibus:*

Siue etiam *de te bene ac fortiter, sed in togâ, meritis:* *Plin. Panegy. Ibidem.*

Aut iis denique qui mereri possunt. *illis scilicet premia, Ibidem.*
his exempla.

Et quantum, vide.

Sed cum Modo etiam. Nam *simplicitas ac liberalitas, nisi Tacit. III. Hist.*
modus adsit, in exitium vertuntur.

Alioquin tua & te perdis.

Si omnibus, si passim: quis finis? *Singuli nunquam exsatiabuntur, res publica deficiet.* *II. Ann.*

Itaque *alienis bonis manus afferre cogèris:* *Cicero II. De Offic.*

Quod exitiabile. *nec vnquam tanta studia assequèris eorum quibus dederis, quanta odia eorum quibus ademeris.* *Ibidem.*

Caue igitur. atque ad eò nihil largiatur *Princeps, dum nihil Plin. Panegy. auferat.*

Tertiò

Tertiò INDVLGENTIAM suasi : hac mente, vt quatenus Denique indulgentiâ paratur.
 sine corruptelâ morum potest, populum Laxè habeas &
 Tacit. 17. Lucundè. Laxè, vt in Victu : ne plebes acri annonâ fatigaretur.
 Annal.

17. Histor.

Nam vulgo vna ex republicâ annona cura.

In viliorè
 Annona:

Iuuenal.
Sat. 10.

— duas tantùm res anxius optat,

Panem & Circenses.

Cicero. 1. 1.
De Offic.

Omnes autem qui remp. gubernant, consulere debent, vt earum rerum copia sit, quæ sunt necessaria.

Seneca
Epistola

Lucundè etiam: puta in ludis & eiusmodi receptis voluptatibus. Nam vulgo, sicut pueris, omne ludicrum in pretio est. In ludicriis.

Tacit. 117.
Annal.

Idemque cupiens voluptatum, & si trahat eò Princeps, latè.

Ibidem.

Itraque vides, nec maiores abhorruisse spectaculorum oblectamenta. Quæ feruè etiam usum præbent.

Idem in
Agric.

Vfus enim aliquis in istâ re: cum ita ferociiores populi, coque bello faciles, quieti & otio per voluptates assuescunt.

Ibidem.

Idque apud imperitos Humanitas vocatur, cum pars seruitutis sit. Frangit & molliunt.

Tacit. 14.
Histor.

Verissimum est, Voluptatibus Romanos plus aduersus subiectos, quam armis valuisse.

Pylades apud Dionè
lib. LXXIII.

Nec id nesciuit ille histrio, qui increpanti Augusto quòd eius causâ in plebè essent tumultus: Συμφορεῖ σοι, Καῖσαρ, inquit, ὡδὲ νῦν ἂν δὴ μὲν ἀποδὲξαι βίβηδαι: Expedit tibi, ô Cæsar, populum circa nos distineri. Agenerositas curis auocant.

Tacit. in
Agric.

Acutè. Nam profectò virtus ac ferocia subditorum, ingrata imperantibus.

Ann. 117.

Sed modum tene: & vide vt hæc letitia potiùs, quam lasciuie dentur. Tamen lasciuia & luxus vitanda.

Ibid.

Facile enim ista irrumper. nec pudicitia aut modestia, nec quidquam probi moris vltra reseruetur.

Ita Tui & Tu peribitis. Quid enim salui, amissis moribus?

CAPVT IX.

Auctoritas commendata valde. Tria ostensa, que ad eam ducunt. in quibus quia Imperij precipua vis est, accuratè & enucleatè de his dissertum.

* Lib. II. cap. XVI. **A**UCTORITAS inter Iuuantis virtus altera est. quam *suprà quoque libaui: sed hoc tantum. nunc vberius, & pleno magis ore dicenda est. Definitio iterum: Auctoritas est IMPRESSA SVBDITIS, SIVE ET EXTERIS, OPINIO REVERENS DE REGE EIVSQUE STATV. Constat Vnde nata: ex Admiratione & Metu: cuius vtriusque temperies siue mixtio facit hanc Virtutem. Quam parari apud quasdam nationes pronius aio:

Quibus rebus paranda? *Est enim ingenita quibusdam gentibus erga reges suos venerationatio.* Curtius III.

Apud alias ægrius: sed tamen apud omnes triplici hoc, quem dicam, modo siue viâ. Formâ imperij, Potentiâ imperij, Moribus imperantis. Per singula te ducam, & figam in iis pedem non distinctè solum, sed lentè & impressè. quis carper? ego fulcrum hoc regnorum scio, &

Tutela ea regnorum.

Maiestatem imperij, salutis esse tutelam.

Idem lib. VIII.

Hæc illa velut edita arx est, quâ Princeps se vindicat à rebellionè & contemptu. Scande & occupa deo auspice, me duce. Prima viarum est

Hanc creat Seuera gubernatio. **FORMA IMPERII.** in quâ tria ad Auctoritatem requiro: vt Seuera sit, vt Constans, vt Adstricta. SEVERA primum, quia perpes illa & assidua Lenitas Contemptum inducit, id est Principatus ipsam pestem. In hac colluie morum & hominum *habendus metus, aut faciendus est.*

Que ex v. su Principis, Et subditorum.

Amplius, quia inducit *maximam illecebram peccandi impunitatis spem.*

Sallust. Orat. Lepid. Cicero pro Mil.

Quis eum metuat, apud quem conditum, imò constrictum ferrum est?

Sen. r. De Clemm.

Qui

Cic. 1. in
Cato

Qui per seignitiem potius quàm clementiam, patiatur
hebescere aciem suæ auctoritatis?

Aristot. x.
Ethic. cap.
vii.

Ne feceris, & nosce vulgus. Οὐ γὰρ πρὸς αἰδοῖ παρθεῖται
γεν, ἀλλὰ φόβῳ· οὐδ' ἀπέχεσθαι τῆς φουλάου δεῖ τὸ αἰχρὸν; ἀλλὰ δεῖ
τῆς ημεωρίας: Non enim ita natum est, ut Pudori obsequatur,
sed ut Metui: nec ut abstineat à pravis ob turpitudinem, sed ob
supplicia & pœnam.

Cicero ad
Brut. Epist.
ii.

Adhibe hæc igitur in tempore. *Salutaris Severitas vincit
inanem speciem Clementia.*

Stob. de
Regno.

Cotys rex Thracum, increpanti seueritatem eius & aien-
ti, *Μανία τοῦτ' ἔστι, καὶ οὐ βασιλεία*: bellè respondit, *Ἀλλ' ἡ ἐμὴ μανία
τοὺς ἀρχαίους σωφρονας ποιεῖ*: *Furor hic est, non Regnum. At meus
hic Furor subditos sanos reddit.*

Cic. 11. de
Offic.

Ita, ita. *Adhibenda est reip. causâ Severitas, sine quâ admi-
nistrari ciuitas nulla potest.*

Varr. in
Frag.

*Scimus digitum præcidi oportere, si ob eam rem gangrena non
sit ad brachium ventura.* Et noxia
recidenda.

Sen. 1. de
Clemen.

Tamen tempestiuè, & cum intermissione. Nam ciuitatis *Sed per im-
mores magis corrigit parcitas animadversionum.* torualla.

Cic. pro
Cluenc.

Illud laudabile, quoties potes, efficere ut pœna ad paucos,
metus ad omnes. perueniat.

Idem 111.
in Verr.

Et vnius improbi supplicio multorum improbitatem coërcere.

Quòd si crebra tamen nimis aut peruicacia vitia: tum
fanè illud valeat, *Nisi mala
berba mi-
nimum suc-
creuerit.*

Publius.

Crudelem medicum intemperans æger facit.

Tac. 111.
Annal.

Ne corporis quidem morbos veteres & diu auctos, nisi per du-
ra & aspera coërceas. Corruptus simul & corruptor, æger & fla-
grans animus, haud leuioribus remediis restringendus est, quàm
libidinibus ardescit. *Falso tenere
recidenda
est.*

Secundò, C O N S T A N T E M volui imperij Formam: *Constantia
Auctorita-
ti facit:*
quod interpretor, vno & veteri tenore fluentem. Quid
mihi

mihī mutas? Alcibiadem audi verè censentem: *ἢ μὴ ἀνθρώπων ἀσφαλῆστα τουτοῖς οἰκῆν, οἱ ἂν τοῖς παροῦσι ἤθεσι καὶ νόμοις, ἢ καὶ χείροσ ἢ, ἢ κῖσα δευφῶρος πολιτῶουσι: Eos hominum tutissimè agere, qui presentibus moribus legibusque, etiamsi deteriores sint, minimum variantes, rempub. administrant.*

Observatio legum & morum.

Apud Thucyd. lib. vi.

Ipsū Augustum: qui sic olim ad Senatū. *τοὺς καμῆτοις ἡμῶν ἐπιχειρῶς φυλάττειτε, & μηδ' ἓνα αὐτῶν μεταβάλλετε. τὰ γὰρ ἐν ταυτῶν μένοντα, καὶ χείροσ ἢ, συμφορώτερα τ' αἰεὶ κτιστο καμῆτων, καὶ βελτίω εἶν' ὀδοκῆ, ἐς τὸν: Positas semel leges constanter servate, nec vllā earū immutate. Nam quæ in suo statu, eademq; manent, et si deteriora sint, tamen utiliora sunt reip. his quæ per innovationē vel meliora inducuntur.*

Apud Dionem l. ii.

Continuantur leges, lata, relata:

Et inopinati dogmatis caussa duplex. Quòd nec leges ipse vim & vitam satis habeant, vertendæ statim aut evertendæ. *Non enim conualescit planta, quæ sæpius transfertur.*

Seneca Epist.

Et unà eorum lator.

Et quòd Princeps vilescit, qui sic vacillat: *scædaq; inconstantiâ, quæ iusserat vetat, quæ vetuerat, iubet.*

Tac. l. i. Hist.

Agriculi in rep. mali:

Sperne ergo circa te nouatores: qui vt aliquid sui videantur afferre, etiam recta commutant.

Quint. lib. iii. Institut.

Veteres, & vetera, optimi.

Et scito, super omnibus negotiis melius atque rectius olim provisum: & quæ conuertuntur, in deterius mutari.

Tacit. xv. Annal.

Ideò in minimis quoque rebus, omnia antiquæ consuetudinis momenta seruanda.

Valer. Maxim. lib. ii.

Interdum tamen innovandū.

Sed numquam, inquires, mutem? numquam: nisi aut summa Utilitas expresserit, aut summa Necessitas. Nam, fateor, nocet interdum priscus rigor, & nimia severitas, cui iam pares non sumus.

Tacit. i. Histor.

Sed non violentè:

Sed tunc quoque fiat leniter: & vt quàm minimo sonitu orbis ille in rep. conuertatur.

Cic. ad Attic. li. ii. epist. ix.

Et paulatim.

Itemque Lentè: vt per gradus, nec omnia simul. Augusti exemplo: qui sub initia imperij *ἔ πάντα ἀβύς, ὡσπερ ἐπέθετο, ἔπραξε, φοβηθεὶς μὴ καὶ σφαλῆναι, ἀθρώως μεταρριθμίσαι τοὺς ἀνθρώπους ἐθέλησας. ἀλλὰ τὰ μὲν ὀδραχῆμα μετεκόμισσε, τὰ δ' ἕτερον: non omnia sta-*

Dio l. ii.

nia statim, uti decretum erat, executus est: veritus ne parùm succederet: si simul homines transferre & invertere vellet: sed quædam ex tempore disposuit, quædam reiecit in tempus.

Tacit. i.
Annal.

Atque hoc est, quod de eodem noster: *Insurgere paulatim, munia legum & magistratuum in se trahere.* Ait Paulatim: & tu in re simili serua.

Tertiò, **ADSTRICAM** Imperij Formam posui. id est, ut non solum a te præcipua vis & honos, sed etiam apud te sint. a te quidem, ut maxima rerum aut agas ipse, aut firmes:

i. Annal.

ne vim Principatus resolves, cuncta ad Senatum reuocando.

Adstrictio imperij, pro Auctoritate.

Princeps unus res manu tenet.

ii. Annal.

Non quia consilia spernam (valde suasi, & suadeo:) sed quia innotescere omnibus velim, te esse à quo pèdeant omnes. Esto mihi *solus arbiter rerum, iure ac nomine regio.*

Eum omnes spectent: & omnia ab eo expectent.

Liu. ix.

Reges domini rerum temporumque, trahunt consilijs cuncta, non sequuntur.

Tacit. i.
Annal.

Aliquid hinc laxas? totum amittis. *Ea est imperandi ratio, ut non aliter constet, quam si vni reddatur.*

Sed apud te etiam plerisque honos maneat, certè magis. Doctorum ille doctor: Κοινὴ φυλακὴ τῆς μοναρχίας, τὸ

Aristot. v.
Polit. cap.
xi.

κοινὴ φύλαξις τῆς μοναρχίας, τὸ μὴ εἶναι ποιεῖν ἕνα μέγαν: Communis custodia Principatus, neminem unum magnum facere.

Honores nimios ne dato.

Tacit. in
Agric.

Semper *periculosum* privati hominis nomen supra (imò & iuxta) Principis attolli.

Aristot. v.
Polit. cap.
xi.

Quid si tamen factum? corriges. sed sic, ut non detrahas eum, sed deducas. Δεῖ γὰρ ἐν ἀδελφότητι, ut ille loquitur, τὸ το δρᾶν, & μὴ πᾶσαν ἀθρόον ἀραιεῖσθαι τὴν ἕξοικον: oportet circumductione quædam & per ambages id facere, nec totam potestatem simul tollere.

Datos auferro: sed vellicatim.

Latro apud
Senec. vii.
Controu.
vi.

Nec verò magnos solum honores dari abnuo, sed & (utique in Militiâ aut Præfecturâ) longos. Vetus monitum: *Nihil tam utile, quam breuem potestatem esse, quæ magna sit.*

Non longos item dato.

Leuis i. v.

Libertatis (sive Principatus) magna custodia est, si magna imperia diuturna esse non sivas.

N

Caussa.

Nā homines insolecunt.

Causa. quoniam αἱ μακρότεραι & πολυχρονιώτεραι ἀρχαὶ ἐπαίρουσι Dio. l. 11. πῶς πολλὰς, καὶ ἐς νεωτεροποιῶν δὲ ἀγαθοὶ : Longiora & diuturniora imperia, multos attollunt, & ad res novandas impellunt.

Potentia certissima ad Auctoritatem ratio.

VIAM primam vides: alteram tibi POTENTIAE ingredior, quæ est illa ipsa directa & regia ad solidam Auctoritatem via. Cetera omnia adsint, hæc absit: quid iuuabunt? Scito parùm tutam maiestatem sine viribus esse.

Liuius x. 1.

Quid eam appellem?

Potentiam autem hîc intellego, ad Sua conseruanda & Cicero l. 1. De Inuen. Aliena obtinenda idonearum rerum facultatem.

Quis paratam consciam.

1. Pecuniâ.

Quam quinque hæc instrumenta tibi dabunt: Opes, Arma, Consilia, Fœdera, Fortuna: si tamen appositè vtâris, & vt præcipiam. Attende, attende. Primo loco Opes pono. & de vi atque vsu earum quis ambiget? Δεῖ δὴ χρημάτων, καὶ ἀρχὴν Demosth. Olynth. 1. τῶν ἐδὲν ἐστὶ γενέσθαι τῶν δέοντων: Opus sunt Opes, & sine iis nihil fiet quod opus.

Illam nervi, caput, pedes.

Experiens callidusq; vir clamabat olim: Νεῦρα δὴ ἡγεμονίας Mucian. apud Dion. in Vespas. τὰ χεῖματα εἶναι: Nervos imperij pecuniam esse.

Animorum domina:

Nam socios aut milites habere vis? Illa dabit. Πάντα δύναι Aristot. Rhet. l. 1. cap. xvi. τὰ πλέτε: Omnia vœnalia nummis.

Locorum domina.

Hostes aut vrbes perdere? hæc faciet. Nihil tam munitum, Cic. l. 11. in Verr. quod non expugnari pecuniâ possit.

Omnia castella hæc machina deiiciet, in qua modò a sellis onustus auro possit ascendere. Cic. l. 1. ad Att. Epist. xii.

Ad summam,
— diuina humanaque pulchris
Diuitiis parent.

Horat. l. 1. Sermon.

Argentens gladius omnia pene rat.

Non credis? saltem oraculo:
Αργυρέαις λόγχοισι μάχεσθαι, καὶ πάντα νικῆσαι.
Hæstis pugna argentatis, atque omnia vinces.

Philippo Macedoni id datum.

11. Arma opus ad potentiam.

Instrumentum secundum, Arma. Nam illud certū, Non ignauia magna imperia contineri, sed virorum armorumque faciendum certamen. Tacit. xv. Annal.

Improbè

- Ibidem.* Improbè dictum videatur, sed in tempore vtiliter: *Sisa* Reges in-
retinere, *privata domus*, de alienis certare, *regiam laudem esse.* *uuantur.*
- De morib. German.* Fateor optabilius *magnitudinem suam iustitiã tueri:*
- Ibidem.* Sed optabilius. quĩ enim semper possis? *Inter impotentes* Et sepe de-
& *validos falso quiescas. vbi manu agitur, modestia & probitas* bent, aut
nomina superioris sunt. *ip̄si innu-*
duntur.
- E Velleio lib. II.* Nec vnquam deerunt, nisi *silua* hac humani generis ex- *Ab exteris-*
cisã, raptores alienã libertatis lupi.
- Liu. XXX.* Addo, si non hoc sit, quòd *nulla magna ciuitas diu quiescere* *A suis:*
potest. si foris hostem non habet, domi inueniet.
- Idẽ XIII.* Arce, arce internam illam pestem: & alios potiùs turba, *Cõprimant*
quàm vt te perdas. *Agendo audendoque res Romana creuit, non* ergo bella
his segnibus consiliis, quæ timidi cauta vocant. bello.
- Tacit. I. Annal.* Quanquam Consilia profectò & ego misceo: nec vlla *III. Consi-*
stabilis potentia sine istis. *Arma, inquit ille, consilio temperan-* *lia vsus ad*
da sunt. *potentiam.*
- Quod tibi ita præco. Arma inferre vis? Primùm vide *Haud te-*
vt Prouidè. *merè bel-*
lum mo-
uendum.
- Publius.* *Animus vereri qui scit, scit tutò aggredi.*
- Senec. I. de Irã.* Odi istos properos, qui *dũ inferre pericula volunt, nõ cauẽt.*
- Tacit. XI. Annal.* Et scio *cautis quàm acrioribus consilijs Potentiã tutiùs haberi.*
- Curt. VII.* Vide etiam vt cum *Modo. ne dum ad culmen venire conten-*
dis, unã cum ipsis ramis, quos comprehendisti, decidas. *Nec nimis*
diu habend-
um.
- Val. I. v. cap. I.* *Ea demum potentia tuta est, quæ viribus suis modum imponit.*
- Plur. in Pyrrho.* *Pyrrhus mihi es? & nouã siti ad alia aliaque properas?* *Expendus*
animus.
- Curt. IV.* *Noli. Facilius est quædam vincere, quàm tenere. Et*
- Publius.* *Fortunam citiùs reperias, quàm retineas.*
- Florus lib. IV. cap. vlt.* *Tu firma antè-partã. Difficilius est prouincias obtinere,* *Et in qua-*
quã facere. viribus parantur, iure retinentur. *sitis aut re-*
lictis quies-
cendum:

Et quid festines? *Non durat, nec ad ultimum exit, nisi lenta felicitas.*

Seneca
ConLad
Max.

*Praesertim
minutis
Principi-
bus.*

*Qui peri-
culose sem-
per se mo-
nent:*

Regibus ego ita suadeo: at regulis, ista. Quies vobis tu-
tior, nec de Obtinendo laborate, sed Tenendo. Scitote, *te-
studinem, ubi collecta in suum tegmen est, tutam ad omnes ictus
esse: ubi exserit partes aliquas, quodcumque nudavit, obnoxium
atque infirmum habere:*

Linus
XXXIV,

Sic vos, apud vos, tutos esse. *simul aviditate plura complectē-
di hinc exceditis, nuda vobis omnia quæ extrà sunt, et exposita
ad omnes ictus esse.*

Ibidem.

*Volūt quod
nec teneāt.*

Stulti qui concupiscunt, quod non capiunt.

Curtius
VII.

Vobis melius, consiliis & astu res externas moliri, arma pro-
cul habere.

Tacit. II.
Annal.

*IV. Fœdera
usui ad Po-
tentiam.*

Itemque via hæc Fœderum: quæ ipsa, vt dixi, ad Poten-
tiam valent. Socios legi suadeam, *qui non mediocri valeant
potentiâ, & in proximo habitent.*

Aristot.
Rhet. ad
Alexand.
cap. vlt.

*Ineunda
eum proxi-
mis & va-
lidis,*

*Vix cum
afflictis:*

Id est, qui vitibiles esse & viribus & loci opportunitate
possint. Nam infirmis aut miseris quid te iungas?

— querunt,
Cum quâ gente cadant.

Lucan.
VIII.

Tu, si sapias,

— fatis accede deisque,
Et cole felices.

Ibidem.

In caducum parietem ne inclina.

Ex Hadria-
ni disterio.

*Ne ipse af-
figare.*

Suam quisq; fortunâ in consilio habeat, cum de alienâ deliberat.

Cuz. IV.

*Nisi quo-
piam peri-
clitante,
etiam tu:*

Nisi tamen quispiâ talis, cuius ruina te quoque tractura sit.

Ex Tac. de
Monb.
Germ.

*Tunc vel
astu iuua.*

Tum enim sanè aut iūge te, aut iuua: sed quid si occultè?
Vetus illa calliditas, societatem alterius palàm induere, ad alte-
rum per occulta & fida magis inclinare.

XII. Ann.

*Periculo-
sum, potēti
in potentem
iungi:*

Magnus nodus cum dissentiant inter se vicini duo po-
tentes: qui nec vincere, nec vinci, sine periculo tuo possunt.

Sallu. Ep.
Mithrid.

Quid

Livius
xxiii. Quid facies? non enim effugias, quin alterum aut socium Et tamen
panè neces-
sarium. habeas, aut hostem.

Ibidem. Nam quòd nomenmo tanquam mediam & tutissimam con- Adiaforia,
hic nulla. filij viam, ut quiescas abstineasque armis, ostendit: ea verò non media, sed nulla est.

Ibidem. Quid enim aliud, quàm nusquam gratiâ stabili, velut qui eue-
tum exspectaueris ut Fortuna applicares consilia tua, præda vi-
ctoris eris?

Sallust. Ep.
Michr. Vidimus, & videbimus (ita nunc Europæ status) eos, quos
ignavia aut prava calliditas, ut alienis laboribus tuti essent, armis
abstinuit, acerbissimas pœnas soluisse.

Secton. Cum Cæsare igitur iacienda tunc alea: & alterutri se ad- Tunge se
igitur, cum
deo. iungendum.

Sed in causâ palàm dispari, meliori: in ambiguâ, fortio-
ri, nisi alia Opportunitas aut Utilitas vincat. Nam profectò
eas hîc specto. Alta & animosa quid cogites? Tuta potiùs:
& cum Gallis, *Valentini animum probes, consilium Auspiciis se-
quare.*

Curt. viii. At Fortunam vltimum instrumentum ad Potentiam V. Fortuna
vni ad Po-
tentiam:
Et quidem
supra aliam feci: cur non primum? Debebam, si vim eius intuerer. Nam
quis neget eximiam quoque gloriam & potentiam, sæpiùs Fortu-
na quàm virtutis esse beneficium?

Cic. pro
Leg. Man. Sunt enim quidam hoc astro; ut ijs ad amplitudinem, & Qua mi-
riscè quos-
dam fouet. gloriam, & ad res magnas bene gerendas, diuinitus adiuncta For-
tuna videatur.

Sallust. ad
Cæf. Homines ad Pompeianum illud elogium, maiore fortunâ
quàm sapientiâ.

Terent.
Adelph. Quibus dormientibus dii omnia conficiunt. Omnia si-
ne labore
suzgerit.

Inter Ada-
gia è Plut. Reti vrbes capiunt:

Livius. vii. Et in sinum ius de celo Victoria deuolat.

Quos poëta quoque depinxit:

Qui nec
volentes
peccant.

Πολλοί τοι χροῶνται δυλαῖς φρεσὶ, δαίμονι δ' ἰσθλῶ.

Theog.

Οἷς τὸ κακὸν δεκτὸν γήγνευ εἰς ἀγαθόν:

Multis mens laeva est, sed eisdem numina dextra.

Quis malè quod cœptum est, vertit & in melius.

Sicut contrà, alijs *destinata salubriter, omni ratione potentior* Curt. III.
Fortuna discussit.

Gaudeant ergo qui illam habent. Nam vel ab hac solâ
Auctoritas.

Tales vul-
gò magni:

— *ut quisque fortunâ utitur,*

Ita praecllet, atque exinde sapere eum omnes dicimus.

Plaut.
Piscud.

Nescio an
in longum.

Sed gaudeant moderatè, quia mera & nuda felicitas fra-
gilis: nec quidquam potest esse diuturnum, cui non subsit ratio.

Curt. IV.

Nam illa se
mutat:

Licet pullis istis suis *adspirare Fortuna videatur, tamen ad* Ibidem.
ultimum temeritati non sufficit.

Et quos diu *prosecuta est, repente velut fatigata destituit.*

Vell. I. I.

Et laedit,
quibuscum
luserit.

Destituit: imò abijcit. *soletque quos plurimis beneficiis or-* Cæf. III.
navit, ad duriorum casum reservare. Civil.

Tu caue, caue, & poëtæ monito

Fortunam reverenter habe.

Aufon.

Mores, via
ultima ad
Auctorita-
tem.

TERTIA via se nunc pandit, MORVM. quos duplices
in Imperante hîc confidero, Internos & Externos. Illos, qui
in animo: ut virtutes. istos, qui in corpore: ut certos habitus,
aut gestus. Quod ad Virtutes: omnes eæ conciliandæ Au-
toritati sunt, imò & *species virtutum similes*: sed duæ emi-
nent, Pietas & Providentia. Nam illa sanè vulgo venerabi-
lis, facitque *Principes instar deorum esse.*

Tacit. xv.
Annal.

Facit val-
dè prelata
Pietas.

Tacit. II.
Annal.

Et mouet opinionem, ut *nihil sine divinâ ope aggredi vi-* Curt. III.
deantur.

Stagirites idcò monuit. Δεῖ (τὸν ἀρχόντα) τὰ πρὸς τὰς θεὰς φαίνε- Arist. v.
σθαι αἰεὶ ἀπὸ δ' ἄλλοις ἀξιοφεινῶς: Oportet Principem res divinas Polit. cap.
videri curare serîo & ante omnes. XI.

Additque

Additq; causas. ἤ τόν τε γδ, inquit, φοβῶνται τὸ παθεῖν τι ὧδ'· *Obedientiā conciliat:*
 νομοί, εἰάν τις διαίμοσα νομίωσιν εἶ) τὸν ἀρχόντα καὶ φοβνίξεν τῶν θεῶν.
 καὶ ἐπιβλεύσιν ἡττοῦ, ὡς συμμάχους ἔχοντι καὶ τὰς θεάς : *Nam &*
minus iniustum aliquid sperant ab eo Principe pati, quem religio-
sam deorumque verentem existimant : & minus ei insidiantur, vt *Insidias-*
tutores & adiutores habenti etiam Deos. *tollit.*

Val. II. cap. x. Iam Prouidentia quoque *animis hominum illabitur, admi-* *Facit & Prouidentia.*
rationis pretexta velata: si nihil aut suscipis, aut agis, nisi len-
tè & circumspectè.

Livius lib. v. Id est, feliciter. Plerumque enim *omnia summa ratione gesta* *Qua tard-*
etiam Fortuna sequitur. *labitur:*

Cæsar. vii. Ergo & Auctoritas : nam Contemptus à lapsu. *Res ad-* *Idcoq; asti-*
uersa Auctoritatem imperatorum imminuunt. *matum.*

Tacit. II. Hist. Quin ipsa talis indoles, per se potens est ad Amplitudi-
 nem obtinendam: si quis tardus in actionibus & cūctator na-
 turæ, & cui cauta consilia cū ratione quàm felicia ex casu placeant.

II. Annal. Inter Externos Mores pono gestum: vt sis *compositus ore:* *Faciunt nonnihil externa.*

An. 9. v. Poli. cap. xi. Graui & ad seueritatem flexo, non tamen ad minas. καὶ
 φαίνεσθαι μὴ χαλεπὸν, ἀλλὰ σεμνὸν, ὅστε μὴ φοβεῖσθαι τὰς ἐπιτυχάνοντας, ἀλλ-
 κα μᾶλλον αἰδεῖσθαι: & apparere non acerbium, sed augustum. vt qui
 obuij sunt, non metuant te, sed magis vereantur.

Etiam habitatio habet & adfert aliquid dignitatis, si ea *Atq; adèd*
 in loco splendido & illustri. Me auctore, elige urbem ali- *is sum do-*
 quam principem, vnde in omnia regimen. *micilium.*

Tacit. III. Annal.

Hanc cole.

Claudian.

—medium non deserit vnquam
 Cæli Phœbus iter, radius tamen omnia lustrat.

Sueton. Tib. cap. x.

Et secede tamen interdum, vt vitato assiduitatis fastidio,
 Auctoritatem absentia tueare.

* Lib. I. r.

Alia quæ huic rei faciunt, pcte è proprio Capite, * supra. * Sicut nau-
 gator aut
 blactero,
 Iouis Cō-
 rimumus.

Palear.

An ego quæ dixi repetam, * ἀτε φιλάκας, Διὸς κόρυθ' ὦ ?

C A P V T

CAPVT X.

Ad ea transitum que Vertendo regno faciunt: in quibus prima, Vis est. Ea duplex ostensa: Insidia & Proditio. Vtraque quomodo cauenda aut punienda, ostensum.

QVAE Iuuant aut firmant regnum, dixi: ad Noxia veniendum est. In quibus prima Vis mihi occurrit, hoc sensu: vt sit **MOLITIO OCCULTA VNIVS PLVRIVMVE, IN REGEM AVT REGNVM.** Occultam dixi, quia non de omni Vi propositum hîc mihi dicere (est enim Aperta quædam, vt Factio, Seditio, Bellum: quas iure differo, & refero ad Prudentiam Militarem:) sed saltem de illâ Clanculariâ, quæ propriè opposita Vi nostræ Iuuanti. Hanc duplicem facio: Insidias, & Proditionem. è quibus illæ scilicet Custodibus aduersæ sunt; ista Munimentis. Nam ego ita discrimino, vti Insidias propriè in caput regis esse velim: Proditionem in loca eius, copias, arces. Vtrumque pestilens & metuendum malum: sed metuendum magis, quàm cauendum. Quî possis? latet: nec prodit se, nisi cùm perdit. Enimucrò *Arma aperta palàm vites: fraus & dolus occulta, eoque inuisibilia.*

*Vis definita
mea menti.*

Diuisa.

*Periculum
ab eâ:
Vix reprimendum.*

*Tacit. II.
Histor.*

Hoste aduersum, ait ille, homini strenuo opprimere haud difficile est: occulta pericula neq; facere, neque vitare, bonis in proptu est.

*Salust.
ad Cæs.*

*Princeps
vni alicui
expositus.*

Nam de **INSIDIIS** vt primò dicam: **scimus patere** vel vnus insidiis regem. nihil nefas esse Auaritiæ.

Curt. I.V.

Scimus fluxam militum fidem, & periculum ex singulis.

*Tacit. II.
Histor.*

Quid proderunt cohortes alæque, si vnus alterve, presentis facinore paratum ex diuerso præmium petant?

Ibidem.

Profectò regum exitus si reputauerimus, plures à suis quàm ab hostibus interemptos reperiemus.

Curt. IX.

Quid miremur? Quisquis vitam suam contempserit, tuæ dominus est.

*Seneca
Epist. I.V.*

*Et patrat,
qui deservat.*

Contempserit omnes ille, qui mortem prius.

*Sen. Trag.
Herc. Oct.*

Difficile

Difficile igitur auxilium, siue consilium: tamen aliquod.

& id capies ab his quattuor, Indagatione, Punitione, Innocentiâ, Fato. Ab illâ primùm: quoniam omnino vtile habe-

Att. v.
Polit. cap.
xl.

re te *καταπόποις* quosdam siue *ώτακουσας* etiam. *κὶ τὸ μὴ λαθάνειν περιεργῶς, ὅσα πυχάει τις λέγων ἢ παρὰ τῶν τῆς ἀρχαίων: & conari ne te lateat, quid quisque subditorum faciat aut dicat.*

Remedia
tamen
quattuor.
* Speculatores.
* Auricularios et
vertunt
Gloss. pri-
sca.
Inquisitio
in sermo-
nes.

Subditorum, inquam, maximè Illustriorum. Nam in omnes quæ acies inquirat? Hoc cum ad alia vtile, tum contra Insidias valebit firmiter. quoniam rarò, nisi malè locuti, malè faciunt: & *Linguae temeritas, peruenit ad gladios.*

Cart. vi.

Obserua. reperies pleròsque insidiantium, aut ipsos alibi criminatos Regem esse, aut *sermonibus vituperantium crimi-*
nantiumque faciles aures præbuisse.

Idem viii.

Idem vi.

Itaque sagaci hac viâ, non parum *latus à domesticis hostibus munies.*

Rem enim factam habes, si detectam. Quod quò magis fiat, cur non *Indici premia palàm decernas, pecuniam & im-*
punitatem?

Sallust.
Catal.

Indicia
premia po-
nenda:

Idque lege latâ, & sæpius renouatâ? Ego è re Principum censeam: & scio *Cruciatu aut Premio cuncta peruia esse.*

Tac. xv.
Annal.

Ibidem.

Nam cum *secum* quicumque animus *Premia* reputat, *simul-*
que immensa pecunia & potentia animo obuersantur: cedit fas &
salus aliorum.

Publica le-
ge vel edi-
cto.

Eorum spes
omnia re-
uelat.

Ibidem.

Et, mihi crede, *carissima suorum pignorum prodent.*

Sed in delationibus his vide, vt aures omnibus præbeas, non etiam fidem. Nam multi, spe aut odio, vana deferent.

Dio lxx.

ideoque, ex Mæcenatis monito, *οὐ καὶ πᾶσι τοῖς λεγομένοις ὑπὸ τοῦ τῶν πειθέν, ἀλλ' ἀκριβῶς αὐτὰ διεσκοπεῖν: non oportet omnibus que ab his talibus dicentur, fidem adhibere, sed acriter ea examinare & discutere.*

Cautè ta-
men cre-
dendum:

Amnian.
Marcell.
viii.

Et per Deum, *quis innocens esse poterit, si accusasse sufficiet?*

Imò, quia res te tuumq; caput spectat, eò magis viden-
dum

Ne innoxij
circumue-
niantur.

O

dum

dum nequid hîc properè agere videaris, aut in tuâ causâ, tuâ causâ. Alioqui crebro vulgi rumore laceraberis, tanquam viros insontes ob invidiam aut metum extinxeris. Tacit. xv. Ann.

Ne locum calumniis & odiis aperias:

Nam χαλεπώτατα οἱ πολλοὶ ἀνέθουσι ὅτι τις ἀπλοῦς ὢν, ἐπιβελόμενος τοῖς ὀπλισμένοις: agerrimè vulgus credit, quòd quispiam inermis insidias armato struat & militibus cincto. Dio lxx.

Et pænè non creditur nisi perpetratum facinus. Liu. xl.

Vt non immeritò ille exclamauerit, Conditionem principum miserrimam, quibus de coniuratione compertâ non creditur, nisi occisis. Sueton. Domit. cap. xxi.

Coniuncti puniendi.

Cautè igitur age & lentè. Quid si comperis? puni, (secundum enim hoc Auxilium est) & grauitè puni. Nam insidiatori aut latroni quæ potest affèri iniusta nex?

Cicero pro Mil. Sallust. Catil.

• Ille est, per quem libertas & anima omnium in dubio:

Ille, qui in vno capite sæpè omnes perdit, & magni fortunam populi in ruinas agit. Senec. i. De Clem.

Hîc mihi quisquâ, mansuetudinem & misericordiam nominat? Sallust. Catil.

Tua cautio, ô Princeps, nostra cautio est: Cicero pro Marcello.

Nec tua propriè, sed reip. hæc vindicta. Ne sanguinem nostrum largiare; & dum paucis sceleratis parcis, bonos omnes perditum eas. Sallust. Catil.

Nec tamen properè.

Sed tamen ita animaduerte, vt mora interdum interueniat vltioni. Quid enim si importuno tempore insidiæ detectæ? Dissimulabis. gnarus, solum sæpè insidiarum remedium esse, si non intelligantur. Tacit. xv. Annal.

Quid etiam si à magnis conceptæ, & quos tutò statim haud punias? Premes: & securitati consules, antequâ vindictæ. xi. Ann.

Res enim monet, cauere ab illis magis, quàm quid in illos statuas, consultare. Sallust. Catil.

Nec item semper.

Et quamquam ad Vindictam te ineito; tamen à Veniâ haud semper excludo. Pone illustrem aliquem deprensam in hoc

in hoc scelere, cui tu & patria deincti : quid facies ? Profectò pœnam, si tutò poteris, donabis : sin minus, temperabis.

Seneca 1.
de Clem.

Audi à muliere non muliebri consilium. Liuvia suo Augusto : *Deprehensus est. iam nocere tibi non potest, prodesse famæ tuæ potest.*

Ibidem.

Nihil gloriosius est Principe impunè læso.

Ibidem.

Famæ tantùm ? imò & salutis. Incredibile est, quantum insignita hæc aliqua clementia, alios arceat à simili conatu, vel pœnitentiâ, vel pudore. Oraculum puta : *Clementia non tantùm honestiores, sed tutiores præstat : ornamentumque imperiorum est simul, & certissima salus.*

Ibidem.

Nam profectò * *parentes liberi que eorum qui interfecti sunt, & propinqui & amici, in locum singulorum succedunt.*

Ibidem.

Atque ita fit insidiantium nexus quidam & cathena. qui eam rumpes ? Clementiâ istâ, ut dixi : & maximè tertio nostro Auxilio, Innocentiâ. id est, ne crebra aliorum læsione, causam ipse præbeas tui lædendi. *Malè vin suam potestatem aliorum contumeliis experitur.*

Plinius lib.
VIII. Ep.
VI.

* Hoc valet
in Illustri-
bus maxi-
mè fami-
liis.
Causa in-
sidius tol-
lenda.

Et discimus experimento, *fidissimam esse custodiam Principis, ipsius Innocentiam.*

Idem Pa-
negy.

Iam quartum tibi scutum suggero, Fatum. Miser, quid te torques ? Si illud volet,

Reliqua
fatu per-
mittenda.

Præbenda est gladio pulchra hæc & candida cervix.

Ituena.
Saryr. IV.

Ad dictum
vetus allu-
sum.
A. et or. cap.
XVII.

Cùm omnia feceris, nec percussorè tuum tolles, nec successorè.

Si nolet : es saluus. Deus, deus, ἐν ᾧ ζῶμεν, & κινούμεθα, καὶ ἐσθμίν : in quo vivimus, & movemur, & sumus,

In Dei nos
manu.

Prouer. Sa-
lam. C. III.

Ille erit in latere tuo, & custodiet pedem tuum ne capiaris.

Qui reges
seruat ma-
ximè.

Theocrit.

—— Δὴ πρόϊονι μὲν ἦ
Αἰδίου βασιλῆϊ.

—— Iovi cura est venerandi
Principis.

*Votum meū
pro princi-
pe.*

Huic fide. ego vota pro te suscipio, sed hac lege: *Ago cum* Deo, *vti fospitem te incolumemque præstet, si tu ceteros:*

Plinius
Paneg.

Si rempublicam benè, & ex vtilitate omnium reges.

Ibidem.

Si contrà; ille quoque à custodiâ tui corporis oculos dimoveat, teque relinquat votis quæ non palàm suscipiuntur.

Ibidem.

*Proditionis
noxa.*

Peregi de infidiis. nunc occultum & infidiosum malum PRO-
DITIO latebris suis extrahenda est.

Val. ix.
cap. vi.

Tantum incommodi humano generi afferens, quantum salutis bona Fides.

Ibidem.

Periculosum quoque istud, cùm scilicet plerumque in-
tra mœnia atque in sinu vrbis sunt hostes.

Sallust.
Catil.

*Qui proni
ad eam?
Auari:*

In quod inclinant auari maximè. qui fama, fidei, postremò
omnibus rebus commodum suum anteferunt.

Idem Ju-
gurth.

Palàm honesti, animo perfidiosi ac subdoli, Auaritiam ac li-
bidinem occultantes.

Tacitus
xvi. Ann.

Lemes:

Item Temporaria ista ingenia:

Curt. iv.

Id est, homines leues, instabiles, & ex ancipiti mutatione
temporum pendentes.

Ibidem.

Tamquam cum Fortunâ fidem stare oporteat.

Liui. xxiv.

Occulti.

Denique dissimulatores & occulti. qui ad illud Homeri,

Εβλ' ἀγορεύοντες, κακὰ δὲ φρεσὶ βουασσόμενοι.

Odyss. 6.

Pulchra loquentes, iidem in pectore praua struebant.

Adeò vt non ante intelligas proditorem, quàm proditus sis.

Latro apud
Senec.

Imò fidem præferunt vel maximè, vt faciliùs fallant. Ob-
serua. *Fraus in paruis fidem sibi præstruit, vt cùm opera pretium
sit, cum mercede magnâ fallat.*

Controu.
vii. li. vii.

Liuius
xxviii.

*Simulatio
sæpè dete-
git.*

Quâ ipsâ notâ haud vanè eos noscas. Nam insitum ho-
mini, quanto magis falsa sunt que sunt, tanto plura facere.

Tacit. r.
Hist.

Malum, & malos istos, vides. quî vitabis? duplici illâ viâ
maximè quam suprâ præiui, Indagationis & Pœnæ. In illâ
nihil

nihil muto: in hac aliquid. quia placet nunquam eam dif- Puniendi
celeriter:
ferri. & impia proditio celeri pœnâ vindicanda est.

Val. 12.
cap. vi.

Dio 111.

Quid hîc trepides? omnia patent. Καὶ οὐδ' ἐκ' ἀμαρτίας τοῦς
τοιούτους ποῦ ἀροσῆκεν, ἀλλ' ἐν πολέμου μοίρα κολάζεσθαι. ἰπὸ nec in
iudicium tales adducere oporteat, sed hostium loco ilicet punire.

Et vindicanda semper. Me iudice, veniæ non hîc locus: Puniendi
& semper.
& si quis utatur, na ista mansuetudo & misericordia illi in mi-
seriam vertat.

Sallust.
Catil.

In patriam improbi, cui & quando unquam boni? ne Quia in-
mendabi-
les:
spera. Abscindendi sunt. neque tam ulciscendi causâ, quàm ut
& in presens sceleratos. ciues timore ab impugnandâ patriâ de-
terreas, & in posterum documentum statuas, ne quis talem amen- Et in exem-
plum.
tiam velit imitari.

Cicero ad
Brut. epist.
xv.

Pœna autem grauis vsurpanda. Platonem si audis, qua- Puniendi
item gravi-
ter.
lis in Sacrilegos. Δικασαί, inquit, τούτοις ἔτσωσαν, οἵπερ ἱεροσύλοις.
Iudices istis dantur, qui sacrilegis solent.

Lib. ix. De
Leg.

Meritò. Patria nōne proximo à diis gradu est? atqui ea Quia im-
pium hoc
facinus:
horum nefario consilio in maxima pericula venit.

Sallust.
Catil.

Cicero 1v.
in Catil.

Itaque nulla esse potest in tanti sceleris immanitate puniendâ
crudelitas.

Sceleris, quod execrantur ipsi hostes: nec bonum iis, Vix grati-
is quibus
gratifican-
tur:
quibus bono. Proditores, etiam iis quos anteponit, iniuri sunt.

Tacit. 1.
Annal.

Curr. v.

. Præmia interdum capiunt, fateor. sed non hercules quò
tanto honore digni habeantur, sed ut aliorum sollicitentur animi.

Rem inquam amant, non reum. & commodè Augu- Non certè
ipsi.
stus, Εγὼ προδοσίαν φιλῶ, προδοταὶ δ' οὐκ ἐπαυῶ: Ego proditionem
amo, proditores non approbo.

Plutarch.
Apopht.

Stobæus
Serm. Lxi.

Commodiùs etiam ante eum Philippus, Amare se prodi-
turos, non proditores.

CAPVT XI.

De vitio duplici, euerfore regnorum. Primum de Odio. cuius pestis subiecta oculis. Fugienda quæ eò ducunt: imò & imago eorum. qualis est in Supplicis, Tributis, Censurâ. In his singulis quomodo se gerat Princeps, dictum.

PERNICIEM igitur à Vi præsentem, nec infrequentem, vides: quæ,
Vt ait poëta ille noster, summas frangit infirmatque opes.

Cicero pro Rabir. Post.

Vitij definitio.

Sed frequentiore eam scito, etsi tardiore, à VITIO: quod definitio PRAVVM NOXIVMQVE IMPERIO AFFECTVM, DE REGE VEL IN REGEM. Tale duplex, oppositum scilicet totidem Iuuantibus virtutibus, Odium & Contemptus: illud in regem affectus, hic opinio de rege.

Odi definitio.

Nam Odium est SVBDITORVM IN REGEM EIVSQVE STATVM MALEVOLENTIA PERTINAX ET OFFENSA. Non enim hîc intellego commune & civile illud odium,

Idem pro Mil.

Vnde id nascatur?

quo omnes improbos odimus: Sed Affectum acriorem, cui ex metu origo, cum cupidine vlciscendi. Nam metuunt potentes, ob iniurias aut damna sub exemplo inferenda: dolent & vlcisci cupiunt, ob illata. Ita è mixtione pessimâ,

Quanta ab eo pernicies.

proles pessima nata Odium: quod semel insitum animis hominum & iniustum,

Idem De Arusp.

Incredibile est quantum valeat ad pestem.

Idem r. De Offic.

Nam à metu aliquid quî sit firmum: *malus ille diuturnitatis est magister.*

Idem Phil. II.

Nulla vis imperij tanta est, quæ premente metu possit esse diuturna.

Idem r. De Offic.

Causa apud poëtam veterem:

Quem metuunt, oderunt: quem quisque odit, periisse expetit.

Ibidem.

Paulatim perdit.

Scilicet per gradus quosdam, *exsecrantur, insidiantur, opprimunt.*

Sen. I. De Clem.

Quidni

Ex dicto
Caligulae.

Quidni faciant? *multae illis manus sunt, tibi una ceruix.*

Et panem cer-
tè perdit.

Cicer. De
Ausp. resp.

*Captatur occasio, & qui non tantum opibus valent, nescio
quam tamen fortunam ac tempus exspectant.*

Idem ad
Lentul. lib.

Denique *inclusum illud odium omne repente apparet.*

1. ep. 11.

Ah nescis *quanta rabies oriatur, ubi supra modum odia cre-*

Seneca 1.
De Clem.

verunt.

Cicero 11.
De Offic.

Cinge te, stipa, muni: *sciticies multorum odii nullas opes
posse resistere.*

Senec. 1. de
Clem.

*Tam multis enim periculis petèris, quàm multis ipse pericu-
lum es.*

*Affiduis pe-
ricula ex-
positum.*

Ebdem.

Nec illa sipsas manus, quibus te commisisti, securus aspiciet.

Fuge hoc ergo, aut regnum te fugit, imò Vira. Quo-
modo autem? si ea fugies, quibus id paratur. Primùm Vi-

*Ideo fugien-
dum.*

tia: deinde & Vitiorum opinionem. Vitia quidem tria,

*Nascitur à
vitiis:*

adversa prioribus illis ad Benivolentiam instrumentis: Se-

quitiam, Avaritiam, Rigorem. Nam hæc mala ac noxia esse

*Aut opi-
nionem vitio-
rum.*

imperio, quis tam imprudens qui nesciat, tam impudens

qui neget? Itaque fugienda hæc moneo, non doceo: magis

insistam in Opinatione, à quâ maius tibi discrimen. *Scimus*

enim *homines, ut metuant aut oderint, non minus opinione et
famâ, quàm certâ aliquâ ratione moveri.* Opinio autè vitiorum

*Cui sedes in
Supplicia:*

ab illis, quæ agnata & affixa iam dictis Vitiis; uti sunt Sup-

*Tributis:
Censurâ.*

plicia, Tributa, Censura. Quæ per se laudabilia, imò neces-

saria omni regno, speciem tamen & vultum illaudabilem

sumunt, nisi peritè & callidè administret. Ecce Supplicia

quantulum à Sævitiâ abeunt? sanguis enim vberim effun-

*Supplicia
ab odio ma-
nicnda:*

ditur. Tributa ab Avaritiâ? pecunia avidè congeritur. Cen-

sura à Rigore? frænû & modus inuitis imponitur. Et pro-

fecto ea ipsa sint, nisi finis discriminet: qui palam ad salu-

tem. In his igitur ut cautè & providè ambules, valdè tibi

providendum. Primùm in SUPPLICIIS. & vide ne securè

Iustitiæ illam securim distingas: sed sit apud te *Parsumonia*

etiam *vilissimi sanguinis.*

B. Tardè

Tarditate. I. Tardè inquam ad ea venies. Propè enim est vt libenter Ibidem
damnet, qui citò.

Decretum hoc tibi maneat : *Melius sanare vitiosas partes,* Cic. II. ad
quàm excacare. Att. ep. I.

Boni Publici LI. Etiam numquam venies, nisi quoties id fieri publica Sen. I. De
et velo. utilitas suadebit. Clem.

Te aut tua cogites? peccas. *Omnis enim animadversio debet,* Cicero II.
non ad eius qui punit aliquem, sed ad reipub. utilitatem referri. de Offic.

Aut si interdum & tua res agitur (in Principatu id eue- Seneca I.
nit:) dissimula: & vultum cum indue *tanquam inuitus* & De Clem.
magno cum tormento ad castigandum venias.

Nec tam vt ipsi pereant, quàm vt alios pereundo deterreant. Sen. I. De
Ira.

Exclusione III. Ad exemplum scilicet omnia referenda, non ad vltio-
Ira. nem. Itaque *Ira maximè prohibenda est in puniendo.* Cicero II.
De offic.

Numquis enim membra sua odit, tunc cum abscindit? Seneca I.
De Ira.

Addo, quòd *iratus ad pœnam qui accedit, nunquam medio-* Cicero II.
critatem illam tenebit, quæ est inter Nimum & Parum. De offic.

Gaudij. IV. Sed & Gaudio abstinendum vel magis, omniq; eius Senec. I. de
notâ. *Ferina ista rabies est, sanguine ac vulneribus gaudere.* Clem.

Et acutè poëta:

Qui fruitur pœnâ, ferus est: legumque videtur Claud. Cō-
Vindictam præstare sibi. sul. Mallj.

Itaque hoc assequêris, vt *quanquam aduersus fontes & ex-* Tacit. xv.
trema exempla meritos, Misericordia tamen oriatur, tanquam non Annal.
utilitate publicâ, sed in Saevitiam vnus absumantur.

Observa- V. Videndum vt pœnæ sint è moribus receptoque ritu. Aristot. v.
tionem mo- Δεῖ τὰς κολάσεις πατριᾶς ποιῆν: *Oportet supplicia more patrio sumi.* Polit. cap.
rum. XI.

Lædit, quidquid in his nouum aut nimium: crudeliter
que meritò, qui puniendi causam habent, modum non ha- Seneca I. I.
bent. Le Clem.

VI. Etiam

Cic. II. De Off. VI. Etiam hoc, vt Æquabiles. & ne iisdem de causis, alij ple- Aequalitate pœna.
Etantur, alij ne appellentur quidem.

Aut isti durius, alij mitius puniantur. quod improbum:
Plinius lib. VIII. epist. VI. nisi fortè in Nobilibus. Nam video & à medicis, quamquam
in aduersâ valetudine nihil serui à liberis differant, mollius tamen
liberos clementiusque tractari.

Tacit. Agric. VII. Denique postremò, vt Supplicia ipse numquam exi- Sui subditi.
gas, atq; ad eò vix spectes. Nam & Nero subtraxit oculos, ius-
sitque scelera, non spectauit.

Xenoph. in Hieron. Placet viri magni scitum: *Ἀσπι ἀρχοῦν, τὸ μὲν ἀἀγχις δούδμον, ἀλλοῖς πρῶτα κτῆον ἐξυ καλῶν, τὸ δὲ τὰ ἀδρα ἀποδιδόαι, δι' ἑαυτῶ πῶν-
τόν: Viro Principi, vbi pœnarum aut coërtitionis res est, aliis id
delegandum: vbi præmiorum aut munerum, ipsi obeundum.*

Habes quæ cottidiana vulgataque Supplicia satis miti- Nodus in multitudine puniendorum.
gent. quid in raris aut nouis? Puta enim multos aliquos &
grandes peccauisse, quos citra inuidiam grandem haud tol-
las. Hic primùm illud suadeam: non carptim aut per inter-
ualla, sed omnes tolli vno velut icth.

Tacit. Agric. Specie hoc acerbius, re mitius. Nam repetita illa & fre- Tollendi si- mul.
quens vindicta paucorum odium reprimat, omnium irritat.

Tac. XIV. Annal. Incide semel, quidquid incidendum est: & tum malag- Mollièdum odium be- neficiis.
mata adhibe hæc bina. Prius, in alios Beneficia: quasi illis de-
motis, auctam lenitatem tuam testificando.

XIII. Ann. Alterum, Deriuationem: puniendo rerū atrocium ministros. Et suppli- cio mini- strorum.
I. Histor. Vtique si & ipsi in aliquâ noxâ, quod sepè. Olim, & seue-
ris quoque Ducibus, vsurpatum.

Plin. Pa- negyr. Qui fuso sanguine, fusi sanguinis eluerunt inuidiam: &
viles quosdam, velut piaculares publici odij victimas, dederunt.

Curr. X. Vulgus hominum eâ ratione placati; imò leti, reuoluisse
iram in iræ ministros, nec vllam potentiam scelere quesita in cui-
quam esse diuturnam.

*ditus quidem & proventus Principis acribus oculis intuens, con-
nuens ad erogationes & sumptus.*

Plinius
Paneg. Sed tuingere : & vtiliter interdum *calculus cum Imperio* Sed populus
docendus:
pone.

Plaut.
Bacch. Quid ambigis? *numquam hîc lusciniola defuerit sua cantio.*

Tacit. XII.
Annal. Semperque in Principe, *cupido auri immensa, obtentum ha-
bebit, quasi subsidium regno paretur.*

Plinius
Paneg. Si tu hæres ; ecce qui transferant , & te contra se iuuent.
Miror & rideo : *Principes suâ sponte avidi & rapaces , & qui
magistris non egerent, plura tamen semper à nobis contra nos di-
dicerunt.*

Ibidem. *Numquam iis defuerunt, qui, fronte graui & supercilio tristi,
vtilitatibus Fisci contumaciter adessent.*

Plutarch.
Them. Quod si populus tamen renuet, tum ego ad Themisto- Suadendus.
clem te mitto : cuius factum vide. Is ad Andrios super Pe-
cuniâ legatus , *δύο ἐλθεῖν ἔφη θεὸς κομίζων, πειθῶ καὶ βίαι: duobus
diis comitatum venire se dixit, Suadâ & Violentiâ.*

Tacit. XIV.
Annal. Vide, inò & imitare. ac priorem illam Diuam semper Vix cogen-
dus.
adhibe. nōne impetrare melius, quàm imperare ? alteram,
cùm opus. Et si quando opus ? *Suasio ab eo qui iubere potest, vim
necessitatis affert.*

iv. Annal. Sed vide (Fomentum hoc secundum) vt Moderatio ser- Modestè
habenda
Tributa.
uetur; ne Grandia nimis ea sint, sed *modica, pro copiâ scilicet
aut angustia rerum.*

Plautus
Bacchid. Apage istos, qui *rem auferunt cum puluisculo.* Ne magna
sint.

Plinius
Paneg. Quibus ærarium est *Spoliarium civium, cruentarumque
prædarum receptaculum.*

Suetonius
Tib. Tu cum Tiberio, *tondere pecus malis quàm deglubere.* Vt deliben-
tur opes
tantum.

Plutarch. Alexander olim rectè : καὶ κτωωεθρ, inquit, μισῶ τὸν ἐν πί-
ζῳν ἐκτέμνοντα τὰ λάχανα. *Hortulanum odi, qui ab radice olera ex-
scindit.*

Et ego sanè Principem, qui *pennas ita incidit, ut nequeant renasci.* Ex Cic. 17. ad Artic. epist. 11.

Carpe, carpe. Nisi facis, iure insurgent & clamabunt, *Sibi quoque duos deos adesse, Πείραν καὶ Ἀπορίαν: Paupertatem, & Impotentiam.* Plutarch. Themist.

Denique *pacem fortasse exuent, tuâ magis avaritiâ, quàm obsequij impatientiâ.* Tacit. 14. Annal.

Profectò *qui nimis emungit, elicit sanguinem.* Prouerb. Salom.

Ne Sordida:

Vide etiam ne Sordida. Indignum rege, *lucrum ex omni occasione odorari.* cap. xxx. Ammian. xxii.

Et quod vetus verbum ait, καὶ δὲ τοῦ νεκροῦ φέρειν: *vel à mortuo auferre.* Aristot. 11. Rhet.

Morboniam mihi Flavius cum *vectigali suo* *vrinario* abeat. E Sucton. Vesp.

Nec è delationibus capta.

Multo magis damno *Delationes, & locupletissimum quemque in pradam corripit.* Tacit. 12. Histor.

Nec nimis etiam ex meo sensu (asperè quidem exercita) *lex maiestatis, sæpè singulare & vnicum crimen eorum, qui crimine vacant.* Plinius Paucg.

Ne Frequentia:

Denique ad Moderationem pertinet, ne *Crebra: & ne idemtidem Prouinciæ nouis oneribus turbentur.* Tacit. 14. Annal.

Nouique semper inueni.

Non *exquires subinde novos sinas, & varia prædandi vocabula:* 14. Histor.

Centesimas, quadragesimas, quinquagesimas: XIII. Ann.

Columnaria, hostiaria: Cæf. 111. Bell. Ciuil.

Et *quæ alia exactiõibus illicitis nomina* Grypi isti inuenerunt. Tac. XIII. Annal.

Coercendi administri Tributorum.

Tu vetera ferua. & ea quoque (Fomentum tertium Coercitio) *vt sine Auaritiâ & crudelitate Ministrorum toleretur, vide.* 14. Annal.

Vtramque hanc arceo. Auaritiam, quæ Fraude grassatur: Crudelitatem, quæ Vi. Sed ab illâ (Fraude, inquam) periculum ti-

Festus lum tibi grande, & penè certum. Adeò Ministrorum omne hoc genus (bonorum pace dixerim) *Lauerniones* : *Qui plurimum impium improbi:*

Lucian. Ἀρπακτικώτεροι ἤσ' γαλιῶν : *Felibus rapaciores.* *Et Harpocess.*

Archiloch. Quibus studium παντ' ἀνδρ' ἀποσκολύπειν : *omnem hominem natum decoriare.*

Lamprid. Cotamod. *Prædam in sinum suum conferre :*

Cæf. III. De bello Civil. *Lucellum in lucro tuo facere: & præter imperatas pecunias, priuato compendio suo seruire.*

Vno verbo,

Plaut. Aul. *Homines cum senis manibus, genere Geryonaceo: Quos si Argus seruet, qui oculeus totus fuit, Is numquam seruet.*

Varro in Fragm. *Et tamen seruâdi frænandiq; sunt, aut te perdent. Αἰετονem, inquam, suum comedent isti canes.*

Tacit. IV. Annal. *Quomodo poteris? cautione duplici. Primùm, vt res tuas non nisi spectatissimo cuique mandes.* *Duplex ab ijs cautela. Eleſtio:*

Plin. Pa. negy. *Deinde, si fallent, amoueas: nec id sine poenâ. Quâ illâ? Talionis. Ereptum alienas pecunias iuerunt? perdant has quas habent.* *Amotio:*

E Sueton. Vespas. cap. XVI. *Spongiæ faciendi sunt: & exprimendi, postquam affatim biberunt.*

Tacit. II. Histor. *Si vlla res, hæc eos comprimet: etsi vereor, vt nec ista. Cur te fallam? Succedent Mucianus & Marcellus, & magis alij homines quàm alij mores.* *Neutra factis firma.*

VI. Annal. *Legibus fraudes reprimere: miras per artes rursus orientur.*

Plinius Paneg. *Mille pænarum indagine include: erumpent.*

Varro Frag. *Adeò splendens hoc aurum præstringit oculos.*

Et altè impressum omnibus,

Sophoc. apud Athen. XII. *— μηδ' ἐν εἴπαι σὺν κέρδει κακόν.*
— nihil esse cum lucro malum.

- Violentia in exigendo vitanda.* Iam à Crudelitate quoque & à Vi cauendum: *ne tot per annos sine querelâ tolerata, novis acerbitatibus ad invidiam vertât.* Tac. XIII. Annal.
- * Nam Tribuo, Diuido. Modestè iube exigì, & vt verè Tributa: id est, per partes. Valdè hoc (tenuiores præsertim) subleuat, cùm possunt *κατ' ὀλίγον ἐν ταῖς τάξεσιν ὅσα ὀφείλουσιν εἰσφέρειν: paulatim & per partes, quæcumque ex præscripto modo debent, inferre.* Dio LII.
- Nörescula auferenda.* Absint, quantum potest, illa extrema: *ne boues ipsos, mox agros, postremò corpora seruitio aut pœnæ tradant.* Tacit. IV. Annal.
- Securi sint ab alio raptæ:* Inprimis vt vno certoque Tributo defungantur: & in reliquum, *sit libera nec sollicita rei suæ cuique custodia.* Cicero II. De offic.
- Præsertim à Militæ.* Non prædo, non miles diuexet. Quamuis enim grauia, tamen *iniuncta imperij munera impigrè obibunt, si Vis & Iniuria absint.* Tacit. in Agric.
- Has agrè tolerant.* Ibidem.
- Hinc ira & questus. & postquam non subuenitur (interdum sanè euenit) remedium ex bello.* IV. Annal.
- Parè, & ex usu, dispensanda Tributa:* At quartum Fomentum, Dispensatio. Eam restrictam vtilemque esse suadeo, & qualis in familiâ boni patris. Exiguam in publicum impensam quis grauabitur, *ἀν ὁρῶσί σε σωφρόνως τε δεχόμενοι, καὶ μηδὲν μάλιστα ἀγασκόντα? si videant te continenter sùbrièque viuentem, ac nihil vanè effudentem?* Dio LII.
- Tanquam aliena pecunia.* Scient enim verè in publicum tribui: teque esse dumtaxat *φύλακα & ταμίαν, ὡς κοινῶν, ἀλλὰ μὴ ὡς ἰδίων: Custodem & Dispensatorem, vt communium bonorum, non vt tuorum.* Aristot. v. Polit. cap. XI.
- Non ubi voless:* Ita debes. non *priuatim largiri, quod auidiùs de rep. sumas:* Tacit. I. I. Histor.
- Et *explere hiantes in magnâ fortunâ amicorum cupiditates.* I. Histor.
- Non per delicias aut sumptus, *pecuniæ illudere:* II. Histor.
- Vt *quas honestè habere & vti licet, per turpitudinem abuti properes.* Sallust. Catil.
- Sed ubi debes.* Absit. Alexander Romanus tibi præeat: qui *aurum & argentum* Lamprid. Alexand.

gentum raro cuiquam nisi militi dimisit: Nefas esse dicens, ut Dispensator publicus, in delectationes suas suorumque conuerteret, id quod Provinciales dedissent.

Sueton.
Ner. cap.
xxx.

O virum, ô Principem ! imitare. Non illos tyranniones: *Turpes hic Prodigii:*
qui diuitiarum & pecunie non alium fructum putant, quam Profusionem.

Stobæus
Serm. xv.

Quos Crates rectè olim assimilauit ταῖς ἐπὶ τῆς κρημῶν συ-
καῖς, ἀφ' ὧν ἀναθροπῆ & μηδὲν λαμβάνει, κόραες δὲ καὶ ἰκτίνες: iis ficu-
bus quæ in altis præruptisque nascuntur; è quibus homo fructum
non accipit, Corui tantum & Milui.

Ibidem.

Id est, Εταῖροι καὶ Κόραες: Scorta & Adulatores.

Plin. Pa-
negy.

His talibus cum omnia rapiant, & rapta retineant; ut si ni- *Statimq̄ exhausti.*
hil rapuissent, nihil retinuissent, omnia desunt.

Tacit. i.
Histor.

At noster ille Princeps qui suæ pecunie parcus, publica
auarus:

Tacit. ii.
Histor.

Qui eam non abijcit in scurras, mimos, & id genus ami- *Laudabiles parci.*
citarum dehonestamenta:

Plinius
Paneg.

Semper abundat. & tantas vires habet Frugalitas, ut tot *Et semper in multo are.*
impendiis, tot erogationibus, vel sola sufficiat.

Mæcen. a-
pud Dion.
l. iii.

Πλετ & ῥῶ ἀκριβῆς (aiēbat olim magnus amicus ad Augu-
stum) ἐχ' ἔπος ἐν τῷ πολλὰ λαμβάνει, ὡς ἐν τῷ μὴ πολλὰ ἀναλίσκει
ἀθροίζῃ: Magnæ opes, non tam multa capiendo, quàm haud mul-
ta perdendo, quaeruntur.

Quintum vltimumque Fomentum, Æqualitas. hoc est, *Aequiter onera im- ponenda.*
ut iusta & vniformis contributio sit, nec per bonam ma-
lâmve gratiam hunc subleues, illum premas.

Plinius
Paneg.

Ut Sol & dies omnibus in commune nascitur: *Sine odij aut gratia aspectu.*

Cicero. ii.
De offic.

Sic debet Princeps. & incommoda aut commoda ciuium
non diuellere, atque omnes eadem æquitate continere.

Tacit. i.
Histor.

Vix credas, vbi inæqualitas, quantum angantur. in sita *Odiosa quo ruidam subleuatio aut exemptio.*
humano ingenio inuidiâ, ut pari dolore aliena commoda, ac
suas iniurias metiantur.

Huic

Census ad
hac utilis.

Huic autem Æqualitati ratio vnica, *Census : res saluberrima magno futuro imperio.* Liuus 1.

Flagitiosè
adhuc ne-
glectus.

Quem nesciri aut negligi hodie, non mirer? iure. cum tam prompti obuijque exempli fit, (nam quæ mediocriter bona respub. olim sine illo?) & simul tam manifesti vsus. Plato verè: περιμῆσαι μὲν ἕκαστον τὴν εἰσὶν ἕνεκα πολλῶν χρεῶν: *Quem- que opes suas in censum deferre, ad multa utile.* Lib. XII. De Leg.

Conducit
ad plenam
reip. noti-
tiam.

Sanè ad multa. Nam hac vnâ re fit, *vt omnia patrimoniij, dignitatis, ætatis, artium, officiorumque discrimina in tabulas referantur.* Flor. I. cap. VI.

Ad viros
militares
sciendos:

Atque ita quantum vrbes gentesque singulæ numero mili- *tum, quantum pecuniâ valeant, monumenta existant.* Liuus 1.

Ad tributa
pariter im-
ponenda.

Denique ad nostram hanc rem, vt æquiter *ex censu quot- annis Tributa conferantur.* Cicer. II. in Ver.

Itaque, si sapis in tuam publicamque rem, reuoca. & lecti *Censores, populi æuitates, suboles, familias, pecuniasque censento.* III. De Legib.

Quibus potestas omnis æstimationis summæque faciendæ per- *mittatur.* II. in Ver.

Legendi
Censores à
Populo:

Sed à quo lecti? si me audis, vt odium suspicionesque mu- *neri detrahantur per se aspero, designet ipse populus, vt cui maximam fidem rerum suarum habet, maximâ curâ deligat.* Ibidem.

In opida
bini.

Quàm multi legendi? *Sunt bini aut terni in singulis ciui- tatibus.* Ibidem.

Iterandus
Census.

Census ipse quoties instituendus? Variant. καὶ ἐν τισι μὲν πρό- *λεσι τιμῶν) κατ' ἐνιαυτὸν, ἐν δὲ ταῖς μέλλουσι διαξίτηρίδ) ἢ πενταετηρί- δ) : & in quibusdam ciuitatibus vertente anno censentur, in alijs maioribus non nisi tertio aut quinto quoque anno.* Aristot. v. Polit. cap. VIII.

Nostro iu-
dicio quot-
annis.

Ego in annos, tutius meliusque cenream: ob migratio- *nes, mortes, opum augmenta aut imminutiones.*

De Censu-
rà:

SED à Censu ad CENSVRAM transeo, vicino flexu. Ea enim tertia odiorum materies. de quâ tamen mitigandâ fru- *strâ disseram, nisi prius de vsurpandâ. Nam (heu æui dede- cus!)*

Cic. v. De cus!) rem moribus & vitę utilissimam adeò obliuione obsoletam videmus, vt non modò non colatur, sed etiam ignoretur. *Qua igno-
ta nūc aus
spreta.*

Definitione igitur prius aperienda est. & appello Censuram, ANIMADVERSIONEM IN MORES AUT LVXVS EOS, QVI LEGIBVS NON ARCENTVR. Proprium enim hoc eius munus, *ἑπαγορεύου ὅσα μὴ τῶς τιμωρίας ἀξία ὄντι, & παερώμενα, πολλῶν κ, μεγάλων κακῶν αἰτία γίνεσθαι*: corrigere ea, *Sino eā
fuit resp.* quę pœnā digna nondum sunt, neglecta tamen aut insuper habita, multorum magnorumque malorum causam præbeant.

Tacit. III. Annal. Imò paullatim, omissa, funditus rempublicam trahant. *Aut peris.*

Val. II. cap. IX. *Quid enim prodest foris esse strenuum, si domi malè viuitur?*

Ibidem. Profectò nisi singulis quoque hominibus officium ac verecundia sua constiterit, partiarum rerum aequatus celo cumulus sedem stabilem non habebit.

Cicero in Pison. Hęc itaque instituenda est, *magistra pudoris & modestiæ*: *Firmanda
hoc vinclo.*

Pro Cluēt. Et eligendus vnus alterve *Præfectus moribus, magister veteris disciplinae.*

Tacit. II. Annal. Vt metus aliquis etiam præter leges sit; & sciant omnes *siquid in Moribus labat, non defuturum corrigendi auctorem.*

Nam duo hæc distinctè Censuræ subiicio, Mores & Luxum. Mores intellego, Lasciuias, Libidines, Ebrieta- *Eius mate-
ries, Mores:* res, Iurgia, Periuria, & quidquid tale Probitas ac Modestia damnant. Igitur noster Censor omnem ætatem, & omnem sexum castigabit. *Prauas artes malasque libidines ab inu-
uentute prohibebit:* *Castigandi
in inueni-
bus.*

Ibidem. A senibus, eas voluptates quas eorum ætas sine dedecore non *In senibus:* attingat:

Ibidem. Ab vniuersâ plebe otium: vt habeat negotia sua, quibus à *In plebe
ignominia.* malo publico detineatur.

Ibidem. Denique dabit operam, vt omnes Probitati atque Industriae, non Sumptibus neque Diuitiis studeant.

Q

Nam

Materias
altera, Lu-
x u.

Nam hæc quoque cohibenda; id est *Luxus*. qui alioqui
in immensum prorumpat, ad cuncta quis pecunia prodigitur.

Tacit. 113.
Annal.

Cui origo
ab opulen-
tia.

Eum ego in quattuor his pono: *Pecuniâ, Domo, Con-
viuiis, Velte*. In primâ maximè: quæ nutritrix inâ mater
huius, & plurium malorum.

— turpi fregerunt secula luxu

Iuuenal.
Sat. vi.

— *Divitiæ molles.*

Itaque meus Censor ante omnia, *Pecunia, quæ maxima*
perniciosa est, usum ac decus demet.

Sallust.
ad Cæs.

Minus o-
pes, è re
Principum:

Quid renuis Princeps? è re tuâ est: *ὄψε μὴ δ' εἶναι ἐγγύθεος πο-
λὺ ὑπερέχοντα διουδμῆι, μήτε φίδω, μήτε χημῶν: neminem existere*
qui nimis excellat, siue amicorum copiâ, siue opum.

Aristot. v.
Polit. cap.
vii.

Auri vis atque opes Principibus infensæ.

Tac. xi.
Annal.

Et regni.

Imò, Principatui infensæ. atque ij demum penates (oracu-
li vocem audi) *ea ciuitas, id regnum, aeterno in gradu facile*
steterit, vbi minimum virium Veneris Pecuniaque cupido sibi
vindicauerit.

Val. iv.
cap. iiii.

Per has ni-
mias per-
duntur.

Sapè iam audiui, qui reges, quæ ciuitates, per opulentiam ma-
gna imperia amiserint, quæ per virtutem inopes ceperant.

Sallust. ad
Cæs.

Conducit
& Subdi-
tis.

Sed è re Subditorum multo magis. Nani vbi *diuitiarum*
cupido inuasit, neque disciplina, neque bonæ artes satis pollent:

Ibidem.

Omnia bona vilia sunt: fides, probitas, pudor, pudicitia.

Ibidem.

Nam vbi
diuitia,
vitia.

Virtuti aut deo numquam carus, cui caræ opes. *Nec quis-*
quam extollere se, aut diuina mortalis attingere potest, nisi omissis
Pecuniæ & corporis gaudiis.

Ibidem.

Itaque meritò Censor, *Pecuniæ studium tollet, aut quoad*
res feret, minuet.

Ibidem.

Auaritia
coercenda:

Alligabit *Auaritiam belluam feram, immanem, intolerandam:*

Ibidem.

Et fœuus:

Et illud *urbibus vetus, fœnebre malum,*

Tacit. v.
Annal.

Ne ex libidine potentium agitetur.

Ibidem.

Vtque

- Cicero II.
De offic. *Utque res familiaris iis modò rebus queratur, à quibus ab-
est turpitudine.* Et sordidi
quæstus.
- Sallust.
ad Cæs. *Denique profusiones vetabit, & finè Sumptuum statuet.*
- Ibidem. *In Domo. ne superbè nimis struant, aut instruant: &
signis, aulais, aliisque operibus exornent.* Sumptus
circa adifi-
cia.
- Ibidem. *Ah stulti, qui omnia potius visenda quàm semet efficiunt!*
- Tacit. II.
Annal. *Et in eadem, modum poscet argento, supellectili, familie.*
- Plinius
Paneg. *In Conuiuuiis. damnabit exquisita ingenia canarum:* Circa con-
uiuia.
- Sallust.
Catil. *Et istos helluones, quibus mos vescendi causâ, terrâ ma-
riq̄ue omnia exquirere.*
- Tacitus
III. Ann. *Et vno verbo, videbit ne luxus mensæ profusis sumptibus
exerceantur.*
- Ibidem. *In Vestè. ne promiscua viris & feminis:* Circa ve-
stes.
- II. Ann. *Nobilibus & plebeiis. utque sui & certi quidam cultus
sint his, qui ordinibus & dignatione antistant.*
- Sen. Epist.
cxv. *In leui hæc habes? erras, Conuiuiorum luxuria & vestium,
agra ciuitatis indicia sunt:* Momentum
in his gran-
de.
- Sallust. ad
Cæs. *Imo morituræ. Nam hæc iuuentutem, vbi familiares opes
defecerunt, ad facinora incendunt.* Et hinc fe-
re monitas:
- Cicero II.
in Catil. *Res abit, fides perit: eadem tamen illa, que erat in abundan-
tiâ, libido permanet.*
- Sallust. ad
Cæs. *Itaque quid aliud quàm moueant composita, & res nouas
sceleribus acquirant?*
- Cicero II.
in Catil. *Scito certò, hoc in rep. seminarium Catilinarum fore.*
- Arist. v.
Polit. *Vidit Prudentiæ oculus. Γήρων, inquit, μεταβολαί, ἢ ὅταν
ἀναλώσωσι τὰ ἴδια ἀσελγῶς ζῶντες. καὶ γὰρ αἱ τοιοῦτοι καποτομεῖν ζητοῦσι,
καὶ ἢ τυραννίδι ὀπιπέσθαι, ἢ καταποδῶσιν ἕτερον: Aut im-
mutatio. *Fiunt in rep. muta-
tiones, cum homines sua consumunt prodigè viuentes. Hi enim ta-
les, res nouas querunt: & aut ipsi Tyrannidi imminet, aut ad
eam alios vocant.**

Censoria
arma.

Ignominia.

Hæc sunt, quæ effici à Censore cupimus. Quo telo? duplici, Ignominie & Multe. Illa quidem propria eius est, & olim sola. *Censoris indicium*, ait Cicero, *nihil ferè affert dammato, nisi ruborem.*

Cic. 1. de
Rep.

Timoris enim causam, non vitæ pœnam in illâ potestate esse voluerunt. Idem pro
Cluent.

Et Multa
in persecu-
rantes.

Sed ut nunc mores, alteram ego illam omnino adiungam. Quid enim si quidam eâ duritiâ oris sunt, ut depudère didicerint?

Seneca ad
Seren.

Et voluptatû non illecebris tantû, sed ipsâ infamiâ gaudeant? Valer. lib.
vi. cap. ix.

Sanè eos multem: nec ex sanguem illam & ferream frontem nequiquam considnerem notis.

Plinius
Paneg.

Cotidianum enim istud, ac sine effectu iurgium sit.

Sen. Natu-
ral. Quæst.
iv.Adhorta-
tio ad Cen-
suram re-
uocandam.

HABES vniuersam Censuram. tu institue, aut potiùs restitue eam, ô Bono generis humani nate Princeps. Omnia iacère sentis, bellorum impetu percussa atque prostrata.

Cicero pro
Marcel.Quæ nûc, si
unquam,
vtilis.

Excita, per deum immortalem. *reuoca fidem, comprime libidines, & quæ dilapsa fluxerunt, seueris legibus vinci.* Ibidem.

Inuidiosa
ea.

Non nego, quin aspera hæc res in principio futura sit. Sallust. ad
Cæs.

Quia noua; quia contra sensum vulgi. *οἱ γὰρ πολλοὶ τῷ ἠδονῶν, εἰδὲν τὴν βίον ἀγαθῶσι τὴν ἀπολαυσικόν: Nam multitudo voluptatem, ideoque & vitam amant dissolutam.* Aristot.
Ethic. i.
cap. v.

Sed sper-
nenda hic
inuidia:

At tu capesse rempub. & omnia aspera persuade. Sallust. ad
Cæs.

Quid trepidas? multorû salutis potiùs, quàm libidini consule. Ibidem.

Aut aspe-
ritatis opi-
nio.

Ea verò apud sapientes clementia erit, retinuisse ab stultitiâ & falsis voluptatibus. Ibidem.

Non si flagitiis obsecutus, delicta perpeffus, præsens gaudium cum mox futuro malo concefferis. Ibidem.

Hæc ipsa
qui mis-
getur.

Et tamen quidquid hîc asperum, facile mitgabis triplici nostrâ obseruatione. Primùm, si tu sub Censurâ: id est, si
vita

Ideoque per naturam in odio nobis, quisquis eam libat.

*Minutum
aliquid
semper ad-
hæret:*

Libat autem omnis Princeps. ergo *quamuis id agas, vt nequis* Sen. de
Prouid.

meritò te oderit, erunt tamen semper qui oderint.

Sed tu sperne.

— *odia qui nimium timet,*

Seneca
Oedip.

Regnare nescit.

*E natura
vulgi.*

Odia dico hæc plebeia & leuia. *παντί τῷ δήμῳ τὸ κακόν εἰσι, &* Plutarch.
φιλαίτιον ἔνεσι, πρὸς τοὺς πολιτοδομένους: Omni enim populo inest ma- Polit.
lignium quiddam & querulum, in imperantes.

Et verissimè à rege Magno dictum: *Regium esse audire* Idem A-
malè, cùm facias benè. popht.

*Id in leui
habendum:*

Solaberis igitur te illo Augustæo: *Satis est, si hoc habemus* Sueton.
nequis nobis malè facere possit. Aug. ca. li.

*Dum pro-
bent te
probi.*

Et melioribus item sanioribusque iudiciis. quoniam te
aliquando *seria carmina, honorque æternus Annalium, non hæc* Plinius
breuis & plebeia prædicatio colet. Paneg.

Suum cuique decus posteritas repondet.

Tacit. iv.
Annal.

CAPVT XII.

*Definitus & vituperatus Contemptus. Oñtensa quæ illum gi-
gnunt; à rege, si sapiet, fugienda.*

*Definitio
Contem-
ptus.*

CONTEMPTVS sequitur, quem Vitium alterum fe-
cimur euertendo regno. Is est ad nostram rem, I M-
PRESSA SVBDITIS SIVE ET EXTERIS, VILIS ABIE-
CTAQUE OPINIO, DE REGE EIVSQUE STATV. Pe-
stifera omnino res Regnis: quorum anima & vita ipsa est
Auctoritas, & eximia quædam opinio de imperante. Quæ
enim vis alia est, quæ efficit, vt *tot mortalium millibus vna* Sen. i. De
anima præsideat, nonnumquam senis & inualidi. Clemen.

*Eius perni-
cias.
Anima re-
gni, Aucto-
ritas.*

Sola illa. omniaque videmus, hac, *quasi mente quædam,* Cicero pro
regi atque administrari. Cluent.

Vt

Seneca 1.
De Clem.

*Ut anima, pedes, manus, oculi, negotium gerunt: & illius iussu
iacemus, aut inquieti discurrimus:*

Ibidem.

Sic hæc immensa multitudo Auctoritatis quasi spiritu regitur.

Liu. 11.

Quis verò aliter regat? Vires imperij in cōsensu obedientium sunt: Sine eâ v-

Consensus ille ab Æstimatione: per quam,

Lucan. v.

*— unum, tam magna iuventus,
Præmatum factura, timet.*

*nus tã mul-
tis non im-
peret:*

Sen. 1. De
Clem.

*Hanc tolle, tollis regnum. omnisq; hic imperij contextus in
multas partes diffiliet.* *Et regnum
omne ruat.*

Lucan. x.

*— Subuersa iacebit
Pristina maiestas soliorum, & Sceptra superba.*

Aristot.
Rhet. 111.
cap. 11.

*Quid autem clarius eam tollit, quàm Contemptus, & hæc ἐνέργεια δόξης πρὸς τὸ μανθάνειν ἀξίων φαινομένων: opiniois actio in
id, quod nullius rei pretiūque censeas.* *Aufforita-
ti autem
Cōtempus
aduersus.*

Idem v.
I. 1. cap. 1.

*Igitur ille, mors & interitus regnorum: imò supra ipsam
Odium, aliquo adspectu. Philosophus indicauit: Δύο δὲ οὐ-
σάν ἀκέραι, διὰ δὲ μάλης ἐπιπίπτει τῆς τυραννίδος, μίσης ἢ κατὰ φρονήσεως,
ἡ δὲ ἀπορία μὲν δὴ τοῦτων ὑπαρξάν τοῖς τυράννοις, τὸ μῖσθον ἐν δὲ τῇ κα-
τὰ φρονήσεως πολλὰί γίγνεται τῆς καταλύσεως: (Cum due cause sint, ob
quas insurgitur in Tyrannos, Odium & Contemptus: alteram ea-
rum adesse Tyrannis oportet, Odium. è Contemptu verò plurimæ
sunt euerfionum.* *Ergo regni-
pestis:*

*O verè Phœbum, longè semper aciem ingenij iaculan-
tem! Ita res est. Causa prima & motio euertendis regnis,
plerumque ab Odio est: sed extrema & efficax maximè à
Contemptu. Nam illud tardum, vel, vt cum poëta dicam,
inaudax est, nisi armetur ab isto. Metus enim sæpè retinet:
quem Tyranni habent pro asylo. Ideoque cum causâ ex-
secrabilis ille versus & qui multos dedit præcipites, iis placuit:*

Seneca 1.
De Clem.

Oderint dum metuant.

*Quandiu enim hoc frænum; incurtere magis cupiunt,
quàm audent. At excutit Contemptus. & efficit vt non ve-
lis so-* *Hic enim
ad rem sta-
tim ducit.*

lis solùm, sed audeas & tentes. Itaque certa ab eo pernicies.

Nec tamen nunquid crebra? haud censeo. Neque enim ab ullo periculo fortuna Principis longius abest, quam ab Humilitate. Plinius Pancg.

Reges:

An contemnatur, qui imperium, qui fasces habet? nisi qui humilis & sordidus, & qui se prius ipse contempserit? Idem v. 111 Epist. vii.

Legitimos quidem.

Non inquam crebra ab eo solo: (nam Odio misceri iam dixi:) præsertim si quis verus legitimusque sit Princeps. Tamen quia evenit: quâ vites, docebo. sed breuiter. Cur diffundam? nonne in Auctoritate formadâ, satis muniui hanc ipsam viam? Satis: si verum hoc scitum, *Ἡ ἐν αὐτῷ τῷ ἐναντίον ἐπισημῶν εἶναι: Eadem contrariorum scientiam esse.* Aristot. i. Topic. cap. l. i. x.

Origo eius.

A leni imperio:

Fit igitur contemptus in Principem ab his tribus maxime: Formâ imperij, Fortunâ, Moribus. FORMA imperij: si iusto ea lenior & remissior. Quod peccatum peccant ij qui nimiam lenitate dulces,

Cicero ad Attic. v. ep. xiv. Tacit. ii. Histoz.

Effusè dant se populari auræ, & omnem infimæ plebis ræmorem affectant.

Quod publicè etiam noxium per licentiam.

Bis noxij, in se & in rempublicam. Qui & plebi reuerentiam omnem excutiunt: & licentiam præbent peccandi. *Ἡ δὲ ἑσθία τῆ περὶ τῶν ὅ, τι αὐτῶν τις, & δὴ αὐτῶν φιλῶν τὸ ἐν ἐκείνῳ τῷ ἀνθρώπων φαῦλον: Facultas faciendi quod cuilibet visum, non potest comprimere ingentem singulis hominibus prauitatem.* Aristot. v. Polit. cap. i. v.

Acutè olim Fronto, in Neruam senem & iam enervem: *κακὸν μὲν εἶναι αὐτοκράτορα ἔχειν, ἐφ' ἧ μὴδὲ μὴδ' ἐξέσι ποιεῖν, χεῖρον δὲ ἐφ' οὗ πᾶσι πάντα: Malum quidem esse, Principem habere sub quo nihil ulli liceat: peius verò eum, sub quo omnia omnibus.* Dio in Neruâ.

Est & à Leui imperio.

Nec lenis solùm Forma ad Contemptum facit: sed & Leuis. quæ decretis legibusque variat, & de quâ dici possit, *Ἀρέμου πεδίου Venti campus.* Adag.

Aut Principe.

Maximè, si ipse Princeps insigni mobilitate ingenij: *Quem subitis offensis, vel intempestiuis blanditiis mutabilem, meritò contemnant metuantque.* Tacit. ii. Histoz.

Etiã,

Ibidem. Eriam, si Soluta Forma. nempe cùm rerum omnium in- *Item à So-*
 curiosus Princeps, & levi auditu, quamvis magna, transmittit. *luto impe-*
rio.

Ibidem. Abundè ratus, si presentibus fruatur, nec in longius consultans.

iv. Annal. Siue cùm Honores effusè diuidit, Magnos, Diuturnos.
 Quidni illū spernant, aliis adhæreant, qui munia transmittit:

iii. Hist. Et velut sponte videtur exire de Imperio?

Ex Ouidio de Trist. FIT secundò Contemptus à F O R T V N A. nempe si no- *A Fortunâ*
 uerca ea, non mater: & votis tuis malignum pedem opponit. *aduersâ*
pertinaci-
ter.

Tacit. i. Hist. Scito certò. Prosperis tuis rebus certaturi ad obsequium, For-
 tunam aduersam omnes ex æquo detractabunt.

Imò in te incurrent.

Schol. Theocr. Δρυὸς πωσίσης πᾶς ἀνὴρ ξυλεύει):
Ruente quercu, ligna quibus colligit.

Tacit. i. Annal. Amplius, si eadem munimenta tibi non dat aut subtrahit, *Ab orbita-*
 quibus insistas. *te.*

Curt. vi. Successores dico certos, aut liberos. Valdè ab eâ re sper-
 nunt, & vertunt se ad speratum aliquem Solem. Alexander
 Magnus sciuit, & questus est: Orbitas mea, quòd sine liberis
 sum, spernitur.

Eurpid. Reuera enim, vt Tragicus ait,
 -τύεργοι παῖδες, ἔρμα δῶμασι.
Munimen aula, regij sunt liberi.

Certus
inusuq; suc-
cessor se fir-
mat.

Tacit. v. Hist. Et non legiones, non classes, aequè firma Imperij munimenta,
 quàm numerus liberorum.

xv. Annal. TERTIÒ & postremò, fit à M O R I B V S Contemptus: *Denique à*
 maximè istis. Siquis Libidini deditus, seque per licita & illi- *Libidine.*
 cita sedat.

Seneca De Brevit. cap. vi. Nam muliebria hæc flagitia valdè opinionem non regis
 modò, sed viri detrahunt. Alij virilibus peccant, ait quispiam:

Ibidem. In Venerem ac libidinem proiectorum inhonesta labes est.

R

In

A luxu & temulentiâ.

In pari causâ, qui *Luxu & sagina mancipati, emptique:*

Tacit. 11.
Hiflor.

Medio diei temulenti.

Ibidem.

Noui Vitellij siue vituli, qui *vt ignava animalia, si cibum suggeras, iacent torpentque: & præterita, instantia, futura, pari oblivione dimitunt.*

Ibidem.

Dux noster ad Prudentiam, benè. *Απολαυστικῶς ζῶντες διαταφρόνητοι γίνονται, καὶ πολλὰς καιρῶς ἀπαλείδουσι τοῖς ἐπιτιμημένοις:*
Solutè viuentes, despicabiles fiunt; & multas opportunitates præbent insidiantibus.

Aristot. v.
Polit. cap.
x.

Οὐτὸς γὰρ ἐπιτίθειτο, ἔτι ἐκαταφρόνητος ὁ ἴσθων, ἀλλ' ὁ μεθύων ἐδ' ὁ ἀγρυπνῶ, ἀλλ' ὁ καθεύδων: Nec enim facilis aggressu aut contemptu sobrius, sed ebriosus: nec vigilans & excitatus, sed somnolentus.

Aristot.
v. Polit.
cap. xi.

Item, in quibus *tarditas ingenij, stupor, debilitas lingue:*

Cicero in
Pisonem.

A rebus externis.

Aut alia magis leuicula, vt *Facies parùm decora, Ætas grauior, Valetudo imbecillior. quæ sæpè irrifui & fastidio sunt:*

Tacit. 1.
Hiflor.

Vt est mos vulgo, fortuita aut externa ad culpam trahenti:

1 v. Annal.

Et Imperatores formâ ac decore corporis comparanti.

1. Hiflor.

Plura talia, ipse manu facili educes & hauries è riuulis, quos ad Auctoritatem reclusi.

CAPVT XIII.

Quæsitum an Prudentia mixta locum apud Principem habeat? id est, ea in quâ fraudes. Dictum, & doctum, aliquem habere.

Asium in regno esse posse.

Et si rigidi quidam negent.

VIDEOR liberaliter fatis & plenâ, quod dicitur, manu, tibi prompsisse è gemino Prudentiæ fonte: & quidem probum ac merum. Fâine est vt leuiter misceam, & iungam aliquid è fraudium face? ego puto. quidquid Zenones quidam mihi abnuant, quibus *unum illud ad laudem, cum virtute directum iter, probatur.*

Cicero pro
M. Cæl.

Qui

III. De
Naturâ
deorum.

Qui fas non putant *Rationem bono consilio à diis immortalibus datam, in fraudem malitiamque conuerti.*

Ad Att. II.
epist. I.

Quos alibi sanè libens audio : hîc quî possum ? *Æuim* Sed mores
hominisq̃
contra uolunt.
& homines ignorare mihi videntur, & dicere tanquam in
Platonis πολιτεία, non tanquam in Romuli face sententiam.

Pro Ros.
Com.

Inter quos enim uiuimus? nempe argutos, malos : & qui
ex fraude, fallaciis, mendaciis, constare toti videntur.

Petius
Sat. v.

Ipsi Principes, eum quibus nobis res, plerique in hac
classe: & quidquid leonem præferant,
Astutam cupidò seruant sub peccore vulpem.

Cic. III.
De offic.

Et hîc mihi clamat quispiam, *nequid insidiosè, nequid si-
mulatè, nequid fallaciter.*

Aristot. v.
Polit.

Tecum velim, quî potest? *Per fraudem & dolum regna
euertuntur,* notat Philosophus:

Tu seruari per eadem, nefas esse vis? nec posse Principem
interdum Cretizan-
dum cum
Crete:

Adag.

Ἀλώπεικῶν πρὸς ἑτέραν ἀλώπεικα?

Cum vulpe iunctum, pariter vulpinariet?

Cic. III.
De offic.

Præsertim si publicus Vsus Salusq̃, suadeat: quæ semper
cum Principis vsu ac salute coniuncta? Profectò eras. Idq̃, ex vsu
Principis,
& publico.
*Com-
munis utilitatis derelictio contra naturâ est, nō solùm rationem.*

Pro Planc.

*Stare omnes debemus, tanquam in orbe aliquo reipublica. qui
cùm iam versatur, eam deligere partem debemus, ad quam nos il-
lius utilitas salusque conuerterit.*

Cic. III.
De offic.

Turpe aliquid in eo mixtum videbitur? frustra. hoc
enim aspectu, *quod plerumque turpe haberi solet, turpe non erit.* Bono sine
quodâ ta-
lia bona.

Ibidem.

Semper officio fungitur, utilitati hominũ consulens & societati.

Pro M.
Cæl.

Itaq; ne tanto opere, quæso, mirentur aut indignentur;
si, nobis arbitris, *non semper superet vera illa & directa ratio:* Principem
præfatis
rectum esse
non debere.

Tacitus
Agric.

Velimusque Principem, alto quidem splendidoque in-
genio : sed tamen *eruditum utilia honestis miscere.* Ad utilia
inclinare.:

Non tamen
ad scelestā.

Miscere, dico. Nam vt prorsus ab Honesto recedat, nulla vis suadere me adiget. Spero serio & execror illas voces. *Nihil gloriosum, nisi tutum: Et omnia retinenda dominationis honesta esse.*

Sallust. O-
rat. Lepidi.

Item :

*Vbicumque tantum honesta dominanti licent,
Precario regnatur.*

Seneca
Thyest.

Ad Orcum hi sensus, vnde nati. De me fateor :

*Ego ille sum, qui scelera committi vetem:
Ego sum magister iuris ac moris probi.*

Auctor
Theb.

Circuire,
non aber-
rare.

Et hoc volo tantum, ius fasque esse interdum in turbido hoc rerum humanarum pelago, *obliquare sinus:*

Virgil.

Et si recta portum tenere nequeas, *id ipsum mutat a velificatione assequi.*

Cicero ad
Lentulum
epist. ix.

Alij quoque
faciunt.

Quis me adeo culpet, aut cur a Virtute abeam? Vinum, vinum esse non desinit si aqua leuiter temperatum: nec Prudentia, Prudentia, si guttulæ in ea fraudis. Semper intellego, vt modice & ad Bonum finem. Nonne matres aut medici quoque, teneræ ætati fucum sæpè faciunt,
*Vt puerorum ætas improvida ludificetur
Laborum tenuis?*

Lucret. i.

— *deceptaque, non capiatur?*

Ibidem.

Cur Princeps non idem in Plebeculam suam, aut vicinum aliquem Dynastam possit? Profecto

Mente opus
ubi manus
non sufficit.

Cum contendi nequitum est, clam tendenda est plaga.

Pacuv.

Et ex Spartani regis monito: *ὄπισθε ἢ λεοντῆ μὴ ἐφικνεῖν, ἀλλ' ἐπὶ τῷ ἀλώπεκι προσεπίτεν: Vbi Leonina pellis non pertingit, oportet Vulpinam assidere.*

Plutar. Ly-
sandr. &
Apopht.

Mihi, cum Pindaro, semper laudatus ille vir; qui

Princeps ex
Leone &
vulpe.

— *τόλμα μὲν ἐοικῶς*

Θυλὸν ἐμβρέμετ' ἂν θηρῶν λέοντων

Ἐν πόσι μῆτιν δ' ἀλώπεξ.

Isth. O
iv.

— *fidu-*

— fiducia referens

Animum grauitè frementium leonum
In discrimine : consilio verò vulpes.

Tuque, in tempore & loco, esto securus, quid isti à Scho- Adolescentuli hoc
lâ aut Umbrâ adolescentuli dicent: quos scio τῆς πολιτικῆς οὐκ parum ca-
πῶ οὐκ ἀπειροῦς ἀπερατάς : *Civilis disciplina non esse idoneos auditores :* piunt:

Multò minùs Arbitros. & virum profectò quærit hoc Bene senes,
tribunal, qui ἐκ ἀπειροῦς ἤδη κατὰ τὸν βίον πράξεων : *non ignarus* aut periti.
rerum quæ eueniunt in hac vitâ.

Ab illo facilè obtinebimus esse quamdam, vt vir sanctus
ait, καλὴν καὶ ἐπαινετὴν πανεργίαν : *honestam atque laudabilem callidi-*
tatem. Basil. in Prouerb.

CAPVT XIV.

*Quomodo, & quatenus, Fraudes admittende. Triplex earum ge-
nus factum; & distinctè aliæ in Regnum receptæ, aliæ exclusæ.*

NEC tamen ita hæc dissero, vt fræna omnia Fraudi ina-
litiæq; permittam. absit. Distinctionum tibi lumen
præferam, &, nequid libero nimis pede vageris, lineis suis
limitibusq; includam fallacem hunc campum. Fraus vni- Fraudium
uersè mihi hîc est, ARGVTVM CONSILIVM A VIRTVTE communis
AVT LEGIBVS DEVIVM, REGIS REGNIQVE BONO. definitio.
Ea triplex : Leuis, Media, Magna. Illam appello, QVÆ Earumdem
HAVT LONGE A VIRTVTE ABIT, MALITIAE RORE diuisio.
LEVITER ASPERSA. in quo genere mihi est Diffiden- Leuis:
tia, & Dissimulatio. Mediam, QVÆ AB EADEM VIR- Media:
TVTE FLECTIT LONGIVS, ET AD VITII CONFINIA
VENIT. in quâ pono Conciliationem, & Deceptionem.
Tertiam, QVÆ NON A VIRTVTE SOLVM SED Magna.
LEGIBVS ETIAM REEDIT, MALITIAE IAM
ROBVSTAE ET PERFECTAE. vti sunt Perfidia & In-
iustitia. Illam suadeo, hanc tolero, istam damno. Ordine
omnes vide. In Leui, Diffidentiam primò posui. quam ego Diffidentia
prorsus Principi insinuo : quia vt in actionibus omnibus comen-
tardum lentumq; eum esse expedit, sic in fide & assensu. Vt data re-
gnanti.

R 3

inten-

intentus, Inquam, suspensusq; ambulet, & pænè dixerim,
vt nihil nisi quod in oculos incurret manifestumque erit, credat.

Sen. 11. De
Irà.

Et si enim *Credulitas error est magis, quàm culpa, & quidem
in optimi cuiusque mentem facillimè irrepit:*

Cic. Epist.
lib. x. epist.
xxiii.

*Cui turpis
credulitas:*

Tamen à Principe remouèda ea longissimè. apud quem
plurimum mali credulitas facit.

Senec. 11.
De Irà.

*Et per eam
error:*

Nónne pro omnibus ille excubat? Turpe igitur, & om-
nibus noxium, illum *Labi, errare, decipi.*

Cic. Phil.

Iam faciles isti & incauti, quàm *opportuni iniuria!*

Sallust.
Iugur.

Vndique patent. & passim apud eos, *minore metu, & ma-
iore premio, peccatur.*

Tacit. 11.
Hist.

*Ac sapè
noxia.*

Imò & in eos peccatur.

Aditum nocendi perfido præstat fides.

Seneca
Oed.

Reducat ergo se Princeps, & tutum hoc scuto reddat;
Nihil credendo, atque omnia cauendo.

Cic. Orat.
Post redit.
in Senat.

*Infida enim
ubique om-
nia.*

Amici & fidi videntur? circumspecte.

O vita fallax, abditos sensus geris!

Seneca
Hipp.

*Et simula-
ta.*

Nimis multis *simulationum inuolucris tegitur, & quasi velis
quibusdam obtenditur vniuscuiusque natura. Frons, oculi, vultus,
per sapè mentiuntur, oratio vero sapissimè.*

Cic. ad Q.
Frat. ep. 1.

Quod ille clamabat olim: $\Omega \phi\iota\lambda\omicron\iota, \omicron\upsilon \delta\iota\varsigma \phi\iota\lambda\omicron\iota$: *O amici,
nemo amicus:*

Aristot.
apud Laërt.

*Præsertim
in Aula.*

Tu iure potes. quia profectò *in domo Principum, nomen
tantum Amicitiae inane irritumque remanet:*

Plinius
Paneg.

Res ipsa exfulat. &

Licet omne tuâ vulgus in aula,

Centum pariter limina pulset:

Cùm tot populis stipatus eas,

In tot populis vix una fides.

Senec.
Herc. Oct.

*Idèd cauend-
um & dis-
fidendum.*

Itaque meritò *Pragmatici homines, omnibus historicis præ-
ceptis, versibus denique, cauere iubent & vetant credere.*

Cicero Ad
Att. lib. 11.
epist. xx.

Ille

Ille Sículus infufurrat:

Epichar. *Νᾶφι, καὶ μίμωσσο ἀπισεῖν· ἀφ' ὅρα ταῦτα τῆς φρενῶν:*
Vigila, & memor es nequid credas: nervi hi sunt Prudentiæ.

Clamat alter à Græciâ:

Euipid. — σῶφρον ὁ δ' ἀπισίας
 Οὐδ' ἐστὶν ἄλλο χρησιμώτερον βροτοῖς:
 — *sapiente Diffidentiâ,*
Non alia res vtilior est mortalibus.

Seneca Epist. I. II. *Quibusdã sãmen siãdum:*
 Quid ergo? inquires. nulli credam? Non hoc suadeo: *(Utrumque enim in vitio est, & omnibus credere, & nulli:)*

Sed vt paucis. nec nisi ijs, quorum longo vsu cognita tibi *Sed per paucis.*
 Cicad. Q. fides. His talibus, quid est quod non & committi & credi re-
 Frac. epist. I. lib. I. *Etissimè putem?*

Ad Lentul. epist. IX. *Diffidentia celanda.*
 Reipsâ, inquam, paucis: at in specie, omnibus. id est, *Frõ-*
te & vultu, quibus Simulatio facillimè sustinetur.

Seneca Epist. I. III. *Diffidentia celanda.*
 Nam nihil magis hîc cauendum, quàm ne Diffidere vi-
 dearis. *Multi fallere docuerunt, dum timent falli.*

Litius xxii. *Diffidentia celanda.*
 Vult sibi quisque credi, & habita fides ipsam plerumque obli-
 gat fidem.

Cicero pro Ca. Planc. *Diffimulatio adhibenda:*
 Itaque Diffimulatio adsumenda, quam posui & suasi
 loco altero: quæ verè Diffidentia huius proles. Quid enim
 eâ opus, si mutua inter nos fides? Hæc est, quæ *frontem ape-*
rit, mentem tegit.

Fridericus sine Sigifmundus. *Cuius laud vsu.*
 Nam va-
 riant. *Necessaria sanè Principi. adeò, vt veteranus Imperator*
dixerit: Nescit regnare, qui nescit dissimulare.

Tacit. I. V. Annal. *Nullam, vt rebatur, ex vir-*
tutibus suis magis, quàm Dissimulationem diligebat.

Cicero II. De offic. *Ex omni vitã Simulatio, Dissimulatioque tollenda est.*

Pro Milo-
 ne. *Et Principi ea planè necessaria.*
 De priuatâ, fateor: de publicâ, valdè nego. Numquam
 regent, qui non regent: *nec aliter possunt ij, quibus commissa est*
tota respublica.

Vt

Vt ad effectum consiliorum suorum veniant, multa simulent Lib. 1.
oportet inuiti, & dissimulent cum dolore. Epist. IX.

Apud ho-
stes:

Nec id solùm aduersus Exteros aut Hostes. (nam ibi re-
ceptum dogma est, Vt *malum sub lingua, non in lingua habeas*: Gregor.
quia xv. Moral.

Professa perdunt odia vindicta locum:)

Apud suos.

Sed etiam apud Tuos. Aperti isti & simplices, *sine fuce*, Seneca
sine fallaciâ: Cicero 1.
ad Attic.
epist. 1.

Et qui animum, quod dicitur, *in fronte promptum gerunt*: Ennius.

Numquam apti huic theatro. in quo, me iudice, pri-
mum locum *Afranij Simulans* habet. Cicero pro
Sextio.

Sed cū mo-
do habēda.

Sic tamen vt aptè eam fabulam agas & decorè. Oĩ γὰρ με-
τρίως χρώμενοι τῇ ἐπισημείᾳ, & οὐδὲ τὰ μὴ λίσαν ἐμποδῶν & φανερά ἐπισημεί-
μενοι, χαρίεντες φαίνομεν: Nam qui modicè dissimulatione utuntur,
& in iis quæ haud planè perspicua & ante pedes oculosque sunt,
gratiosi appārent. Aristot.
Eth. III.
cap. VII.

Contrà, qui immodicè & ineptè, reuerâ fatuelli. Cui
enim bono tegmen, si transluces? Quin semel hoc in omni
genere fraudium cape:

— *Doli non sunt Doli, nisi astu colas.*

Plaut.

Conciliatio,
mibi quid?

vsitata:

HABES de Leuibus fraudibus. ad MEDIAS venio: in
quibus Conciliatio prima, siue vt liberius dicam, Corru-
ptio. Ea est, cū callidè inclinas & allicis ad te eorum ani-
mos operasq; , qui alieni iuris. O artem nimis hodie Prin-
cipibus receptam! quæ vna ferè in Aulis plerasque res (vt ille
de Fortunâ ait) *ex libidine sua agit*. Sallust. ad
Cæs.

Sed & uti-
lis.

Quam valdè etiam attollit Tullius. & *Proprium hoc esse*
Prudentiæ statuit Conciliare sibi animos hominum, & ad vsus
suos adiungere. Cicero 11.
De Offic.

Numeribus
plerumque
fit.

Quod duplici viâ fit, Suasionis & Doni. Rarènter illâ:
hac alterâ creberrimè, vt hodie *corrupti deprauatiq; mores*
sunt admiratione diuitiarum. Ibidem.

Quotus-

Sallust.
Inгур.

Quotusquisque est, cui non illæ bono atque honesto potiores sunt?

Quibus
faciles ubi-
que cor-
rumpi.

Ibidem.

Itaque scitè & rectè hæc machinâ si vtâre; vbiq; reperies, quos perniciofa libido teneat alienæ potentia decus atque libertatem suam gratificari.

Ibidem.

Qui & Principem suum, & omnia eius, venalia habeant.

Arcana
referant.

Tacitus
Agric.

Atq; adeò (hoc recode) in ipsâ hostiû acie inuenies tuas manus.

In bello
produnt.

Arist. v.
Polit. cap.
xi.

Quid? quòd in sacrum & indiuiduum thorum penetrauit ista fraus? Rem turpem! & fæminæ etiam inducuntur siue emuntur, ἡ δὲ ἑλαγγέλωσι καὶ τὸ ἀνδρῶν: ut efferant & enuncient quæ contra maritos.

Etiam fa-
mina huc
adhibita.

Tacit. iv.
Annal.

In Tacito lêgi. *Secreta quoq; eius, corruptâ vxore, prodebatur.*

Iam Deceptio est, cum inducis alium in tua commoda, errore aut mendacio obiecto. Quod licitum probumq; in Principe esse, volunt probi auctores. Magnus Plato censuit,

Deceptio
quid mihi
sit.

v. De Rep.

συχαῖ τὰ ψέδει ἐ ἀπάτη δέσσειν χεῖνὰ τοῦ ἀρχοντα, ἐπὶ ὠφελείᾳ τῶν ἀρχόντων: crebro mendacio & fraude vti imperantes debere, ad com-
modum subditorum.

Licita ex
sensu vete-
rum.

Lib. viii.
Epit.

Et noster Plinius: *Decipere, inquit, pro moribus temporum Prudentia est.*

Diphilos.

Quinetiam nescio quis poëta;

Ἐπολαμβάνω τὸ ψεῦδ' ὅτι σωτηρία

Λεγόμενον, οὐδ' ἐν ἑλευσωνίᾳ διαχέρε:

Existimo mendacium, si gratiâ

Salutis effers, nihil habere incommodi.

Et Principes sanè promptè audiunt. qui nescio quomodo laudem occulto magis tramite, quàm apertâ viâ petunt.

Crebra
apud Prin-
cipes:

Val. viii.
cap. iiii.

Vim differunt, potiore dolum arbitrantur:

Tacit. xii.
Annal.Val. vii.
cap. iiii.

Et sæpè quod rerum aut temporis angustia negant, sagacitate consilij assequuntur.

Decipiunt verbis, literis, Legatis. atq; adeò ipsos Legatos:

S

Eosq;que

*Eosque per quos fallere alium cogitant,
Fallunt.*

Seneca
Thyest.

Qui usu
omnia me-
riantur.

Et quid diducam? vno verbo, cum Lyfandro plerique sentiunt, τὸ ἀληθὲς τῷ ψεύδους κρείττον ἐστίν, ἑκατέρω δὲ τῆ γένηται τὴν ἀξίαν καὶ τὴν τιμὴν ὀφείλειται: *Verum falso esse melius, sed utriusque dignitatem & præstantiam Usu discerni.*

Plat. Apoph.

Tolerat
humana
ratio:

Atque hæc, humanam Prudentiam si consideras, proba. Quidni? ad Bonum enim publicum referuntur: quod insitum in iis malitiæ virus facile exsugit & abforbet. Ut medicamentis venena laudabiliter miscemus, salutari illo fine: sic videntur εἰ φαρμάκῳ εἶδει τὰ τοιαῦτα χησιμαῖα εἶναι: *Instar pharmaci, hæc talia vtilia esse.*

Plato v. De
Rep.

Adde receptissimos mores, & quòd hæc consuetudine iam *pro nihilo habentur.*

Sallust. In-
gurt.

At vix Di-
vina san-
ctio.

Imò necessitatem etiam, quòd contra tot insidiantes, vix est vt se suosque aliter tueatur bonus Princeps. Quibus caussis ego quoque prædixi tolerari Medias has fraudes à me, non tolli. Quid tamen, rectam illam diuinamq; legem si considero? hæreo valdè & sudo. Abnuere illa nobis videtur: & à simplicissimo ac purissimo deo, hæc effata manarunt: *Abominatio Domini est omnis illusor.*

Prou. III.

Item: *Nè velis vti mendacio vllò. nunquam enim prodest frequentatio illius.*

Eccl. VII.

Et vt claudà omne effugiū, ecce palàm de Principibus: *Non decent stultū verba composita, nec Principem labiū mentiens.*

Prouerbs
XVII.

Quid obtendis tu Politicè? Publicū bonū? Sed enim vir sanctus occurrit: & *Mentiri, inquit, nō licet nec pro Dei laude.*

Augustin.
ep. VIII.

Tu pro humanā aliquā reculā aut gloriā vis? *Vide, vide* (vt inuertam tibi dictum verus) *ne dum terram defendis, cælum amittas.*

Demadis.

Nec effici-
mus aut
effugimus,
quin leuia
salcem pec-
cata sint.

Sanè ægrè vos, aut me, hîc expediō. nisi quod idem ille Antistes suggerit, *Esse genera quedam mendaciorum, in quibus non sit magna culpa, sed tamen non sint sine culpa.*

Augu^o in
Psal. v.

In cā

In eâ classe Corruptiunculas, Deceptiunculas censeamus; idq; tunc saltem, cum à bono legitimoque rege contra malos vsurpantur, Boni communis causâ. Si aliter, sepe non tantum peccatum, sed grande peccatum sunt, quidquid in rideant veteratores ab Aulâ. *Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter.*

Proux.

Cautio in hac re.

Sequuntur MAGNÆ fraudes, quas ad bina capita reduxi, Perfidiam & Iniustitiam. Eas palam verbis amplecti aut tueri paucos video, nimis multos factis. Nam de Perfidia; quoties per cauillos & argutiolas, fœdera elusa vidimus; aut pacta? In animo enim ita sentiunt: *τοὺς μὲν παῖδας ἀσεβῶτα-λοις δὴν ἔξαπατᾶν, τοὺς δὲ ἀνδρας ὀρκίσις: Pueros quidem talis circumueniri oportere, at viros iuramentis.*

Plurarch. Apoph.

Fraus magna.

Iraque iis satis, si quamcumque rimam effugio reperiant. *& statim liberatos se esse iureiurando interpretantur.*

Cicer. III. de Offic.

Fœdera per calumnias elidunt:

Scimus omnes,

Plaut. Amph.

— quo pacto soleant perplexariet:

Pactum non pactum est, nō pactum pactū est, cum illis lubet.

Cicer. III. de Offic.

O vani! Certè enim *Fraus distringit, nō dissoluit periurium.*

Luius IX.

Et quid expectent, nisi *iratos omnes deos, quorum eluditur numen?* *At Deum non ludunt.*

Isidor. lib. II. de summo Bono.

Nam ego illud scitum pro firmo habeo. *Quicumque arte verborum quis iuret, Deus tamen qui conscientia testis est, sic illud accipit, sicut ille cui iuratur intellegit.*

Iam altera Fraus, Iniustitia est: cum scilicet contra iura & leges, se & sua improbè potiùs quàm callidè augent. Ab hoc fonte isti actionum riuuli.

Iniustitia actiones.

Aristot. Polit. cap. X.

Eminentes illustresque viros, *καὶ ἀποδείξω λαβραὶ καὶ φανερώς, καὶ φουραδὸν, ὡς ἀτιτέχους καὶ ὀρὸς τὸ ἀρχὴν ἐμποδίου: perdere clam vel palam, siue in exsilium mittere, tanquam emulos et dominationi quosdam obuices.* *Obstantes tollit:*

Tacit. II. Annal.

Huic rei *struere causas, vel sponte oblatas arripere.*

Per causam aliquam.

Nam illud nimis inite & dilutum putant, specie legationis, aut honoris, seponere. 1. Hiber.

Tollunt potius. quoniam ex scito Aulæ veteris, οἱ τεθνήκότες ἔδ' ἀκνοῦσι : Mortui non mordent. Plutar. in Pomp.

Aut etiam nullam. Et laudatus ille Cæsar etiam, ὅσους μὲν ἐν ἀξίῳ ἐγκλήματι μετελθεῖν ἐδύνατο, ἐν ἑβόπῳ δὲ πρὸς ἀφαιρῆσιν ὑπέστηρει : quoscumque digno & probabili crimine deferre non poterat, occultâ quâdam viâ tollebat. Dio XLII.

Julij Caesaris fraudis immanis. Imò nonnullos, δι' ἑαυτῶν ἢ σφετέρων, ἔξ' ὀπιθελῆς, ἐν αὐταῖς ταῖς μάχαις ἀπολλυμένους ἐποίησε : à suis & qui eiusdem partis erant, per insidias, in ipsâ acie tolli curavit. Ibidem.

Iniustitia item iniudis. Ab eodem capite manat, aliena appetere, & insidiari temporibus. veluti in morte aliquâ Principis. Opportuni enim magnis conatibus transitus rerum. Tacit. 1. Histor.

In mutatione Principum: Siue in diffidiis finitimorum & turbis. Iuxta enim Aristophanem, anguillis tunc captura: Plutarchi versus in Equit.

Aut in domesticis diffidiis. Et isti magni in partem acciti, aduersus omnes valescunt. Tacit. vi. Annal. Ius in armis habet: Leges aliquis inclamet? audiet illud : Οὐ παύσεσθε ἡμῖν ὀπλοῦς μέτροις ἕξεν, νόμοις ἀναγκάσκοντες ; Non cessabit is nobis gladio accinctis, leges prædicare? Plutar. Pomp.

Et hoc alterum: Οὐ ταύτην μαχαίραν ἔχοντα, βέλτερον πρὸς τῆς ὀπλῆς ἀγλῆς: Qui isto (gladio) prævalet, is optime de finibus disputat. Idem Apopht.

Omnia usum meretur. Hæ voces, & in animo illa decreta : Quidquid valdè utile sit, id fieri honestum, etiam si antea non videretur. Cic. III. De Offic.

Item: Sua retinere, privata domus; de alienis certare, regiam laudem esse. Tacit. xv. Annal.

Si Principes iustitiam sequi velint, ac suum cuique restituere quod vi & armis occupauerint, ad casas & egestatem reuersuros. Cic. I. De Rep.

Habes in parte istorum Scholam. nam vniuersam vt executiam, nulla res me inducet. Quid autem opus? Ex oraculo scriptum,



Seneca
Thy-ft.

*Vt nemo doceat fraudis & scelerum vias,
Regnum docebit.*

Regnum,
schola frau-
dium.

Ego illud potius videro, Tolerandane hec talia, an dam-
nanda.

Iasoni
Theſſalo
tribuit
Plur. in
Polit.

Et magnam quidem aliquam apertamque iniustitiam, ^{Aliquam iniustitiam multi approbans.}
nec ij palam probant, qui probant. In exigua & palliata
modo conuiuent. & asserunt, *ως αναγκαϊον εστιν δικειν τα μικρα, τες βουλομενοι τα μεγαλα δικαιωσασθαι* : *necessarium esse in paruis a iustitia abire, qui saluam eam velint in magnis.*

Tacit.
Ann. xiv.

Quid enim, inquit, si vnus alterve regnum meum ^{Vt, prater leges occidere.}
turbant, nec legibus in eos facile vindicem sine maiore tur-
ba; nonne fas clam tollere? Videtur. & hoc referendum in-
ter magna illa exempla, que habent aliquid ex iniquo, quod ad-
uersus singulos utilitate publica rependitur.

Plur. in
Flamin.

Quid etiam, si leges aliqua aut priuilegia Subditis, non ^{Privilegia sceleris, aut frangere.}
pro meo bono; violare non possim? possim: *η ουχι τους νό-
μοις μονον, αλλα η τιν νόμων αρχεν, προς το συμφερον* : *nec iuxta leges
solum, sed legibus ipsis imperare, vsu sic suadente.*

Sen. Hip.

Denique tertio, si vrbs aut prouincia Statui meo perop-
portuna, quam nisi occupo, alius faciet cum æterno meo
metu aut damno: non præueniam? Illi volunt, quibus hec
talia semper licita & proba, si cum successu.

Dio. lvi.

Honestam quaedam scelera successus facit.

*Εν γδ δη τοις τοιουτοις το, τε υπολωδες παντας ει καταβηχου, η το
κεκτησσι τιμωσι*: *In his enim talibus, semper victum premunt ac
dedecorant, & victorem honore omni afficiunt.*

Sen. Herc.
Eur.

— *prosperum ac felix scelus.*

Virtus vocatur.

Hæc, taliaque sunt, quæ rectissimas etiam mentes a re- <sup>Id est, commo-
tationum
a spectu.</sup>
cto abstrahunt: vt quò Vtilitas vexillum suum prætulit &
explicuit, illuc eant.

Aristot. v.
Polit. cap.
xi.

Ita Aristoteles paullum se inclinat, & censet Principem ^{Princeps Aristoteli haud pure bonus.}
*δρακινωδης η το ηθος, ητοι καλας προς ερατλω, η ημιχρησαν οντα, ε μη προν-
εον, αλλ*

S 3

ρὸν, ἀλλ' ἡμιπόνηρον: moribus talem esse, ut aut planè bonus sit, aut semi-bonus, nec malus omnino, sed semi-malus.

Democrito etiam in-
urius:

Et magnus vetusque item Philosophus dixit: Οὐδὲν ἄλλο μὴ χανὴν, τὸν νῦν καθεστῶτι ρῆμα, μὴ οὐκ ἀδικεῖν τοῖς ἀρχοῦσι, τοῖς καὶ πάντοτε ἀγαθοῖς ἔστιν: Fieri non potest, quin etiam optimi Principes, ut nunc rerum status est, iniquè aliquid agant.

Nobis nō-
quam, nisi
leuiter in
ultima Nec-
cessitate.

Nos an moueamur? haud multum. Illud saltem dederim, Principem in rebus valdè afflictis & aduersis, non spe-
ciosa dictu, sed vsu necessaria sequi.

Illæ excu-
sas quedā:

Tunc, inquam, abire leuiter ab humanis legibus; sed non nisi sui feruandi causâ, augendi numquam. *Necessitas enim magnum imbecillitatis humane patrocinium, omnem legem frāgit.*

Et, ut poëta ait,

Haud est nocens, quicumque non sponte est vocens.

Apud ho-
mines ta-
men potius,
quam Deū.

Hoc ipsum timidè. Deus, deus, nōne palā reclamationem? qui igneo illo spiritu omnes istas humanas argutiolas difflat

Quasi ventus folia, aut peniculum telorum.

Ille edicit: *Dominus auersatur omnem iniustitiam.*

Qui pu-
rus, omnia
pura vult.

Ille minatur: *Regnum à gente in gentem transfertur, propter iniustitiam, & iniurias, & contumelias, & diuersos dolos.*

Causa (si
dicendum
homini) tur-
barum ho-
die, à Gub-
ernatione
obliqua.

Et profectò libero ore effabor, Quòd Europa tot motibus agitur, quòd reges & regna ardent seditionū flammâ & bellorum; veram fortasse iustamq; causam esse, Administrationem apud plerosque parum veram aut iustam.

— σκολιὰς κείνωσι θέμιστας,

Ex dè δ' ἴκλω ἐλάσωσι, θεῶν ὄπην οὐκ ἀλέγοντες.

— deprauant publica iura,

Iustitiamque fugant, diuim nil verba verentes.

Ideoque meritò quem deserunt, deserit: &

Τῶν ἐκ' ἀρ' ἀλγὸ' ἔδωκεν ἐκβόλῃ, ἥδ' ἔτι δώσει.

Causâ horum pœnas misit Deus, & quoque mittet.

I. L I P S I
 P O L I T I C O R V M
 S I V E
 C I V I L I S D O C T R I N Æ
 L I B R I Q V I N T I

C A P V T I.

*Transitio ad Militarem Prudentiam, cum excusatiunculâ aliquâ
 mei, quòd de eâ differam non miles.*

Plautus
 Trin.



E D iam tibi, ò æterna Sapiëntia,
*Lætus, lubens, laudes ago, grates gratiasque
 habeo:*

quòd te duce euasi. ex illi salebris, & loca
 deuēni per quæ facilior mihi cursus. Diu
 me tenuit Pacata illa & togâ suâ verè in-
 uoluta Prudentia: tamen me explicui, & ad Militare istam
 veni, quæ horrida, sed minimè ardua, sagum suum prom-
 ptè offert. Ego accipio; & sermonem vnâ vestemque mu-
 tans, præcepta iam molior rei bellicæ vniuersæ...

*Pars altera
 Prudentia,
 Militaris.*

Virgil.

Arma viri, ferte arma.

Tunc hæc audebis homo umbraticus? inquit. qui se-
 Cæ. II. de
 Orat. *numquam hostem, numquam castra videris, numquam deni-
 que partem ullius bellici muneris attigeris?*

*Nô s'ueri-
 denda illi
 apti?*

Ego verò audebo. nec mei tamen ingenij aut virium fi-
 duciâ, sed eorum à quibus iamdiu mutuor & sumo. Quid
 enim hîc meum? ordo aliquis & contextus fortasse: at verba
 sensusque mihi præeunt illi, quos in hac ipsâ re (fidenter di-
 cam) Annibal aliquis audire nihil abnuat, aut ipse Cæsar.
 Nam quid sapientes inclutosque illos viros fugit? cur non
 hîc quoque rectum eorum & purum iudicium? qui partim
 inter-

*Ita. sed non
 à nobis:*

*Veteres doc-
 eunt.*

*Quis usque
 docti:*

interfuerunt, inò & præfuerunt, bellis: partim in Senatu & populo illo versati sunt, vbi assidua materics & agitatio harum rerum. Viderunt igitur, audierunt: & quod caput est, cum iudicio obseruarunt causas ipsas originesq; rerum, nec ~~de rebus~~ solùm euentuum, sed ~~de rebus~~ ipsa. Alexander ille, in re quidem bellicâ verè Magnus, Homerum sibi militiæ magistrum assumere & asserere nihil verebatur: nò meliori iure ego mihi istos? Nam vates ille (eximius sanè & supra hominem vates, sed tamen vates:) quid nisi vnum bellum, & id ipsum fabellis aspersum decantauit? Nostri isti (Historicos me intellegere palàm est) ab omni penè æuo bella, cõtinuatâ serie, & intemeratâ fide scripserūt. Nec id tantùm, sed sepè in ipsâ narratione, aut extra eam in concionibus, velut datâ operâ saluberrima monita & consilia miscuerunt ad omnem rem Militarem. Quæ eius pars siue ars est, quam non ij cum exemplis subiiciant, tum verbis etiam delibent? vt de *Exercitu, de Castris, de Agminibus, de Signorum collationibus, de Opidorũ oppugnationibus, de Conuatu, de Insidiis faciendis atq; vitandis, de reliquis rebus quæ sunt propriæ belli administrandi.*

Iudicio magni.

Historici magistrum militiam.

Præcepta clam & palàm dant.

** Id est, pugnis.*

Cicero 11. De Orat.

Nos in iis multi.

Sapere aliquid debemus ex iis.

Vel vulgus iudicat in bellis.

In quibus cum iam tot annos verfer, & curioso isto mentis oculo cottidie vager per latos & letos illos Historiarum campos: tur non mihi etiam fas intellegere & iudicare aliquid in istis? Non enim vidisti, inquirunt. Certè. ideoque nec vsum aut tractationem armorũ mihi vindico; sententiam & iudicium tantùm, eaque ipsa astricta sententiæ alienæ. Ecce *in circulis omnibus, atque etiam, si diis placet, in conuiuiis, sunt qui exercitum ducunt; vbi castra locanda sint, sciunt; quæ loca presidii occupanda; quando cum hoste manus conferenda, quando quiescendum sit:*

Liuus XLIII.

Cur nos?

Et hos nemo carpit. ego canicula & impudens, si verbum his de rebus faciam ex veterum mète? Iphicrates olim interrogatus, *τίς ὢν μέγα φρονεῖς; ἄλλοτερον ἰπώδης, ἢ τοξότης, ἢ πάλτας, ἢ ἀσπίδος; Οὐδὲς, ἔφη, τοῦτων, ἀλλ' ὁ πᾶσι τοῦτοις ἔπις ἀμύ. ὅτι ἔπιτ' ἀτ-
ren: Quis tu es qui tantos spiritus tibi sumis? Utrum eques, an sagittarius, an veles, an legionarius? Nihil horum, inquit: sed qui his omnibus nomi imperare.*

Plut. in Apopat.

Æmu-

Æmulabor in parte, & dicam; Non ego dux aut miles, Qui si non manu, mēte sumus bel-latores.
 sed qui his in tempore consulere aliquid possim & suadere.
 Itaque pergā audacter nec vacillanti pede, in incepto: &
 ex veterum Scriptorum velut hortis Sentētiarum flores le-
 gam, & intexam in has Capitum corollas. Quod si probè &
 iudicio à me fiet, nemo damnet: sin aliter, tum ego quoque
 nihil negem *Quisquillas volantes, & venti spolia*, hæc esse.

Cecil.

Sed vtrum horum sit, iam res docebit: quam ordior, &
 compono me in præliarem statum, strenuè tibi cum Ari-
 stophane,

Ex Aristophan. Nubul.

Γεφύρον, βελδύσαν, κὶ τῆ γλώττῃ πολέμησων:
Consilio, calamis, & linguâ pugnaturus.

CAPUT II.

*Prudentiæ hæc pars commendata Principi: quæ necessaria ad tu-
 telam salutemque regni.*

Polyb. vi.

MILITAREM autem Prudentiam, ante omnia ne-
 cessariam ego Principi assero, ad eò vt sine eâ vix
 Princeps. Quomodo enim aliter se tueatur, sua ac suos? Vis Principis munus Tueri.
 nuda ac mera huic rei parum est, nisi arte quâdam & con-
 filio temperetur: id est, Prudentiâ militandi. Δυσὼν γὰρ ὄντων, δι-
 ὡν σὼ(ε) πολίτευμα πᾶν, τῆς πρὸς τὲς πολεμίους ἀνδρείας, κὶ τῆς πρὸς
 σφᾶς αὐτοὺς ὁμοιότητος: Cùm enim duo sint, quibus omnis res publica
 Fortitudi-
 ne:
seruatur, in hostes Fortitudo & domi Concordia:

Tacitus Agric.

Hanc quidem abundè Togata Prudentia præstiterit: il-
 lam, non est vt aliundè petas aut impetres, quàm ab istâ. Nec Forti-
 tudo effi-
 cax, sine
 Prudentiâ
 Militari.
 non certè felicè, & cum successu. Benè ergo scriptum: *Cete-
 ra utcumq; dissimulari, sed boni Ducis Imperatoriâ esse virtutem.*

Homerus Iliad. γ.

Et Homerus perfectum suum legitimumque regem or-
 nauit hoc elogio: Absolute regis laus.

Ἀμφότερον, βασιλὸς τ' ἀγαθὸς, κρατερός τ' ἀειχιμητής:

Vtrumque, & rector bonus, & bonus Induperator.

Cicero pro Mur.

*Ac nimirum dicendum est quod sentio. Virtus militaris, præ-
 stat ceteris omnibus.*

T

Quæ

Rerū quies
& firmitas
à Militiâ.

Quæ enim res vitam, aut tranquillum vsum habeat sine istâ? Patria, libertas, ciues, atque adeò ipsi reges *latent in tutela ac præsidio bellicæ virtutis.* Ibidem.

Itaque vides, quàm seriò hæc amplectenda sit : & meritò animum atque aures dare te debere ad hanc disciplinam. quæ talis.

CAPVT III.

Materies, & ordo dicendorum. Bellum externum definitum, & remota ab eo suscipiendo Iniustitia.

Duplex
bellum.

Qua in
Externo
spectanda?

Iura belli
seruanda.

MILITARIS omnis Prudentia circa Bellum est : Bellum autem duplex, Externum & Internū. Illud definitio, VIM ET ARMA IN PRINCIPEM AVT POPVLVM ALIENVM. De quo primò dicam, & vniuersa quæ eò faciunt præcepta ad tria hæc capita redigam : Suscipiendi, Gerendi, Finiendi. Horum aliquid si negligis, aut perperam administras, vix est vt Bono Euentui vnquam lites. In Suscipiendo bello duo hæc seriò moneo, vt Iniustitia omnis & Temeritas ab eo absint. Illa prior maximè : nec vnquam arma vlla moueas, nisi quæ mos & ratio admittunt. *Sunt enim & belli, sicut pacis, iura: insteque ea non minus, quàm fortiter debes gerere.* Liuius v.

Atque adeò *in omni republicâ maximè conseruanda iura sunt belli.* Cicero 1. De Offic.

Nam *temerè in acie versari, & manu cum hoste configere, immane quiddam & belluarum simile est.* Ibidem.

Aliàs promiscua & perpetua caedes erunt.

Quod si admittimus, *quid aliud quàm omnium inter se gentium bella existent?* Tacit. iv. Hist.

Et *barbaro ritu, cadem cæde, & sanguinem sanguine, expiabis.* Sallust. ad Cæs.

Improbata dicta.

Ab sit. nec vnquam animum tuum penetrent illæ voces: *In armis ius ferre. & omnia fortium virorum esse.* Liuius v.

Item:

Item:

Seneca
Herc. Fur.

— *Queritur belli exitus
Non caussa.*

Et illud subtilissimæ malitiæ:

Lucan.
VII.

— *hæc acies victum factura nocentem est.*

Lilius
XXI.

Non, non, mi homo: erras. nec Acies est quæ innocen- Iustitia nõ
ab Exira,
Euentus sed à Caus-
sâ afferenda:
tiam approbat, sed caussa. etsi plerumque, fateor, *Euentus*
belli, velut æquus iudex, vnde ius stabat, ei victoriam dedit.

Lucanus
VII.

Nam caussa, velut Caput Bonæ spei est (liceat huc allu- Etsi ab hæc
bona, ille
plerumque
bonus,
dere) quod te ducat ad Triumphales illas terras.

Caussa iubet superos melior sperare secundos.

Propertius
III. eleg.
VI.

Et occultâ quâdam internaque vi,
*Frangit, & attollit, vires in milite caussa:
Quæ nisi iusta subest, excutit arma pudor.*

Euripid.
Erech.

Imò ausus est Græcus poëta scribere:
Οὐδ' εἰς σε γὰρ δόσας ἀδικα, σὼς ἦλθεν πάλιν:
Iniqua bellans bella, saluus haud redit.

Sallust. in
Fragm.

Nimis rigidè. scimusque interdum aliter esse, arcano & Iniqua bel-
la à dupli-
ci ferè
caussa:
nobis ignoto fine. Sunt autem iniqua illa omnia bella, qui-
bus Ambitio aut avaritia caussæ. Quàm multa ea sunt! Nã,
si verum fateri audemus, plerisque regibus vna & ea vetus
caussa bellandi est, profunda cupido imperij & Diuitiarum.

Idem Ca-
til.

*Libidinem dominandi, caussam belli habent, & maximam glo- Ambitio-
ne,
riam in maximo imperio putant.*

Cicero r.
De offic.

Atque id in magnis animis ingenisque plerumque contingit.

Plinius
Paneg.

Quibus pulchrum videtur ex omni occasione querere tri-
umphum.

Iuuenalis
Sat. X.

*Bellorum exuvie, truncis affixa tropæis
Lorica, & fractâ de casside buccula pendens,
Humanis maiora bonis creduntur.*

Sallust. in
Fragm.

Itaque hi tales arma in omnes habent, acerrima tamen in eos, Et avari-
tiâ.
quibus victis spolia maxima sunt.

T 2

Nec

Nec vsquam, aut vnquam, hoc falsum: Illis *maximū dis-* Tacit. iv.
crimen, penes quos aurum & opes, præcipuæ bellorum causse. Histor.

Benè igitur poëta:

*Rupère fœdus impius lucri furor,
 Et ira præceps.*

Seneca
 Hipp.

*Addi potest
 & ira.*

Apertumque, quod de Irâ subiungit: quæ ipsa inter iniu-
 stas belli causas. Nam illâ, aut odio impulsâ, arma sæpè mo-
 uent non mouenda. Damnat hanc aliasque illas pius Anti-
 stes: *Nocendi cupiditas, vlciscendi crudelitas, implacatus & im-* Augustin.
placabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, & siqua contra Fau-
sunt similia, hæc sunt quæ in bellis iure culpantur. stum, lib.
 XXI. cap.
 LXXIV.

CAPVT IV.

*Ordine & partitè posita, quæ ad iustum bellum requiruntur: &
 maximè, quibus id caussis capiendum.*

*Principi soli
 ius armo-
 rum:*

FVGIES igitur ista Princeps, nec vnquam bello te im-
 plicabis nisi Iusto. Quod, inquires, illud est? distinctè
 accipe. quod tria hæc habet iusta: Auctorem, Causam, Fi-
 nem. Auctor iustus est, ipse Princeps. Nec enim cuiuslibet sa-
 nè fas aperire Belli istas portas: sed *ordo naturalis mortalium* Augustin.
paci accommodatus, hoc poscit, vt suscipiendi belli auctoritas atque contra
consilium penes Principes sit. Faustum.

*Aut supre-
 mo magi-
 stratui.*

Aut certè eos, qui in quâque rep. loco Principum. Ideo
 Plato lege sanxit: *Εὰν τις ἰδίᾳ ποιῆναι* *ὡς τις εἰρήνην ἢ πόλεμον, ἀνδρῶν* Lib. xii.
τῆ κοινῆ, δαίῃατ *ἔστω Ζημία:* *Siquis priuatim, sine publico scito, pa-* De Legib.
cem bellumve fecerit, capital esto.

*Defendere,
 semper lici-
 tum.*

At Causa iusta duplex, Defensio & Inuasio. In Defen-
 sione quis ambiget? *Illud est non modo iustum, sed etiam neces-* Cicero pro
sarium, cum vi vis illata defenditur. Mil.

Hoc & ratio doctis, & necessitas barbaris, & mos gentibus, Ibidem.
& feris natura ipsa præscripsit, vt omnem semper vim, quacum-
que opè possent, à corpore, à capite, à vitâ suâ propulsarent.

*Non se so-
 lum:*

Defensionem autem dico duplicem, Tuam & Alienam.
 Tuam,

Sallust.
Catil.

Tuam, cum vim à te tuisque arces, & libertatem, patriam, parentisque armis regis.

III. De
Rep.

Alienam, iterum duplicem: cum à Sociis, aut oppressis. *Sed & alios, ut socios.*
De Socijs intellexit Tullius: *Nullum bellum, inquit, à ciuitate optimá suscipitur, nisi aut pro Fide, aut pro salute.*

Arist. Rhetor. ad Alexandrand.

Fides sanè agitur, & ea te impellit, vt opitulêre ijs, quibuscum societas tibi & auxiliij pacta. Itaque & Princeps Philosophus decreuit. *Δεῖ τὰς ἀδικημένους, ὀπὲρ ἑαυτῶν πολεμεῖν, ἢ ὕπὲρ συγγενῶν, ἢ ὕπὲρ ἐνεργητῶν, ἢ συμμάχους ἀδικημένοις βοηθεῖν:*
Oportet iniuriam passos pro seipsis arma capere, siue pro cognatis & beneficis, itemque socijs iniuriâ affectis auxiliari.

Cicero I. De offic.

Nec dissimilis ratio in Oppressis. quos si grauior aliqua vis aut extrema Tyrantibus vrget, videtur cogere te commune Societatis vinculum vt adiutes. *Qui enim non defendit nec obsistit, si potest, iniuriâ, tam est in vitio, quàm si parentes, aut patriam, aut socios deserat.* *Aut iniquè oppressos.*

Ambros. De offic.

Imò & Christianus doctor in eâ parte: *Fortitudo que per bella tuetur à Barbaris patriam, vel defendit infirmos, vel à latronibus socios, plena Iustitia est.*

Cicero III. De Rep.

Atque hæc licita & legitima Defensio est. maneas in eâ tantum, nec hoc prætextu pedem manumque promoueas, & aliena apprehendas. Quod Romanos fecisse, ingenuè fatetur Romani eloquij flos: *Noster, inquit, populus, socijs defendendis, terrarum iam omnium potitus est.* *Defensionis specie, non longius eundem.*

Idem I. De offic.

Malè: nec tu imitare. Iam Inuasio quoque licita & iusta est, sed non omnis. Illa palàm, cum iniuriam vindicas, & iure gentium res tuas repetis. Nam iustitię *primum hoc munus est, vt ne cui quis noceat, Nisi laceffitus iniuriâ.* *Inuadere fas; ob In-iurias:*

Plin. XXI. Nat. Hist. cap. II.

Exceptionem vides. Itaque si quis res tuas aut ius rapuit: cape arma. cum eâ conditione tamen, vt ex formulâ veteri, *prius mittas clarigatum, id est, res raptas clarè repetitum.* *Sed prius tentat à in-ru viâ:*

Cicero II. De offic.

Nec enim, etiam læsus, iustè statim bellum inferes: *sed cum duo sint genera decertandi, vnum per Disceptationem, alterum per vim.* *Qua potior illa armo-tum.*

Vim: cumque illud proprium sit hominis, alterum belluarum: confugiendum est ad posterius, si vti non licet superiore.

Obserua. quoties enim iudicio quispiam se sistit, arma fistenda sunt: *ὅτι τὸν δίκαιον διδόντα, & νόμιμον ὡς ἐπ' ἀδικήσαντα λέγει*: Archidam. apud Thucyd. lib. 1.
 vt grauissimæ gentis rex censuit: *In eum qui iure agere & satisfacere paratus est, nefas bellum sumere, tanquam in iniurium.*

At si abnuuit, & res retinet: *quid est quod contra vim sine vi fieri possit?* Cicer. lib. XI. Ep. 2.

Hic illud valeat: *Iustum bellum, quibus necessarium, & pia arma, quibus nulla nisi in armis relinquitur spes.* Linius. 12.

Inuadere etiam fas Barbaros & impios sed violentos.

Iam & Inuasio quædam legitima videtur, etiam sine iniuriâ. vt in Barbaros, & moribus aut religione prorsum à nobis abhorrentes: maximè si potètes ij, & aliena ipsi inuaserunt aut inuadunt. Causa enim hîc est, Coërcitio, & in malo repressio. Augustinus eleganter: *Cui licentia iniquitatis eripitur, vtiliter vincitur.* Epist. v.

Idemque iterum: *Apud veros dei cultores, etiam illa bella peccata non sunt, que non cupiditate aut crudelitate, sed pacis studio geruntur, vt mali coërceantur, & boni subleuentur.* Libro De Ver. Dom.

Finis bonæ requiritur.

Sperno causas alias, & de Fine adiungo: qui etiam in bonâ causâ potest esse malus: Quid si enim Vltio tibi proposita? quid si Gloria, aut Imperium? peccas: nec dirigenda aliò arma sunt (si pura ea esse vis) quàm ad Tranquillitatem & Tutelam. *Ita bellum suscipiatur, vt nihil aliud quàm Pax quaesita videatur.* Cicero 1. De offic.

Qui est Pax & quietes.

Sapientes Pacis causâ bellum gerunt, & laborē spe otij sustinent. Sallust. ad Cæf.

CAPVT V.

Temeritas remota à bellorum initiis: & summatim, que in susceptione omni cogitanda sint.

SATIS (quod in me quidem est) ab Iniustitiâ te arcui, nunc etiam à Temeritate. Nec enim statim, vel cum iusta Causa oblata est, descendere te velim in Martium hunc

Sallust. Iugurt. hunc cāpum. Magna res est: deliberationem postulat, eam-
que lentam. Nam scito *omne bellum sumi facile, ceterum aeger- Bellis facile
rimè desinere, nec in eiusdem potestate initium & finem esse.* te induas:

Ibidem. Vti in puteum facilè te demiseris, haud facilè eduxeris: *Aegrè ex-
ita in bellum. quod incipere cuius etiam ignavo licet, deponi- plices.*
cū victores velint.

Thuc. I. Itaque si sapis, τὴν πολέμου τὸ ὀρθόλογον, ὅσον ἐστὶ, πρὶν ἐν αὐτῷ γα- Praecogitā-
νέσθαι, ἀεὶ ὀρθῶς ἰσθῆναι: *quidquid præter opinionem evenire in bello po- da omnia
test, priusquam ingrediare, considera.* euentia.

Liuis xxx. Cū tuas vires, tum vim fortuna, Martemque belli commu-
nem propone animo.

Ibidem. Vtrimque ferrum, & corpora humana erunt. Nusquam mi- Nam Mars
nūs, quā in bello euentus respondent. ambiguus.

Seneca Theb. Licet omne tecum Græciæ robur trahas,
Licet arma longè miles ac latè explicet,
Fortuna belli semper ancipiti in loco est. Et fortuna
in bellis do-
minatur.

Liuis. Quæ per omnia humana, maximè in res bellicas potens.

Sallust. Iu- Iraque quantumvis opibus tuis confidas, non debes certa pro
gurd. incertis mutare.

Seneca Oedip. Non expedit concutere felicem statum. De summa
rerum alea
iacitur.

Sueton. Quid iuuat te aureo hamo piscari?

Aug. cap. xv. Simul! parta, ac sperata decora, vnius horæ fortuna euertere
Liuis. xxx. potest.

Cicero pro Adde huc mala, quæ necessario in omni bello. cuius non Clades pu-
Leg. Man. aduentus solum, sed etiam metus affert calamitatem. blica pra-
cogitanda.

Virgil. r. — non vllus aratro Vastitas,
Georg. Dignus honos, squallent abductis arua colonis.

Seneca Hipp. Tum scelera, dempto fine, per cunctas domos Stupra,
Ière. nullum caruit exemplo nefas.

Lucan. Et quod caput est, quæ sanguinis effusio & quæ cædes? Cædes.
Stat cruor in templis, multa que rubentia cæde

Lubrica

Lubrica saxa mudent. nulli sua profuit etas.

— *notum quid cade calentibus armis*

Quantum ira liceat, motusque quid audeat ensis.

Silius 1.

*Mala pri-
uata pra-
cogitanda.*

Hæc publica sunt. quid si accedunt priuata etiam tua mala? Nam ærarium exhauritur, *conuersâ in usum militum omni pecuniâ.*

Tacit. 1.
Histor.

*Princeps
sunc odia
excipit.*

Te objicis periculis, imò & calumnijs. *Nihil enim tam ca-
pax malignitatis sermonumque, quam bellum.*

Quint.
Declam.

*Causa
mali dici-
tur.*

Imò scripsit quispiam: πολέμῳ καθεστῶτι & αὐτῷ ἀνάγκῃ τῶν ἀρχόντων ἀπὸ τῶν συμφορῶν διαβάλλεται: *Bello instituto, necessarium esse Principes malè audire & culpari, ob damna.*

Thuc. v.

Et fanè *iniquissima bellorum conditio hæc est. prospera omnes sibi vindicant, aduersa vni imputantur.*

Tacit. in
Agric.

*Horum re-
spectu omne
bellum fu-
giendum.*

Quæ talia penitus si consideras, an non fateare *Bellum etiam iustum detestandum?*

Augustin.
xix. De
Ciuit.

Præfertim pio & Christiano Principi. qui, ex diuinâ lege, *alieno sanguini tanquam suo parcit, & scit homini non esse ho-
mine prodigè utendum.*

Sen. epist.
lxxxix.

*Ad quod
multi exci-
tant:
Vt Nobiles,*

Sperne igitur illas in Aulâ tuâ *furias facesque belli.*

Liu. xxi.

Quo in numero interdum *Nobilitas, cui in pace durius ser-
uitium est:*

Tacit. xi.
Annal.

Turbidi,

Sæpiùs feroces aliquot & turbidi: quos dixeris *πεφύκεναι* *ὅτι τῶ μὴ αὐτὰς ἔχει ἰσχυρίαν, μὴ τὰς ἄλλους ἀνθρώπους ἔαν:* *in id-
natos, vt neque ipsi quiescant, neque alios sinant.*

Thuc. 1.

Exsules.

Non rarò etiam Peregrini aut Exsules. qui suâ spe aut *metu, cunctantem in arma propellunt.*

Tacit. 111.
Histor.

*Publico
prætextu,
sed priuatâ
causâ.*

Nam, vt poëta canit,

Quemque suæ rapiunt scelerata in prælia causæ.

Lucan. 1.

*Non au-
diendi.*

Suâ, inquam, nō Tuâ aut Publicæ, ne erres. Sed tu quid credas? In tali re, scito *consilium ab omnibus dari, sed periculum paucos sumere.*

Tacitus
111. Hist.

Vno

r. Histor.

Vno aduerso ictu languebunt omnium studia, qui primò alacres fidem atque animum ostentabant.

Pindar. apud Stob.

Ne temerè ergo crede: & sententiæ vnus scuto omnes istos suos repelle.

Γλυκὸ πόλεμον ἀπειροσίου. ἐμπύρον δέ τις Bellinomen bellum:
 τὰρ εὖ προσίοντα τὴν καρδίαν ὀδύσῳ; Res turpissima.
Suave bellū non expertis. at qui gustauit, valde contremiscit animo quoties aduentans illud videt.

Suetonius August. cap. xx.

Felicem & magnum Augustum illum semper cogita: qui nulli genti sine iustis & necessariis (voce in nota) causis bellum intulit.

Vix nisi necessario eò veniendū.

Tacit. De Morib. Germ.

Atque vtinam hunc affectum tibi imprimam! vt sine cupiditate, sine impotentia, quietus secretusque,

Plinius Paneg. Tacit. De Morib. Germ. i. Histor.

Nec prouoces bella, nec timeas.

Id beatius, quàm suas alienasq; fortunas spe metuq; versare:

Et illuc descendere, vt aut perire necesse sit, aut quod æquè apud bonos miserum est, occidere.

Nec molestia capiendā, Aut cades institueda.

CAPVT VI.

Ad Gerendum bellum tria requisita. Primò Apparatus triplex, Pecunia, Commeatum, Armorum.

DECRETA mea in Suscipiendo bello habes: transeo ad Gerendum. in quo tria considero vel potius desidero; Apparatum, Viros, Consilia. Apparatum dico, RES NECESSARIAS AD VSVM OMNEM BELLII. vt sunt hæc tria: Pecunia, Commeatus, Arma. Nam hæc nisi iam antè & ex præparato habes, frustra cogites de bello. *Prims est parare bellum, quàm exercere.*

Apparatus belli quid, & quotuplex? Ante bellū faciendus.

Quintil. lib. xii. Init.

Imò

• *Diu apparandum est bellum, vt vincas celerius.*

Pericles apud Thuc. lib. i.

Nam in ipso bello, incommodum aut ferum. quoniam, vt prudentissimus Atheniensium verè monuit, *ai θεουσια τὸς πολέμου μάλλον, ἢ ai βίαιαι ἐσφοραὶ ἀνέχουσι:* Ex præparato copie, bella magis sustinent, quàm violentæ collationes.

Per bellum exactiones otiosa aut periculosa.

V

Igitur

Igitur prouido Principi *antequam inchoetur bellum*, de copiis expensisque sollicitus debet esse tractatus. Veget. III. cap. XII.

*Pecunia
spiritus vi-
talis belli.*

Maximè de Pecuniâ. quæ adeo necessaria, vt quemadmodum medici negant sine nervis homines ambulare posse:

Petron.
Saryr.

Ita nec bellum vsquam progredi sine istâ. Hæc motum, hæc animam illi dat: & oraculum est, τὰ πολλὰ τῷ πολέμῳ, γνώμη καὶ χρημάτων εὐειουσία κερταύει: Plerasque belli res confici Consilio. & vi Pecuniarum. Thuc. I.

*Nec arma
valida sine
illâ.*

Nam profectò, si consideras, ἐν τῷ πολέμῳ οὐχ ὀπλῶν τοῦ ἀπὸ τοῦ ἀλλοτρίου, ἀλλὰ διαπαύης, δι' ἧς τὰ ὄπλα ὠφελῶσι: Bellum est non in armis maximè, sed in expensis & sumptibus, per quos efficacia arma & utilia fiunt. Idem I.

* lib. IV.
cap. IX.
*Annona
necessitas.*

Et plura de Pecuniæ vi. * supra dixi. Nec minus necessaria etiam Annona: sine quâ non dicam vincere non est, sed nec viuere. Nam qui frumentum necessariumque conuenienter non preparat, vincitur sine ferro. Veget. III. cap. XXVI.

Et reliquis casibus potest in tempore subueniri: pabulatio & annona in necessitate non habent remedium, nisi antè condita. Idem III. cap. IIII.

*Vsus du-
plex.*

Paranda igitur ea, & quidè in usum duplicem: Militum, & Præsidiorum. Illi, dum in agmine & castris sunt, ne egeant: ista, vt aduersus moras obsidionis annuis copiis firmentur. Tacit. Agric.

* Ad poscâ
militarem.
* Ad usum
equestrum.

Mirari libet hac in re Romanam dispositionem. quæ ad utrumque hunc usum in plerisque opidis, totius anni, in aceto, frumento, larido, atque hordeo & paleis, condita habebat. Capitol. in Gord.

Culpare contra hodiernam incuriam. cum ferè mendicitas ad omnem desperationem vocat armatos. Lamprid. Alexand.

*Miles in-
tractabilis:*

Disciplinam non potest seruare ieiunus exercitus. Cassiod. IV. Var. cap. XIIII.

*Et duci nec
audies cum
egens.*

Et, vt Imperator ille dicebat, miles non timet, nisi vestitus, armatus, calceatus, & satur, & habens aliquid in zomula. Lamprid. in Alexan.

*Armarum
preparatio.*

TERTIO loco Arma posui. intellego, vt Attamentarium aliquod Princeps habeat, in quo ad certum numerum peditum equitumque tela & arma. itemque tormenta, machinæ,

chinæ, puluis, & quæ talia iuuandis viribus hæc aut prior ætas inuenit. Addo naues, & instrumentum omne nauticum, si regio eius maritima & portuosa. Nam subito ista agrè parantur: & semel parata non solum in bellum valent, sed ne sit bellum. *Nemo promocare audent aut facere iniuriam ei regno aut populo, quem intellegit expeditum atque promptum ad vindicandum.*

*Nautium
reuerentia
nauticum.*

*Metuendum
hac Princeps
faciunt.*

Idem 111. Et qui desiderat pacem, præparet bellum.

Et pacatū.

CAPVT VII.

Milites terrestri quidem bello necessarij, duplices: Equites, peditesque. quesitum breuiter, utrorum maior vsus.

AT VIROS HÏC intellego, ARMATAM MULTITUDINEM, APTAM IMPVGNARE VEL REPVGNARE. Eam diuido, in Milites & Duces. Milites iterum duplices, Pedites & Equites. Nam vtrisque sanè opus est. à quibus omne bellicis consiliis robur, & sine quibus quamuis egregia, inualida sunt.

*Quid viri,
& eorum
diuisio.*

*Tacit. 1.
Hibor.*

Sed vtris magis? dubites. Polybius (peritus hercules in omni re bellicâ & ciuili scriptor) Equites attollere videtur, & vim præcipuam ascribere ad vincendâ. κρείττον ὄντι, inquit, τοῦς τὰς τῶν πολεμίων κειρῆς, ἡμῶσις ἔχουσιν ἀπὸ τοῦς, ἰπποκρατεῖν δὲ τοῦς ὄλοις μάχῃσι, ἢ ἀπὸ τοῦς πᾶσι τοῦς πολεμίοις ἔχοντα ἀξιοῦν ὠδύειν: *Melius est ad belli vsus, dimidiam partem peditem habere, & præualere numero equitum, quam omnia paria hostibus natum in aciem descendere.*

*Equites
præstant
pedibus.*

Lib. 111.

**Intellego,
respectu
hostium.*

Nec de Pugnâ, nimis negem: nego de Bello vniuerso, in quo Peditem præpono. Nam ad opida propugnanda aut expugnanda, quis equitum magnus vsus? quis etiam in montanis locis, aut impeditis? *Ex quo intelligitur magis necessarios reip. pedites, qui possunt vbique prodesse.*

Sed dūtaxat in pugnâ:

*Veget. 11.
cap. 11.*

*Toti bello
pedites me-
liores.*

*Tacit. De
Morib.
Germ.
Ibidem.*

Scriptor meus hoc vidit, & vigilantanti lectori ingessit, de Cartis: *Omne, inquit, in pedite robur.*

Additque: *Alios ad prælium ire videas, Catos ad bellum.*

Imò & in pugna boni.

Quamquam & in ipsis preliis cur Peditum minor vis? Tardius ille vincit fortasse, sed certius. Nam *equestrium virium proprium, citò parare, citò cedere victoriam.* Ibidem.

Quin ipsum illum impetum & *procellam equestrem.*

III. Histor.

Iuxta cum Equitibus, si apud instructi & positi.

Facile excipit, si idoneus illi ordo & arma: quod fit per Disciplinam. Summus harum omniumque rerum iudex, ita protulit. *Αὐτὸ μὲν σωτῆραί εἰσι, ἀρχιστοὶ τὸ ὀπλιτικόν. αἱ δὲ παρὰ τῶν οὐ πόνε ἐμπειρίαι καὶ τάξεις, ἐν τοῖς ἀρχαίοις οὐχ ὑπῆρχον, ὡς ἐν τοῖς ἰσπανῶσιν εἶπα ἢ ἰσχυρῶς: Sine ordine inutilis pedestris armatura. ratio autem & peritia ordinandi ignota antiquis: ideoque, in equite apud eos omne robur.*

Aristot. IV. Polit. cap. XII.

Barbari equitatu gaudent.

Minor in pedites sumptus.

Disce. vbiicumque bona & composita militia, Peditem praevalere: apud rudes aut barbaros, contra. Nec sane inutiliter disciplina & ratio illum prouexit: quia parabilior, & simul maior *numerus peditem sumptu & impesa minore nutritur.*

Veget. II. cap. I.

Ex his concludo, *in vniuersum aestimanti plus penes peditem roboris esse.*

Tacit. de Morib. Germ.

CAPVT VII.

Utrosque bonos esse debere: alioqui pro nihilo omnis copia. Fieri bonos dupliciter, Dilectu & Disciplinâ. Ea neglegi hodie, & super hac re iusta veraque querela.

M lites boni habendi, Magis quam multi.

HÆC discrimina Militum sunt: quæ frustra tamen *tingero, nisi illi boni. Cui vsui quamuis magna equitum Peditumque multitudo, si ignaua, imperita, & tantum multitudo? Tu scito non vires eam habere, sed pondus:*

Seneca VI. De Benef. cap. XXXI. Liuius IX.

Et esse impedimentum maius, quam auxilium.

Græcus ille scite monuit: *χειρῶν δὲ τῶν πολέμων, καὶ οὐκ ὀνομάτων πολλῶν: Manibus opus est bello, non multis nominibus.*

Syncl. Ep. LXXXIX.

Tolle mihi vana, & in oculis vulgi magna. quoniam *in omni conflictu non tam prodest multitudo, quam virtus.*

Veget. I. cap. III.

Pauci, qui semper vincunt.

Etiâ in multis legionibus, pauci sunt, qui praelia profligant.

Tacit. XII. Annal.

Ad vir-

Ad virtutem ergo veniendum: id est, ut bonos eos habeas fortesque. nec habebis unquam, nisi hæc duo velut instrumenta adhibeas, Dilectum & Disciplinam: alterum parandis ijs, alterum formandis. In quo video futurum ut multa suadeam, quæ ex usu magis, quam quæ in usu. Quid faciam? hodiernam Militiam tristi oculo intueor, pudendam lugendamque nobis, hosti ridendam aut spernendam.

Militia nostra corruptissima:

Tacit. I.
Annal.

Iraque cogor apertis tibijs canere, & illa militiæ flagitia palam aspernari:

Atque adeò imaginem eius proponere: nõ ut conuitium æuo faciam, sed ut medicinam. Nam principiò, Dilectus quæ forma apud nos? nulla. *Emunt militem, non legunt.*

Sine serio dilectum.

Ex Galbæ dicto

I. Histor.

Pecuniola proponitur, tympanum strepit: & ecce coeunt aliquot ignoti inter se, ignorantisque.

Vitissimi enim a sciscuntur. aut pessimi.

Curt. IX.

Purgamenta urbium suarum:

Tacit. III.
Annal.

Quibus ob egestatē & flagitia, maxima peccandi necessitudo est:

Egecip. I v.
cap. IV.

Assueti latrocinis, bellorum insolentes.

Pseudo-Sallust. in Cicæ.

Atque ut vno verbo absolvam, quorum lingua vana, manus rapacissima, gula immensa, pedes fugaces, quæ honestè nominari non possunt inhonestissima.

Vitiis cooperiti.

Plerique enim profectò tales: (nam omnes absit ut culpam.) aut si qui melioris notæ immixti, facilè abripiuntur & velut obducuntur à reliquâ illâ fece. Atque hæc in Dilectu. in Disciplinâ quid? nec formam saltem eius & extrema tanquam lineamenta seruamus.

Sine ullâ Disciplinâ.

Cic. v. De Rep.

Tacit. III.
Histor.

Atque ut olim virtutis modestiæque, nunc procacitatis petulantieque certamen est.

Certatim lasciuiores

II. Histor.

Omnia indisposita, temulenta, peruigiliis, ac Bacchanalibus, quam Disciplina & castris propiora.

III. Histor.

Imò nec in procinctu & castris habentur. sed per omnia incipia desides, hospitibus tantum metuendis

Paganos vexant.

Comessantur.

Effundunt se in luxum, & epulas, & nocturnos cœtus.

Iv. Histoz.

Potant, & tum pugnanti:

Ibi circumferri merum largiùs iubent, debellaturi super mensâ ALEXANDRVM.

Curt. vii.

Suas vires extollere, hostium paucitatem contemnere.

Ibidem.

Apud hostes trepidant,

Sed, ô dedecus! ad ipsos cùm ventum est, neque animo, neque auribus, neque linguâ competere.

Sallust. Fragm.

Et fit illud Homericum,

— *ωαὶον δ' ἐ πῶδ' ἀποὶ καὶ πῶτος δουρὸς.*

Iliad. O.

— *inque pedes cunctis mens decidit imos.*

Fugiant.

Verè galeati lepores,

Cornificij dictum de suis mdtibus.

Violenti ad pradas, ignavi ad prælia.

Quibus ut ad populandos finitimorū agros, teetaq; vrenda, & capienda pecora, aliqua vis sit: ita in acie ac signis collatis nulla est.

Liu. xxviii

Decoris securi.

Nam ita collectis, ita habitis, nec in victoriâ decus est, nec in fugâ flagitium.

Tacit. II. Histor.

Ad summâ, Militia hæc nostra est. Exercitus linguâ, quam manu promptior, predator è sociis, & ipse præda hostium.

Sallust. Legunt.

CAPVT IX.

De Dilectu ceptum dici. sed primò quaesitum, Exteri an Domestici præferendi: nos istos censemus, cum causâ.

Hac immutanda:

QVAE omnia fœda, turpia, & perdēde militiæ patrięq; esse quis non videt? Tibi emendanda Princeps: cuius est pro salute resp. & nova excogitare, & antiqua restituere.

Veget. I. cap. xxviii.

Renocato Dilectū & Disciplinâ. Quid ille sit?

Restitue ergo illa duo, quæ iam præ signavi, Dilectum & Disciplinam: sola probæ germanæque Militiæ vel fundamenta, vel firmamenta. Dilectum appello, EORVM

An exteri & mercenarii legendi? Ego & ratio negat.

QVI ARMIS IDONEI SVNT CVM IVDICIO ELECTI- NEM. IDQVE E TVIS. Disertè addo, è Tuis. Nam Militiam hanc Peregrinam quî approbem? aut quis seriò Dilectui in câ locus? Mos inuexit, fateor: sed non Ratio. quam ego audio, & Domesticum militem longè semper præferam Externo. Causâ istæ.

Infidi

- Tacit. II. L. Hist. Infidi sæpè exteri : & maiore ex diuersa mercede , ius fasque Nam vix fides apud eos.
exiunt.
- Lucan. Tritum illud, in iis propriè obtinet,
Vanalesque manus. ibi fas, vbi maxima merces.
- Tacit. IV. Hist. Idem Refractarij. amantque non iuberi, non regi, cuncta- Vix patientia.
que ex libidine agere:
- I. Hist. Idque sæpè propinquo summa rei discrimine. In pugna frigidis:
- III. Hist. Cùm tumultuari eos videbis & seditiosè agere:
- I. Annal. Aut in ipsâ etiam pugnâ , sine pudore flagitij , sine curâ dum Aut pavidis.
cum, abire, fugere.
- In Agric. Quid mirum? non fide, non affectu tenentur,
Ibidem. Vt ferio veliat aut debeant dominationi aliena sanguinem
commodare.
- Liv. VI. Itaque plerumque plus ibi minarum, quàm periculi.
- Tacit. II. Hist. Adde, quòd graues incolis. soliti omnia tanquam externa Ciuium perniciosi.
aut vrbes hostium, vrere, vastare, rapere:
- Cur. II F. Populatores terra, quam à populationibus vindicare debebât.
- Cic. I. ad Attic. Inò te ipsum diripere. veræ hirudines ararij: Gramas auario.
- Inuenal. Sat. III. Et quorum operâ maximè, hodie
Ossa vides regum vacuis exsucta medullis.
- Sen. I. De Clem. At in Domestico & proprio milite, melior mitiorq; res Magis fidi Inter anci.
est. qui non fortitudinem magis, quàm fidem colit.
- Ibidem. Cui obsequium & patientia imperij longè præstantior, quàm Obedientes.
exteris.
- Sen. I. De Clem. Ille idem acer in acie: in primâ fronte cõcurrrens, & aduersa Asres in pugnam:
vulneribus pectora ferens, ne Imperatoris sui signa vertantur.
- Ibidem. Est enim naturâ plerisque populis urbibusque, consensus Reuentis vel amore regum.
quidam protegendi amandique reges.
- Cur. X. Quod nomen, gentes que sub regibus sunt, pro deo colunt.

Denique

*Amantio-
res patria.*

Denique ille modestior, & reueretur ac suspicit *loca sedes-
que patrias.* Tacit. II. Hist.

Vt ego omnino præferendos censeam *genitos, tibi milites,* Curt. X. *non ascitos.*

*Mercenarij
tamen in-
terdum
vtilis.*

Nec illos tamen planè spernendos. vtique si maior vis aut necessitas ingruat: per quam mitti suadeam ad finitimos, qui *auxilia mercede faciant.* Tacit. VI. Annal.

*Sed pau-
ciores.*

Sed auxilia. vt vires inquam & robur exercitus è tuis sint, nec corpus exteri faciant, sed membrum. Nam *id ca-
uendum semper* prouidis *ducibus, exemplaque vetera pro docu-
mentis habenda, ne ita externis credant auxiliis, vt non plus sui
roboris suarumque propriè virium in castris habeant.* Liv. XXV.

*Vbi multi;
sape desti-
tuunt, aut
produnt.*

Alioqui; vide ne ferio, sed ferò plures: & fiat illud vetus,

Ἐξηπάτησεν ἡ χάραξ ἢ ἀμπελον :

Decepit ipse vineam palus suam.

Aristoph.
in Vespis.

CAPVT X.

*Obiecta & reiecta ea, quæ contra Domesticum militem dicuntur.
Hunc regum esse, illum Tyrannorum.*

*Obiecta
prior, à ro-
bore natu-
rali qua-
rumdam
gentium.*

AT enim, inquiet aliquis: *Gens gentem præcedit in bello,* Veget. I. cap. II. *& plaga cali non tantum ad robur corporum, sed etiam ani-
morum facit,*

*Secunda, à
motu rebel-
lionis.*

Ergo melius, spretis Domesticis, Mercenarios conduci è pugnaci aliquâ gente. Item: Regi à subditis periculum, si eos armat. *non in fide, non in officio manebunt.* Livius XXVII.

Atque adeò aliquid fortasse *aduersus summi imperij maiestatem audebunt.* Ibidem.

*R. sponso
ad illam:*

Hæciactari vulgò & inferi auribus Principum scio: sed malignè profectò aut falso. Nam quod ad primū, verè illud dici nō nego: sed hoc quoque verè. ex quaui Europæ nostræ parte (illi scribimus) *si modo exercitati & prudentes viri Dile-
cti præponantur, celeriter manuum bellis aptam posse aggregari.* Veget. II. cap. XVIII.

Viros

Idem lib.
II. cap.
XVIII.

Viros enim ea vbique fert: qui omni armorum disciplinâ vel arte bellandi, veteres illos milites qui orbem terra subegerunt, facile coequabunt.

Plinius
Paneg.

Infinitio modò adhibeatur & Disciplina, de quâ mox dicam. Iam quod ad Metum à subditis: ille verò vanus. Hæc persuasio illorum fuit, qui hostilia cùm facerent, timebant. *Responsio ad istam.*

Platon. II.
de Legib.

A Tyrannis, inquam, hæc opinio. φοβέειν ὅτι ὁ ἄρχων ἀρχόμενος, ἔτι καλὸν ἔτι πλείσιον, ἔτι ἰσχυρὸν ἔτι ἀνδρείον, ἔτι τὸ ὠφέλιον παρὰ πολεμικὸν ἔκων ἐάσει γίγνηται: Nam princeps subditos metuens, neque bonos eos, neque opulentos, neque fortes aut animosos, neque in vniuersum bellicosos fieri, volens quidem vnquam patietur. *Tyranni exarmant suos.*

Seneca I.
De Clem.

At ea à nostro Principe abest: cui bono, semper illi boni. Obijcient se micromibus insidiantium, *Reges fidem habent & inueniunt.*

Ibidem.

Et se suaque iactabunt, quocumque desiderauerit imperantis salus.

CAPVT XI.

Qui legendi in milites? Duo genera facienda: Ordinarios & Subsidiarios. atque vtrique seorsim descripti.

ERGO Dilectus è tuis esto. sed, vt addidi, CVM IUDICIO: quod in his duobus pono, Quos & Quomodo legas. De priore ita cenfeo, duo genera Militum scribenda: Ordinarios, & Subsidiarios. Illos QUI ADSIDVE ET VELT EX MVNERE ATQVE ARTE MILITENT: Istos, QUI RARENTER, QUIQVE DOMI SINT ALIARVM RE- RVM. Priores illos non aliud esse volo, quàm legitimos quosdam perfectosque milites, & vt ita dicam, verè Martis pullos. qui lecti in hanc vnâ spem, formentur omni *Ordinari- rum miles: Subsidiari- rum. Prioris laus & vjua.* *ar- vjua.* *orum exercitiò, disciplinâ castrorum, vsuque militia.*

Veget. I.
cap. I.

Tacit. De
Monib.
Germ.

Qui sint velut inuicta quædam acies: & ipsâ plerumque famâ bella profligent.

Ibidem.

Hi tales omnino Principi necessarij, in pace decus, in bello presidium:

X

Scd

Non multi
ij scribendi.

Sed necessarij haud multi, non solum quia Sumptus vi-
to (immensi enim faciendi sint in assiduum illum frequen-
temque militem:) sed quia Turbas. Nam profectò vbi illi
multi, facile *proni ad res novas*:

1. Histor.

Tum ingenio suo, tum *vbi vires respexere securitate.*

Ibidem.

Atque eueniet, vt *contra morem obsequij, contra fas disciplina*
interdum *vim meditentur.*

1. Annal.

Non item,
in pace,
vnà ha-
bendi.

Quibus rebus vna cautio, si nec multi nimis sint: nec
semper vnà. Hoc volo, vt *extra bellum, centurias tantum suas*
turmasque nouerint.

1. Histor.

Nam *longis spatiis discreti exercitus, quod saluberrimum est*
ad continendam militarem fidem, nec vitius nec viribus miscetur.

Ibidem.

Quam
multi, no-
stro iudi-
cio, legendi.

Sed quo numero Ordinarij isti igitur? Ægrè certum ali-
quem definiam (pendet sæpè à temporibus res, tum à ma-
gnitudine cuiusque regni:) tamen communiter *καὶ παρρησιῶς*
sic præscribo. In mediocri aliquo regno, vnā * Legionem

* Plenam
intellego,
sex milliū.

* Plenis
item; equi-
tum qua-
dringento-
rum.

fatis esse, cum tribus equitum * Alis: in magno, alterum
tantum. Nam Equitum numerum paulò grandiozem,
quàm pro modo Peditum, hñc esse volo. quia è Subsidiarij,
Pedites facile expleas, & bonos reperias: at in Equite
aliter est: in quo tractu & morà opus, vt *exerceas & docen-*
dum cures equo, armis que.

Equites hic
inprimis
caro.

Liuius
XXVII.

Subsidiari-
orum de-
scriptio &
usus.

Ordinarij isti sunt. At *SVBSIDIARIIS* etiam opus vt
te firmes: quoniam palàm est, exiguam illam manum non
esse ad omnem vim hostilem. Hos nò aliud esse volo, quàm
paratas semper Auxiliares aliquas copias, sine duplici: siue
vt prioribus illis in acie iūgas, siue vt in præsidia distribuas
opidorum. Qui hoc ab Ordinarijs differunt, quòd illi qui-
dem toto genere vitæ milites sint, & tantum in *usum prælio-*
rum sepositi, velut tela at que arma, bello reseruentur:

Discrimen
ab Ordina-
rijs.

Tacit. De
Morib.
Germ.

Isti, dumtaxat *iuuētus sueta armis, & more militia exercita.*

1. Histor.

In pace, sibi
uiuunt:

Qui extra belli tempus, *in artes vitas que, varias disparati,*

Sallust. ad
Cæf.

In bello,
bellant.

Res suas agunt: per bellum euocatur, & eandem aut fi-
mitem

Tacit. II.
Histor.

milem operam tibi, quã Mercenarij, præstant. Sed hoc meliorè: quod non solum *reuerentiùs & equaliùs duci parebunt*,

Obnoxij
sunt.Veget. I.
cap. XX-
VIII.

Sed etiam minùs impendiosi tibi erunt. quoniam omnino *viliùs constat armis erudire suos, quàm alienos mercede conducere.*

Dammosi
non sunt.Tacit. III.
Annal.

Quod exteri illi in itu & reditu consumunt, hoc si in armandis istis impendis & exercendis: egregiam habes, & ad manum tibi semper militarem manum. Nam illi longinquè accersendi, & cum dispendio sæpè expectandi sunt: hi in tuã sede, vno edicto euocantur & adsunt. Vnde eos parabis: è pagis. Nam opida hîc fugio causã duplici. primùm, quia omnino melior ad arma rustica plebs, vt* mox dicam: deinde, quia securitati etiam Principis consulo & quieti. Nam ab armis ferociorem & magis exultantem populum fieri, non est negandum. quæ si opidanis passim adtribuis, vereor ne locis & mœnibus freti *rebellionem fortasse ceptent*,

Paratioes
exteris.E pagis pa-
randi.

*Cap. seq.

Vrbani
proni in-
motus:Fiducia lo-
corum,Et suopte
ingenia.

Ibid.

Vt solent homines, *Odio presentiu, & cupidine mutationis:*

2. Histor.

Atque ita *patefieri occasio etiam aduersum te possit.*

Sallustius
Iugurth.

Qui metus longè à Paganis. tum quia naturã mitiores; tum quia variè sparsi & diducti, non temerè consentiant & coëant in vnum. Nec enim alia in Subsidiarijs mea mens; quàm vt per pagos, vicosque singulos, quini, deni, viceni (vt frequentia aut infrequentia incolarum erit) descripti instruetique habeantur: ijdemque in centurias & cohortes suas tunc denique conueniant, cum erit bellum. Quos grandi aliquo numero esse quidni suadeam? Nam reuerã hoc illud est, *Bellum parare simul & arario parcere.*

Non item
isti.Numerus
eorum, no-
stro iudi-
cio.

Lii. F.

Si triginta aut quadraginta millenarias cohortes (ita diuidam, non in legiones) ex istis legas, vtile censeam: imò si plures. sed Peditum tantùm. Nam Alas rusticis non attribuo: & melius, vt in Nobilitatem & in *dites hæc à pauperibus onera inclines.*

Quos ple-
rosque pe-
dites ve-
lim.

Plura, & tenuiore filo, de vtilissimã re in Notis.

Verè cum Dilectu vtrique capiendi: & Notæ quinque ordine posita, germanæ in milite virtutis.

Pars præcipua Dilectus, Exceptio & iudicium.

QVos eligas, dixi: pars altera Iudicij superest, Quomodo. Nec enim passim profectò aut temerè oblato adsumendi: sed *castra quoque, quos ad laborem & periculum accipiunt, fastidiosè legunt.*

Seneca
Epist.

Quid mirum? *Vires regni, & Romani nominis (ait ille) fundamentum, in primâ Dilectorum examinatione consistunt.*

Veget. I.
cap. VII.

Quo magis hæc pars tibi cum curâ habenda. & *cùm con- stet, in omnibus locis, & ignavos & strenuos nasci:*

Cap. II.

Sunt nota certa militaris viri.

Illi seriâ inquisitione reijciendi, hi capiendi sunt, si fortem quidem militiam vis & felicem. Boni autem robustique militis certa indicia & velut Notæ sunt, ad quas non fallaciter eum legas. Quas facio quinque: Patriam, Ætatem, Corpus, Animum, Vitam.

I.
Patria.

Nomine PATRIÆ intellegi palàm est locum, vbi quis natus aut educatus. quem haud temerè in Dilectu consideres: quoniam profectò *locorum asperitas hominum quoque ingenia durat.*

Curt. VII.

Urbicola non boni:

Fortior miles è confragoso venit: segnior est, urbanus & vernaculus.

Seneca
Epist.

Procaces,

Itaque in vtrâvis militiâ hunc sperno. Nam *vernacula illa multitudo, lascivia sueta, laborum intolerans:*

Tacit. I.
Annal.

Molles.

Mercurio addicta, qui effæminat. semperque homines, *quâto pecuniâ dites & voluptatibus opulenti, tâto magis imbelles.*

III. Ann.

Agrestes boni:

Ex agris ergo, nostro iudicio, supplendum robur præcipuè videtur exercitus.

Veget. I.
cap. III.

Catonis oraculum audio: *Ex agricolis & viri fortissimi, & milites strenuissimi gignuntur.*

I. De Re
rust. cap. I.

Laboriosi,

Et vsu constat *aptiorem armis rusticam plebem, quæ sub diuo & in laboribus enutritur.*

Veget. I.
cap. XII.

Quæ

Sallust. Iu-
gurr. Quæ assuevit hiemem & æstatem iuxta pati, humi requiescere, eodem tempore inopiam & laborem tolerare. Duri.

Cæsar. I. De
bell. Gal. Minimaque ad eos mercatores sæpè commeant, atque ea que ad effeminandos animos pertinent, important. Sine commercio.

Sallust.
Catal. Talibus viris, non labor insolitus, non locus ullus asper aut arduus erit, non armatus hostis formidolosus.

Veget. I.
cap. III. Nescio enim quomodo minus mortem timet, qui minus deliciarum nouit in vitâ. Sine deliciis.

Tacit. VI.
Annal. Itaque ex ijs leges. sed hos maximè, qui saltuosos locos incolentes, duritia patientiæque magis insuevere. Optimi etiam ex iis, siluestres & montani.

De Morib.
Germ. Aut si qui Septentriones & mare versus, ipso terræ suæ solo & celo acrius animantur. Aut ad mare horridum.

Veget. I.
cap. IV. AT Nota altera AETATIS est. in quo, si antiqua consuetudo seruanda est, incipientem pubertatem ad Dilectum cogendam nullus ignorat. II. Aetas.

Ibidem. Quod vult etiam ipsa ratio. Nec enim tantum celerius, sed etiam perfectius imbibuntur, quæ discuntur à pueris. Iuuenes legendi.

Plinius
Paneg. Legi igitur eos suadeam, ex Romanâ regulâ, ab anno XVII. aut paullum supra. Nam istos grandes & veteranos si misces; vnâ etiam vetera vitia: vt sunt propria huius sæculi mala, inertia & contumacia, & dedignatio parendi. Seniores haud apti.

Cicero
Philip. Ego sanè in Dilectu non tam veteranos intuendos nobis arbitror,

Veget. II.
cap. XXIIX. Quàm eos qui possint aliquando esse boni veterani. Neque enim longitudo ætatis, aut annorum numerus artem bellicam tradit, sed continua exercitationis meditatio.

Idem III.
cap. X. Facilius autem est ad virtutem instruere novos milites, quàm reuocare præteritos.

Veget. I.
cap. V. Nota tertia, CORPVS. quod grande & prælongum placuisse nonnullis video: vt C. Mario. qui tironem exegit ita vt senos pedes, vel certè quinos, & denas vnicias haberet. III. Corpus.

Grande
quidam
probant:

Vt regi Pyrrho. qui *Dilectori suo fertur dixisse, Tu grandes elige, ego eos fortes reddam.* Frontin. IV. Strateg. cap. I.

Nec temerè à viris magnis ab eo : tamen, me iudice, *non tam statura rationem habere convenit, quàm virium.* Veget. I. cap. V.

Utiliusque est fortes milites esse, quàm grandes. Idem cap. VI.

Nos me-
diocre.

Placeat mihi illa *media militaris statura.* Liu. VII.

Sic tamen *vt ex vultu, ex oculis, ex omni cōformatione membrorum eos eligas.* Veget. I. cap. VI.

Quod sic-
cum vege-
tatis, po-
tius, quàm
fluidum.

Nempe quibus sunt *dura corpora, stricti artus, minax vultus, maior animi vigor.* Tacit. De Monib. Germ.

Stricta, inquam, corpora. nec probem facilè crassulos & superflua carne distentos. Veget. I. cap. VI.

Velocitas enim est, quæ percepto exercitio strenuum efficit bel- latorem: Idem I. cap. IV.

A quâ nimirum magna illa & *fluxa corpora aliena.* Tacit. II. Histot.

IV.
Animus.

Nota quarta ANIMI. Nam *hoc est, in quo totius reip. salus vertitur (ait militaris scriptor) vt tirones non tantum corporibus, sed etiam animis præstantissimi diligentur.* Veget. I. cap. VII.

Animus acer & præsens, & acutus idem atque versutus, in- uictos viros efficit. Cicero. II. De orat.

Audaces,
probi:

Sint igitur eligendi, *Audaces, habeantque confidentiam mi- litarem.* Veget. I. cap. VIII.

Quibus sudor, pntis, & alia talia, epulis iucundiora sint. Sallustius Iugurr.

Fati sui se-
curi.

— Quos ille timorum

*Maximus haud urget lethi metus. inde ruendi
In ferrum mens prona viris, animeque capaces
Mortis.* Lucan. I.

Gloria aui-
di.
Veracundi.

Ad summam, qui *nihil metuant nisi turpem famam.* Sallust. Iugurr.

Nam hanc sanè volo timeant. Verè scriptor Græcus : *Οἱ δειλότατοι πρὸς τὸς ἴμους, θάρραλωτάτοι πρὸς τὸς πολέμους, εἰς τὴν τὸ παθεῖν*

ὅθεν ἡμεῖς διδύκον, οἱ μέγιστα φοβούμενοι τὸ κακῶς δεύσαι: Qui legum metuentissimi, iidem in hostes audacissimi; & pati quiduis minime verentur, qui male audire maxime verentur.

Veget. I.
cap. VII.

Honestas enim idoneum militem reddit: verecundia, dum prohibet fugere, facit esse victorem.

Ibidem.

Ultima Nota VITAE. id est, quo genere quæstus aut artis sese sustentet. Nam ad molliem aut duriciem, ignauiam aut ferociam, haud leuiter hoc facit. Ego piscatores, aucupes, doliarios, linteones, omnesque qui aliquid tractasse videbuntur ad gynecæa pertinens, longè arbitror repellendos à castris.

V.
Vita.
Mollium
artium cul-
tores mali:

Linus
III.

Quinetiam opificum vulgus & sellularij, minime militie idoneum genus.

Sedensarij,
mali:

Veget. I.
cap. VII.

Sed nec serui olim admissi, aut damnati iudicijs: quique genere aut vitâ infames. aliter quàm nunc, cùm tales sociantur armis, quales domini habere fastidiant.

Viles aut
infames,
mali.

Tacit. xv.
Annal.

Et castra adeò non casta, ut quidquid vsquam corrumpi & corrumpere queat, in illis visatur.

Veget. I.
cap. VII.

Habes omnia de Dilectu: nisi quòd duo hæc etiam moneo. Prius, ut non leue hoc officium putes, aut passim quibuscumque mandandum:

Idonei ad
Dilectum
admonendi.

Ibidem.

Sed à magnis viris, magnâ diligentia idoneos eligi cures iuniores.

Idem III.
cap. III.

Alterum, ut identidem repetas. Quia enim morbo, fugâ, missione, numerus imminuitur; nisi annis singulis, imò singulis penè mensibus, in decedentium locum iuniorum turba succedat, quamuis copiosus exhaurietur exercitus.

Idem iteran-
dum.

CAPVT XIII.

De Disciplina verâ & seuerâ dictum. Ea laudata. partes eius (idque docendi causâ) quattuor factæ. Singule explicate.

Val. II.
cap. VII.

SED venio nunc ad præcipuum decus & stabilimentum imperij, MILITARIS DISCIPLINAE tenacissimum vinculum:

Ex

Disciplina
utilitas.

Ex cuius sinu omnes triumphi manarunt.

Ibidem.

Ac necessi-
tas.

De quâ verissimè Imperator ille ad milites: *Disciplina ma-
iorum rep. tenet. quæ si dilabatur, & nomen Romanum & im-
perium amittemus.*

Alex. Sen.
apud Lam-
pid.

Nam sine eâ quid Dilectus? ille saltem qui possint esse
boni milites, inuenit; sed hæc, facit tales & seruat. *Paucos
viros fortes natura procreat, bonâ institutione plures reddit. in-
dustria.*

Veget. III.
cap. XXVI.

Nimis ne-
glecta ho-
die.

At ea tamen hodie non dicam læguet apud nos, sed ob-
ijt; neque mala, sed nulla est. Vt omnino, si reducere & in-
finuare eam volumus; *de historijs vel libris, nobis antiqua con-
suetudo repetenda sit:*

I. cap. III.

Repetenda
à Romanis.

Et maximè Romanorum. Quis enim populus meliùs
aut firmiùs eam coluit? Imò *Disciplina castrorum antiquior
fuit parentibus Romanis, quàm caritas liberorum.*

Ic. l. XIX.
De capt.

Qui feli-
cissimè eâ
vsi.

Magno quidem cum fructu. quoniam, si inspicimus, ea
sola acriter retenta Principatû terrarum Romano imperio peperit.

Val. II.
cap. III.

Quâ ipsâ de causâ, tu animose Princeps, *omnibus imperij
neruis ad reuocandam pristinae disciplinam militiae debes conitti:*

Ibidem.

Descriptio
Disciplina.

Me, pro viribus, adiuuante & præeunte. Appello autem
Disciplinam, SEVERAM CONFORMATIONEM
MILITIS AD ROBVRETVTEM.

Eius par-
tes.

Partes eius siue munia (vt quæ variè sparsa sunt, in doctri-
næ quendam gyrum redigam) facio quattuor: Exercitium,
Ordinem, Coërcitionem, Exempla. Priores duæ ad ROBVRE-
spectant maximè; tertia ad VIRTVTEM; quarta ad vtrum-
que. Per EXERCITIUM, intellego, vtelectum militē assiduè
ad Arma condocerem & ad Opus. Ipsum nomen ita sua-
det. nam *Exercitus dicitur, quòd melior fit exercitando.*

Varro IV.
De L.L.

Quod in
omni re
valet:

Etiã hic.

Ipsa res & ratio. Cùm enim ad omnes artes perficiendas
vsu aliquo & exercitio opus sit: cur id in istâ militari negle-
gamus, *sine quâ aliæ artes esse non possunt.*

Veget. III.
in Præf.

Castius

Vulcat. in Auid. Caf. fio. *Cassius solebat dicere : Miserum esse, cùm exerceantur athleta, venatores, & gladiatores, non exerceri milites. quibus minor esset futurus labor, si consuetus esset.* Dat usum armorum.

Veget. I. cap. I. *Imò & felicior labor. Nam in omni praelio, non tã multitudo & virtus indocta, quàm ars & exercitiũ solent præstare victoriã.* Dat victoriã.

II. cap. XIII. *Ergo tu curabis, vt siue Legio, siue Auxilia fuerint, exerceantur assiduè.*

I. cap. VIII *Quomodo? Primùm tironibus, per cottidiana exercitia, Armorum est demonstranda doctrina.* Exercendi armis milites.

Veget. & alij. *Idque exemplo veteri, à Campidoctoribus.*

I. cap. IV. *Vt Missile, & destinato ictu, & magnis viribus iaciant:*

Ibidem. *Vt norint tractare scutum, & obliquis ictibus venientia tela deflectere :*

cap. IX. *Vt militari gradu ambulare celeriter & equaliter discant:* Affuefaciendi ad ordinem.

cap. IV. *Sic vt ne locum deserant, ne ordines turbent.*

cap. I. *Denique, vt quaecumque euenire in acie atq; præliis possunt, omnia in campestri meditatione prænoscant.* Ad imaginem omnem præliorum.

Liuius XXI. *Cui rei vtile, eos interdum inter se, in modum iustæ pugnae concurrere :* Simulata pugna bona.

Xenop. in Agul. 10. *Actum præmiũ etiam aliquod proponi, & τὰς ἰππικαῖς τὰ ζῶον, ἢ πρὸς κέρτισα ἀνὶ ἰπποδρόμου & τὰς ὀπλιτικαῖς, ἢ τις ἀριστὰ σωματικῶν ἔργοι :* *& equestribus turmis, quæ equo optimè vtentur, & Legionariis cohortibus quæ corpus decentissimè gerent sub armis.* Cum præmiolo aliquo strenuis.

Veget. I. cap. III. *Hoc armorum exercitium esto : sed addo & Operis. vt condiscat tiro assiduè Laborare, decurrere, portare pondus, & solem pulueremque ferre.* Exercendi etiam Opere milites.

III. cap. XVI. *Indurant hæc militem : & exercitus labore proficit, otio con- senescit.* Quod corpora firmat :

I. cap. III. *Sed usum quoque sæpè habent, cùm in arduis expeditionibus necessitas imminet annonam pariter & arma portandi.* Et varium usum habet belli.

Y

Nec

Præsertim
ad castra
struenda:

Nec ista tantum, sed *castrorum quoque munitionem debet* cap. xxi.
tiro condiscere.

Eoque sine *fossam ducere, & sudes scienter figere.* cap. iv.

Cur pigeat? *Nihil neque tam salutare, neque tam necessarium* cap. xxi.
inuenitur in bello:

Sive ad mu-
nitiones in
hostem.

Siue ut te tueare, siue ut hostem premas & circumualles.
Sanè *Domitius Corbulo, Dolabrâ, id est operibus, hostem vincen-* Frontin.
dum esse dicebat. iv. Strat.
cap. iix.

Hæc olim
Romanis
solita:

Hæc noua, inquiet aliquis. Imò peruetera, nec Roma-
nis tantum vñsita, de quibus audi Tullium: *Qui labor, &* Cicero ii.
quantus agminis? Ferre plus dimidiati mensis cibaria, ferre si- Tuscul.
quid ad vsum velint, ferre vallum. Nam scutum, galeam, gla-
dium, nostri milites in onere non plus numerant, quam humeros,
lacertos, manus.

Hæc Ger-
manis, a-
liisque.

Sed etiam priscis Germanis. è quibus Catti militem
suum, *super arma, ferramentis quoque & copiis onerabant.* Tacit. De
Morib.
Germ.

Nos, hoc
desider!

Aliis etiam gentibus. Atque hæc vera, hæc pulchra mili-
tia: non ista nostra, vbi in agmine plus calonû, imò & scor-
torû est, quàm militum. Nam fossiores & eiusmodi operas,
deus bone, quanto labore querimus, sumptû circumduci-
mus! Sapiamus tandem, & cum Pertinace *Militemus.*

Emende-
mus.

Nec hæc credantur esse difficilia, si vsus acceperit. Capitol. in
Pert.

Omne opus difficile videtur, antequam tentes: Veget. l.
cap. xix.

At nihil est, quod non assidua meditatio facillimum reddat. ii. cap.
xiiii.

Et cur desperes fieri posse, que facta sunt? i. cap. xix.

Ordinis v-
sus in exer-
citu.

Iam pars altera disciplinæ, ORDO: qui multipliciter in
Militiâ seruandus. Primùm in digerendis copiis per legio-
nes, cohortes, centurias, decurias. quod pulchrum. quo-
niam *τατα μὲν ἢ ἑσθιὰ, κάλλιστον μὲν ἰδεῖν τοῖς φίλοις, δυσχέριστον δὲ* Xenoph.
τοῖς πολεμίοις: ordinatus exercitus, incundissimus aspici amicis, Oecon.
molestissimus hostibus.

Sed

Liuii IX. Sed & vrile. quia *acies distinctior & ex pluribus partibus* *Ad dige-*
constans, facilis partienti quacumque opus sit, facilis iungenti. *rendum:*

Tacit. I. Eademque facilior ad imperia: cum miles scilicet *centurio-* *Ad impe-*
 Hitor. *ni, centurio tribuno obsequitur.* *randum:*

Sen. Epist. Atque ita ordine imperium Ducis simul omnes copia sentiunt,

Ibidem. Et ad nutum regentis, sine tumultu respondent.

Tacit. I. Certum enim & clarum est, non omnia omnibus impe-
 Hitor. *randa, sed ita se ducum auctoritas, sic rigor Disciplinae habet, ut*
multa Centuriones Tribunosque tantum iuberi expediat.

Veget. I. Iam id quoque videndum, *In Itinere vel in Acie, ut omnes* *Ad ince-*
 cap. IX. *militēs incedendi Ordinem seruent.* *dendum:*

cap. XXV. *Ut aequali legitimoque spatio miles distet à milite:* *Ad faci-*
endum
in acie.

Ibidem. *Nec ultra quam expedit, aut conglobent agmen aut laxent.*

Xenoph. Grande in his rebus momentum: & saepe integri exerci- *Denique*
 Oecon. *tus periere à tali aliquâ confusione. Ες δ' οὐδὲν οὐτως οὐτ' ὀ-* *contra om-*
χρηστον, οὐτε καλὸν ἀνθρώποις, ὡς ἡ τάξις: Est verò nihil tam vrile aut *nem turbâ.*
decorum hominibus, quam ordo.

Veget. I. I. Quem in castris etiam mihi serua. ut illa habeant aptâ *Ordo in ip-*
 cap. VIII. *dimensione vias suas, portas, fora: & sint velut ad formam* *sis castris*
minutæ vrbis. Ibi pro gradu, legionibus, auxiliis, equitibus, & *habendus.*
peditibus, loca in quibus papiliones tendant, deputentur: *Assignatio-*
ne certâ lo-
corum:

11. cap. Sic ut facile cuique sit & locum suum & commilitones *Diuisione*
 XIII. *reperire. Nec enim solum per Centurias velim eos tendere,* *Contuber-*
sed hæ in contubernia diuise sint: ut decem militibus sub vno *niorum.*
papilione degentibus vnus praesit Decanus, qui caput contubernij
nominetur.

Et plura talia, quæ alieno isto & pænè atenarum funicu-
 lo agrè necto. tu prompta ea habes apud Polybium maxi-
 mè, ac scriptores Romanos.

Pars tertia, COERCTIO: quæ mores scilicet militum *Coerctio &*
adstrictio
morâ vsur-
 Y 2 *coerctet* *panda.*

coërcet ac frænât. Nam etsi, *nescio quo pacto, assidue dimicantibus difficile est morum custodire mensuram:* Cassiod. 1. Var. epist. IX.

Maximè circa tria.

Tamen custodiendi aliquatenus: aut soluitur militia tua, imò perit. Tria sunt, sine quibus non robur in exercitu, non ordo: Continentia, Modestia, Abstinencia. Seruabis hæc igitur. Continentiam primò, in Cibo & Venere. id est, ne milites tui effusæ sint *conuiujs & ventri dediti, & turpissima parti corporis.*

Vitæ ad duplex luxur:

Sallust. Iugurth.

A quo mollior & languor.

Vtraque res eneruat: & degenerat à robore ac virtute miles *assuetudine voluptatum.* Tacit. 1. Histor.

Siquid ardoris ac ferociae habuit; popinis & comessationibus deteritur. Indid.

Haud vanè olim dictum: *Vna Annibalem hiberna soluerunt, & indomitum illum niuibus atque Alpibus, eneruauerunt fomenta Campania. Armis vicit, vitis victus est.* Scn. Ep.

Quætu caue. & arce seueriter à castris tuis *luxuriosos apparatus conuiuiorum & instrumenta libidinum.* Tacit. 1. Histor.

Modestia seruanda.

MODESTIAM secundò exiges. eamque tripliciter, in Verbis, Vestibus, Factis. In Verbis: ne sint vani, buccâ turgidi, & quod dicitur, Attici milites. qui *in conuiujs & circulis,*

laetabundi, odiosi:

cùm de hostibus mentio incidit, vix manibus temperant: Liuius. XXXII.

Imò & ignaui.

Sed iidem vix vultum eorum sustinent. Nam id euentu semper firmum: *Ignauissimus quisque, & in periculo minimum ausurus, mirè verbis, lingue feroces.* Tacit. 1. Histor.

Vera Viror, tacita.

Videbisque viros natos militia, factis magnos, ad verborum *linguæque certamina rudes esse.* Liui. IX.

Egregiè noster: *Fortissimus in ipso discrimine exercitus, qui ante discrimen modestissimus.* Tacit. 1. Histor.

Itemque Philosophus: *Οἱ δὲ ἀσπείροι, ἐν τοῖς ἐργοῖς ἐξέει, ἀπότρε- εἶν δὲ νοῦχοι: Viri fortes, in operè acres, ante id placidi.* Aristot. in Ethic. ad Nicom.

Facit, non dicit.

Quibus scilicet *pectus animorum iræque tacite plenum, omnem ferociam in discrimen ipsum certaminis differt.* Liui. VII.

Cam-

Compesce igitur ventosas linguas, & cum Meinnone edicito: *Pugnare te conduxī, non conuiciari.*

Plutarch. Apoph.

Homer. Iliad. γ.

Εν γὰρ χερσὶ τέλει τοῦ πολέμου, ἐπέων δὲ ἐν βουλήϊ:
Lingua in consilio valet, in certamine dextra.

In curiā verbis opus, in pugná manibus.

Salust. Catil.

In Vestibus modestiam etiam quæro. quia etsi melius, eos *in decōris armis & militaribus equis, quàm in scortis atque conuiujs libidinem habere:*

Splendor & iactantia in vestitu vitanda.

Liu. IX.

Tamen seruari modum valdè approbem, & sperni externum omnem luxum. Magni duces sic statuerunt: *Horridum militem esse debere, non calatum auro argentoque, sed ferro & animis fretum.*

Miles horreat.

Ibidem.

Quippe illa, prædam veriùs quàm arma esse: nitentia ante rem, deformia inter sanguinem & vulnera.

Curt. III.

Tales prisca illi Macedones, *non auro, neque discolori veste, sed ferro atque ære fulgentes.*

Sueton. Iul. cap. LXVIII.

Etsi Cæsar in mente aliâ. qui suos *habuit tam cultos, ut argento & auro politis armis ornaret; simul & ad speciem, & quo tenaciores eorum in prælio essent, metu damni.*

Cæsar his disciplinae neglegens:

Ibidem.

Sed nempe Cæsar. qui rigidæ & priscae Disciplinae adeò non retinens, ut sit *iactare solitus, Milites suos etiam vnguentatos, benè pugnare posse.*

Fortuna sua confusus.

Tacita Agn.

Tu sperne superuacua. *nec teneat aut terreat vanus aspectus, & auri fulgor atque argenti: quod neq; tegit, neq; vulnerat.*

Veget. I. cap. XX.

Multo magis hoc vide, ut benè armati tui sint, quàm ut ornati. *Necesse est enim, ut dimicandi acriorem sumat audaciam, qui munito capite & pectore, non timet vulnus.*

Nos malumus armari, et pulchrè militem.

Ibidem.

At nunc (pudor!) *gravis pediti lorica videtur & galea.*

Hodie negligitur, magno malo.

Ibidem.

Ita fit, ut non de pugna, sed de fuga cogitent, qui in acie *nudi exponuntur ad vulnera.*

Curt. III.

In factis deniq; Modestiam exigo. ut obnoxij nimirum parenteq; sunt, *intenti ad ducis non signum modo, sed nutum.*

Patientia decet militem.

Noninquisitio, aut retractatio.

Odi curiosos aut refractarios : qui que *iussa ducum inter-* Tacit. II.
pretari malunt, quàm exsequi. Histor.

Tria eius munera.

Benè Æmilius Paullus: *Militem hæc tria curare debere. Cor-* Lin. XLIV.
pus ut quàm validissimum & perniciosissimum habeat: Arma apta:
Animum paratum ad subita imperia.

Cetera, diis immortalibus & Imperatori curæ esse. Ibidem.

Enimuerò *diuisa inter duces militesque munia:* Tacitus
III. Histor.

Imperatori inessio relinquenda:

Illis arma & animus sint: istis consilium & virtutis sue re- I. Histor.
gimen relinquunt.

Militi sola executio.

Parendo potiùs, quàm imperia ducum sciscitando res militaris Ibidem.
continetur.

Breue, sed pulchrum dogma.

Mihi Brasidæ monitum pro pulchro: *Νομίζετε*, ait ad Thucyd. V.
suos, ἐν τῷ καλῶς πολεμεῖν, τὸ ἐδέσθαι, καὶ τὸ ἀρχιμῆδος, καὶ τὸ τοῖς ἀρχαῖοις
παίδεσθαι: Censete hæc esse bonæ militiae, Velle, Vereri, Obedire.

Violentia arcenda à milite.

Tertiò **ABSTINENTIAM** ingessi. quâ volo milites à vi
rapinisque abesse, & habere manus puras. *Non permittes mi-* Cassiod. VI
lites esse possessoribus insolentes. Var. epist.
XXI II.

Ne Prouinciales infestet.

Viuant cum prouincialibus iure civili, nec insole scat animus Idem. VII.
qui se sentit armatum. quia clypeus ille exercitus tui, quietem de- epist. IV.
bet prestare paganus.

Nec passim rapiat.

Nemo pullum alienum rapiat, ouem nemo contingat, vnam nul- Vopisc. in
lus auferat, segetem nemo deterat, oleum, sal, lignum nemo exigat, Aur.
annonâ suâ contentus sit.

Denique ita transeant, *ut non modò manus, sed ne vesti-* Cicero pro
gium quidem cuiquam pacato nocuisse dicatur. Leg. Man.

Veterum hic obseruantia mi-
ra.

An rideor? ut nunc mores sunt, credo. At apud veteres
tam strictè hæc in vsu: ut *memoria tradiderit Scaurus, pomi-* Frontin. IV
feram arborem, quam in pede castrorum fuerat complexa metatio, Stratag.
postero die abeunte exercitu, intactis fructibus relictam. cap. III.

Pars vltima Discipline, **EXEMPLA**: quo nomine Præmia
intellego & pœnas. Nam profectò ad robur & virtutem
militum

militum excitandam vtraque hæc valdè possunt. Præmia Præmia miles erigitur. quidem, si benè meritis ea tribues; & Promotiones, Honores, Opes miles sperabit ab insigni aliquo factò. Necessum est acriùs ille dimicet, *quem ad opes ac dignitates ordo militiæ & Imperatoris iudicium consuevit euehere.*

Veget. II.
cap. XXIV.

Liuius IV.

Notum illud est : *Eò impendi laborem ac periculum, unde emolumentum ac honos speretur.*

Tacit. XI.
Annal.

Et, *Nihil à quoquam expeti, nisi cuius fructus antè prouiderit.*

Itaque Romani hîc mirifici. qui non solum altiores ordines assignabant à virtute : sed etiam publicè laudes cumulabant & honores. donabantque pro concione, hastas, phaleras, coronas.

Val. II.
cap. VII.

Iam Pœnis quoque omnino opus, & Seueritas vel efficacissima ad militiam firmandam. Clearchi vox fuit : *A militibus Imperatorem potius, quàm hostem metui debere.* Pœnis idè continetur.

Cæ. III.
Bell. Ciuil.

Nam *indulgentiæ & largitiò speciosum reddunt præsentem exercitus amorem, paulatim tamen & occultè militarem disciplinam seueritatemque minuunt.* Indulgètia perniciofa.

Tac. XIII.
Annal.

At *delicta militum nullà venià prosequi, vsu salubre & misericordià melius semper apparuit.*

Val. II.
cap. VII.

Astringe igitur. *Aspero & absciso castigationis genere militaris Disciplina indiget. quia vires armis constant : quæ vbi à recto tenore descuerunt, oppressura sint nisi opprimantur.* Armati asperè hanc veni.

Gaudet eo ipse miles.

Lucanus V.

— *tam diri fœderis ictu*

Parta quies, pœnâque rediv placata iuuentus.

Veget. III
cap. VII.

Discrimen tamen aliquod tibi militaris doctor ingerit. *Milites, inquit, pœna & timor in sedibus corrigunt; in expeditionibus, spes & præmia faciunt meliores.* Hocq; ipso delectat, etsi non delectat. Temporum tamen inspectio esto.

Idem I.
cap. III.

Dixi de Disciplinâ, vt potui alienis verbis, distinctè & apertè. Sed iterum inculco. si plenam legitimamque *cam vis, Disciplinam militarem populi Romani debes inquirere, qui ex parmissi-* Ad Romanos iterum relegatus Præceptis.

parvissimis finibus, imperium suum pæne solis regionibus & mundi ipsius sine distendit:

Idque post Deum, hac viâ duce.

C A P V T X I V.

Transitum ad Duces. Eos necessarios, non solum utiles. Duplices esse. Semper in iis Peritiam magis quam Virtutem spectari. & unum in vno bello esse debere.

*Ducum
necessitas.*

DE militibus, perduxi quò volui: alteri nunc è Viris stilum & manum meam postulant, id est Duces. Quos viles bello esse quid dicā? imò necessarios: animam nempe exercitus, & vitam ipsam. adeò vt verè scriptum sit, *Militarem sine duce turbam, esse corpus sine spiritu:*

Curt. x.

Et, vt remiges sine gubernatore, ita milites sine Imperatore, nihil valere:

Quint. v.

*Vt illi, talis
miles.*

Tanti esse exercitum, quanti Imperatorem, alibi leges.

Flor. ii.
cap. xiv.

Benè & peritè iste dirigit? ille bonus. malè? malus. Itaque tu (*quod rarissimum, nec nisi ratione Disciplina concessum*) plus in Duce reponas, quam in exercitu.

Tacitus
De Morib.
Germ.

*Duplici
discrimine
Duces.*

Primarij:

Secundarij.

Illum ante omnia quæres; talem, qualem describam. Duo enim genera Ducum: Primarij, Secundarij. Illi, **QVI SVMMÆ REI IMPERANT, SVISQVE AVSPICIIS ET DVCTV REM GERVNT.** Isti, **QVI IMPERANTIS ALTERIVS NVTV SIVE IVSSV IMPERANT, ET SVO SALTEM DVCTV REM GERVNT.** In primâ classe, quiuis Rex aut Princeps, in suo solo: in alterâ, ij qui ab his constituuntur Administrum bellorum & Legati. De prioribus illis, cum bellum est, *interesse eos pugna an seponi melius foret, dubitavêre.*

Tacit. ii.
Hist.

*Supremi
Duces an
præliis in-
teresse de-
beant.*

*Pro affir-
mante:*

Nec iniuriâ. Adest enim ipsi rebus debere videntur. quoniam

— *Vbi summus Imperator non adest ad exercitum, citius quod non factum est usus, fit, quam quod factum est opus.*

Plautus
Amph.

Adde,

Adde, quòd præsentia suâ robur & vires inspirant militi. nec malè Antigonus olim trepidanti gubernatori (in nauali prælio contra Ptolomæi duces) & multitudinem hostilium nauium causanti: *Εὐὲ δ' ἐ, ἔφη, αὐτὸν παρόντα ἰσθὺς ἰσθὺς ἀντιτάττεις;*

Plurarch.
Apoph.

Me verò ipsum, inquit, præsentem cum quot comparas?

Rectè. sed tamen altrinsecus causa ambigendi etiam: *Pro negãte:*

Tacit. II.
Histor.

quia tutius videtur, vt ille summus *dubius præliorum exem- ptus, summæ rerum & imperij seipsum referuet.*

Egeſip. v.
cap. XXX.

Nam in milite, *vnus fors est; in Imperatore vniuersorum periculum.*

Tacit. IV.
Histor.

Ego distinctiunculâ rem expedio. Nam si *status imperij, Solutio.*
aut salus provinciarum in discrimine vertatur, debet in acie stare. Aliquando
interfit:

Ibidem.

At cenſeo *minora bella, minoribus ducibus deleganda.* *Aliquando*
abſit.

III. Ann.

Non enim decòrum Principi, si vna alterãve ciuitas turbet,
omitti urbem vnde in omnia regimen.

Ergo interdum ibit ipse, interdum mittet. Plurèſne? ni-
hil impedit: sic tamen vt imperij militaris summa sit penes
vnum. Semper enim reperies *μέγα βλάβαι καὶ τὸ πλῆθος τῶν* *Exitioſi*
στρατηγῶν, καὶ τὴν ἀναρχίαν: Plurimum nocere & multitudinem im- tamen plu-
perantium, & regimen nullum aut incertum. res Ducis.

Thuc. VI.

Nec de nihilo inualuit adagio:

Πολλοὶ στρατηγοὶ Καρίαν ἀπώλεσαν:

Multi imperantes perdidere Cariam.

Proverbia-
lis veritas.

Salluſius
Iugurch.

Ergo legendus aliquis vnus peritus, prudens. ne quem tu *Semperq;*
imperare iusseris, is sibi alium imperatorem querat. vni bello
vnus præfi-
ciendus:

v. Politic.
cap. IX.

Nam peritiæ potissima hîc ratio. & rectè Aristoteles: *Εν Milespo-*
τῇ στρατηγίᾳ, εἰς τὴν ἐμπειρίαν μᾶλλον δεῖ βλέπειν, τῆς ἀρετῆς: In bellicâ tuis, quàm
Præfecturâ maior aspectus habendus Peritiæ, quàm Virtutis vir bonus.
aut morum.

Z

C A P V T

Boni Ducis reuerentia sue Notæ. quinque eas videri: quas ordine explicamus.

SED vt totum hoc magis tibi referem, & clariùs liqueat qui vtiliter capiendi: ego tibi veros germanosquæ Duces & eorum partes, paucis nec vanis coloribus depingam. Tu da mihi mentem, & quod in sacris olim acclamari solitum, Hoc age. Ego in legitimo Duce quinque hæc requiro: Sciẽtiam, Virtutem, Prouidentiam, Auctoritatem, Fortunam.

*Quæ spe-
standa in
bono Duce.*

I.

*Scientia, si-
ne peritia:*

SCIENTIAM: nempe vt artis suæ gnarus sit, & qui militiam longo vsu combiberit, nõ auditione solùm aut lectione. *Qui plures, inquam, per provincias stipendia expleuerit:*

Tacit. III.
Annal.

Et nullum genus belli sit, in quo illum non exercuerit fortuna.

Cicero pro
Manil.

Qui norit, quis ordo agminis, quæ cura explorandi, quantus vrgendo trahendõve bello modus.

Tacit. III.
Annal.

*Quæ ferè à
periculo u-
trinque
fortuna.*

Qui secundarum ambiguarumq; rerum sciens, eoquæ interritus.

2. Annal.

Nam isti assiduè in rebus prolixis & lætis, displicent. *nec temerè aduersa casuum reputat, quem fortuna nunquam decepit.*

Liu. xxx.

II.

Virtus.

*Vt alacer
actuosusq;
sit.*

VIRTUTEM secundò adiungo: & intellego Corporis ingenijquæ vigorem quædam, & simul Animi probitatem. Vigorem in his talibus. vt *exerceat legiones etiam sine bello, curâ. prouisu, perinde agat, ac si hostis ingruat.*

Tacit. XII.
Annal.

Ipsemet plerumque in opere, in agmine, gregario militi mixtus, incorrupto ducis honore.

v. Histos.

Qui ausit

— *primus sumpsisse labores,*

Primus iter carpisse pedes.

Silius 1.

*Suis pra-
eas, & verè
ducat.*

Quiquæ adeò de se possit effari: *Facta, non dicta mea, vos milites sequi volo: nec disciplinam modò, sed exemplum etiam à me petere.*

Liu. VII.

Ipse manu sua pila gerens, praecedit anhelis

Lucan. IX.
de Caron.

Militis

*Militis ora pedes. monstrat tolerare labores,
Non iubet.*

Cicero pro Leg. Man. Denique breuiter ; cui adsit *Labor in negotio, Fortitudo in periculo, Industria in agendo, Celeritas in conficiendo.*

Ibidem. At Animi virtutes adhibendæ etiam quædam sunt. *Non enim solum bellandi virtus in summo atque perfecto Imperatore querenda est, sed multa sunt partes eximie, huius administræ comitesque virtutis.* Internas etiam virtutes habent.

Ibidem. *Quantâ Innocentiâ debent esse Imperatores ? quantâ omnibus in rebus Temperantiâ ? quantâ Fide ? quantâ Facilitate ? quantâ Humanitate ?*

Ibidem. *Quæ nisi aut omnia, aut pleraque habeat, non ego possum Imperatorem in aliquo numero putare.*

Liuius xlii. At tertio PROVIDENTIAM laudo : id est, *cautos cunctantesque duces, nullo loco, nisi quantum necessitas cogat, commissuros se Fortune.* III. Providentia. Cautus esto.

Ibid. *Sperno equidem istos ferociter omnia ac præproperè agentes :*

Tacit. iv. *Et contemnendis, quàm cauendis hostibus, meliores.* Histor.

vi. Annal. *Et si grati sæpè vulgo. quoniam stolidis aut barbaris cunctatio feruilis ; statim exsequi, regium videtur.* Esti calidos amat vulgus.

Liui. xlii. *Ac sanè si militaris suffragij res sit, haud dubiè Minutium aliquem Fabio præferant ducem.*

Suetonius Aug. cap. xxv. *Non tu sic desipies. magisque cum Augusto, Nihil minùs in perfecto duce, quàm festinationem temeritatemque conuenire, arbitrare.* Sed temeritas alissima à Duce.

Pluzarch. in Sertor. *Et cum Sertorio, Οτι δει τ̄ στρατηγῶν, κατόπιν μᾶλλον, ἢ κ̄νι πρόσωπον βλέπειν. Quòd oporteat ducè respicere magis, quàm prospicere.* Ianus ille esto.

Caeso apud Veget. i. *Præliorum enim delicta emendationem non recipiunt.* cap. xlii.

Pluzarch. Apoph. *Et ut ille aiebat, Οὐκ ἔστιν ἐν πολέμῳ δις ἀμάρταναι ἢ Non licet in bello bis peccare.*

Z 2

Atqui

Nam pro-
peri, ruunt:

Atqui peccat pænè necessariò, qui festinat. *Temeritas*, Liuius
XXII.
præterquàm quòd stulta est, etiam infelix.

Nónne exposita ad omnes laqueos? Polybius pulchrè :
 ποροπέειά γα μὴ καὶ θρασύτης καὶ θυμὸς ἀλογῶ, ἔτι δὲ κροδοζία καὶ Lib. III.
 τυφῶ, ἀχίρωτα μὲν τοῖς ἐχθροῖς, ἐπιφοπέεσατα δὲ τοῖς φίλοις. πρὸς γὰρ
 πᾶσαν ἐπιβελῶ, ἐνέδραν, ἀπατίλωέτοιμῶ ὄγα τοῖστῶ : *Celeritas* &
Audacia & *Impetus præter rationem*, & *Vanitas ac typhus*, ho-
stibus quidem opportuna, noxia verò maxime amicis. Nam ad
omnes insidias, fraudes, atque astus obnoxius est hic talis.

Agunt, non
parvans.

Quòd si tamen non labitur: quid efficit? parum. & *Te-
meritas* ubi primum impetum effudit, sicut quedam animalia, Curt. IV.
amisso aculeo, torpet.

Lenti, fir-
miores:

Ergo omnino ex Euripidæo scito,
 Ασφαλὴς μὲν ἐς ἀμείνων, ἢ θρασὺς στρατηλάτης : Euripid. in
Phœnic.
Melior est Dux circumspēctus, quàm proiecētè audaculus.

Sine timidum, pro cauto; tardum, pro considerato; imbellem pro Liuius
XXII.
perito belli vocent:

Sine leti sint in vulgus milites, ferocia ducis. Indid.

Efficacio-
res.

Malo te sapiens hostis metuat, quàm stulti ciues laudent. Indid.

Ista nubes, que sedit in montibus, sollicitata procella aliquan- Indid.
do imbrem dabit.

Non enim ego vt nihil agatur, moneo: sed vt agentem te ratio Indid.
ducat, non fortuna.

IV.
Felicitas.

Qua à calo
est.

Quanquam vtinam & ista adsit! Nam quarto loco in
 Duce desidero FELICITATEM. Ea sanè coines ferè con-
 filij & rationis est, sed tamen paullò benigniùs quibusdam
 adtributa à Deo. Ille vnus eius auctor: eamque præstare à Cicero pro
leg. Man.
seipso nemo potest.

Θεὸς δὲ δῶπος ἔστιν Ὀτυχεῖν βροτέας:

Felicitas est munus à summo Deo. Prouerbia-
lis versus.

Et si igitur Prouidentia potēs valde ad successum, tamen
 ego

In Epi-
nom. ego cū Platone cenſeo, στρατηγικὴν τὴν ἐπιτυχίαν πλείστην δειομένην:
Militarem artem plurimam fortuna egentem.

Euſtat.in
Iliad. Sunt enim quidam profectò ἐπιτεταμένοι γεννηθέντες: *quarta* ^{Minimè}
luna nati. ^{quibusdam}
^{attributas:}

Et Agell. *Qui domi habent equum Seianum.*

Adeò cuiicumque rei manum aut mentem admouent, ^{Aliis velus}
ea se auertit. Contra alij, ^{agnata.} *quibus etiam venti tempestatesque ob-*
secundant.

Ibidem. Itaque in Ducibus diligendis, hanc quoque fortem aspi-
ciam. & existimo olim Maximo, Marcello, Scipioni, Mario, &
ceteris magnis Imperatoribus, non solum propter virtutem, sed
etiam propter Fortunam, saepius imperia mandata, atque exercitus
esse commissos.

Cicero pro
Leg. Manil. Postremum AVCTORITATEM requisivi. *Vehemen-* V.
ter enim pertinet ad bella administranda, quid hostes, quid socij de ^{Auctoritas,}
Imperatoribus existiment.

Ea* proles maximè Felicitatis videtur: tamen apud Tuos ^{*Dixi lib.}
etiam paranda ab astrictâ quâdam Imperij formâ. Vegetij ^{iv. cap. ix.}
monitum prudens: *Dux, inquit, Auctoritatem maximam seu-* ^{Seueritas}
ritate sumat, omnes culpas militares legibus vindicet, nulli erran- ^{eam gignit:}
tium credatur ignoscere.

Nam faciles profectò isti & mites, vileſcunt. Benè olim ^{Dux faci-}
Scipio: *τὰς μὲν ἀσπρὰς καὶ ἐνόμους τῶν στρατηγῶν, τοῖς οἰκείοις τὰς δὲ ἐυχα-* ^{lis, inutiles:}
ρὰς & φιλοδωροῦς, τοῖς πολεμίοις ἐξοπλισμένους: Ducum austeros & ri-
gidos, suis; at faciles & largitores, hostibus esse utiles.

Ibidem. *Quid ita? τὰ γὰρ στρατόπεδα τοῖς μὲν ἐς τὴν καχάρισμένα τὰ κατὰ φρο-* ^{Contem-}
νητικά: τοῖς δὲ σαυθροῦσιν μὲν, ἀπειθῆ δὲ καὶ παῖσιν ἔροισα: Nam istis ^{pens suis.}
quidem (facilibus) milites delectari videntur, sed eosdem conte-
mmunt: illos (austeros) auersari, sed iisdem obediunt, & per
omnia parent.

Tacit. r.
Hilloc. Imò reuera nec *militibus quidem isti ingrati, eandem virtu-* ^{Contra,}
tem admirantibus cui irascuntur. ^{Semerus}
^{estimatur.}

Atq; aded
amatur, si
in tempore
benignus.

Præsertim si temperetur interdum aliquâ comitate. *Nam Indid. fauorem militum vt largitione & ambitu malè acquiras, ita is per bonas artes haud spernendus.*

Vti sunt, *Exercitatio corporis inter ipsos, cultus habitusque paulùm à priuato differens.* Curtius III.

Item, vt quis inops aut saucius, *vestem & fomenta dilargiri:* Tacit. I. Annal.

Alijsque vel ingenij dotibus vel animi artibus, vt pariter ca- Curt. III. rus ac venerandus sis, efficere.

CAPVT XVI.

Consilia necessaria bello esse. Eorum specimen sive gustus; itemque monita, que vsui Ante pugnam, & In pugna.

Consiliorum
utilitas.

AC de Viris, vniuersè iam absolui. Consilia superant, vltimum sed necessarium Belli instrumentum. Quid sine ijs Apparatus omnes sunt? funus. quid Viri? funus. Nec verbis ostendi opus: *Periculo atque negotiis compertum est, ingenium in bello plurimum posse.* Sallust. Catil.

Imperatori
ea necessa-
ria.

Videbisque magnos Duces *plura cõsilio, quam vi perfecisse.* Tacit. II. Annal.

Ideò Cæsar definijt, *Non minus esse Imperatoris consilio su- perare, quam gladio.* I. Comm. Bell. Ciuil.

Et Carthaginiëses, *Duces bella prauo consilio gerentes, etiã si prospera fortuna subsequuta esset, cruci tamen suffigebant. quod bene gesserant, deorum immortalium adiutorio; quod malè commiserant, ipsorum culpæ imputantes.* Val. II. cap. VII.

Euentus
plerumque
ab illis.

Nec sanè immeritò. Nam etsi *multum cum in omnibus re- bus, tum in re militari potest fortuna,* Cæf. Com. VI.

Et quidquid est prosperè gestum, id penè omne ducit suum: Cicero pro Marcell.

Tamen profectò Consilij quoque magnæ & validæ hîc partes sunt: ab eoque bono, illa ferè bona. Quo ad spectu dixit Attius, *Fabrum esse suæ quemque fortunæ.* Apud Sallust. ad Cæf.

Et Fabius: *Bono Imperatori haud magni momenti fortunam esse: mentem rationemque dominari.* Liuius XXI I,

Consilia

Ibidem. Consilia igitur adhibenda. sed quæ, aut quomodo? ægrè dixerim. Nam *Consilia magis res dant hominibus, quàm homines rebus.* Tamè contra præscribere, arduum.

Thuc. 1. Iis te aptare debes: præsertim in bello. *Ἡμισα γὰρ πόλεμος ἐπιήροισι χερσὶ, ἄντις δὲ ἀπ' αὐτῶν τὰ πολλὰ περὶ τὸ ἐξουχάρον:* *Minimè omnium enim bellum ex decretis procedit, sed ipsum ex se multa inuenit, & ut res sunt nata.*

Livius XII. Sed nec decorè fatis dixerim. An ego iam nunc locatus in urbe sciam, quæ tibi armato gerenda sint? Et nonne in me carpat.

Ridear, nec immeritò aliquis me dixerit delirum illum Phormionem. Itaque numquam hoc mihi sumam, ut tanquàm è sublimi, Sagatis aut Paludatis, in Togâ meâ præcepta dem: sed saltem ex magno Cōsiliorum aceruo pauca seligam, & velut pugno præferam in exéplum. Quod tamen ut partitè & inethodo aliquâ fiat, distinguo Consilia, in Recta & Obliqua. Illa appello, **QVAE PLANAM ET MILITAREM VIAM INEVNT: Hæc, QVAE OCCVLTAM ET FRAVDIVM ATQVE ASTVVS SEMITA GRASSANTVR.** Prioris generis hæc sunt. Specimen eorum damus. Consilia nobis duplicia.

Polyb. ix. OCCASIO in bellis obseruanda. *κρατεὶ δὲ ἐπι πάντων μὲν τῶν ἀνθρώπων ὁ καιρὸς, μάλιστα δὲ τῶν πολεμικῶν:* *Valet verò in omnibus humanis rebus & pollet Occasio, sed maximè in bellicis.* Occasionis prima ratio.

Veget. III. cap. XLV. Occasio in bello solet amplius iuuare, quàm Virtus.

Livius XIII. Itaque armatus intentusque sis, ut neque tue occasione desis, neque suam hosti des. Illam accipiendam.

Idem lib. XVII. Id est viri & ducis, non deesse Fortune præbenti se, & oblata casu flectere ad consilium.

Curr. VIII. FAMAE seruiendum. Nam *Famâ bella constant, & sæpè etiam quod falsò creditum est, veri vicem obtinuit.* Fama ratio altera.

Livius XVII. Fama bellum conficit (ait alius,) & parua momenta in spem metumve impellunt animos. Cuius momenta sunt in bello.

Tac. III. Annal. Præsertim sub initia. & Fama in nouis cæptis validissima est: *Primis-*

Primisq̄ue euentibus, metus aut fiducia gignitur.

xii. Ann.

Scito igitur *instandum fama*; & prout prima cesserint, fore *in Agric. vniuersa.*

*Nec tamen
semper au-
dienda:*

Sed FAMAЕ etiam NON feruendum: in ipsâ, inquam, ratione gerendi belli. In eâ enim *aduersus famam rumoreſque hominum firmus stabis.* Liuus. xxi.

*Magis re-
paratio.*

Et *quæ probanda sunt, non quæ vtiq̄ue probabuntur, sequeris.* Vell. ii.

Nec *vnquam consilia Ducis, iudicio exercitus, sed exercitus, Providentiâ Ducis regendus est.* Ibidem.

Malè imperatur, cùm regit vulgus Duces.

Seneca
Octau.

Scito *militibus cupidinem pugnandi conuenire; Duces, providendo, consultando, cunctatione sapius quàm temeritate prodesse.* Tacitus
iii. Hist.

*Mala in
bellis Secu-
ritas:*

SECURITAS fugienda. Nemo *celerius opprimitur, quàm qui nihil timet.* Vell. ii.

Et *frequentissimum initium calamitatis, Securitas.*

Indid.

*Hostium q̄
conſcriptio.*

Sapè & *contemptus hostis cruentum certamen edidit, & in-
clyti populi regesq̄ue perleui momento victi sunt.* Liu. xxi.

*Nihil tutò in hoste despicitur. quem spreueris, valentio-
rem negligentia facies.* Curt. vi.

*Metuens
quad. in
cura fit.*

Itaque ego *vt nihil timendi, sic nihil contemnendi auctor sim.* Liu. vi.

Sapè *in bello, paruis momentis, magni casus intercedunt.*

Cæsar. i.
Bel. Ciuil.

*Nihil par-
uum in
bello.*

Et *nihil tam leue est, quod non magna interdum rei momentum
faciat.* Liu. xxv.

*Quò magis præceptum illud in omnium animis esse debet: Nihil
in bello oportere contemni. nec sine causa dici, Matrem timidi fle-
re non solere.* Aemil.
Prob. in
Thraf.

*Fiducia
semper no-
xia.*

Incredibile est, *Nimia fiducia quantæ calamitati solet esse.* Idem in
Pelop.

*Exploratio
in hostes
utilis.*

INQUIRENDVM in omnia. *Tuum, & hostium exercitum,
locorum situm, naturam regionis nosce.* Liu. xxi.

Pulchrum

Ibidem.

Pulchrum in Annibale elogium : *Omnia ei hostium, haud secius quàm sua, nota erant.*

Plutarc. in
Agr. &
Cicrom.

Displicet illud Spartanorum: qui interrogare soliti, Οὐχ ^{Qui, qualis, quanti?} ὅποσοι εἰσίν, ἀλλὰ ποῦ εἰσίν : *non quot essent, sed ubi essent?*

Veget. III.
cap. XXV.

Prætumidum est. Ille *difficilè vincitur, qui de suis & aduersarij copiis verè potest iudicare.*

Polyb. III.

Sed in primis Ducis ipsius ingenium nosce. Οὐ γὰρ εἰκὸς ἀλλοτρίως εἰπεῖν, ὡς εἰ τις ὀρεῖται κλεῖότερόν τι μέρος εἶναι στρατηγίας ἢ γινῶναι ἢ ἀποραίρεσθαι καὶ φύσιν ἢ τὴν ἐπιαντίων ἡγαιόντων, ἀγροῖ καὶ ταύρω): *Nec enim aliter ego dixero, quàm si quis censet aliud magis proprium esse boni Ducis officium, quàm hostium Imperatoris ingenium naturamque nosse, errare eum, imò insanire.*

Liu. VII.

Inquire & in mores naturamque hostium. Nam quorundam *in impetu vis est, qui parua uidem morà languescunt.* ^{Cuiusmodi etiã hostes?}

Tacit. XII.
Annal.

Vt plerique Barbari. quorum *impetus acres cunctatione languescunt, aut in perfidiam mutantur.*

Ibidem.

Hoc quoque tenta. *nece moras, muta locos, et missis (nempe occultè) corruptoribus, exuendam ad fidem hostes emergere.* ^{Eorum fides tentanda:}

De Morib.
Germ.

Aut certè dispara eos & diuelle. *Nihil præstare maius Fortuna potest, quàm hostium discordiam.* ^{Aut turba immittenda:}

Veget. III.
cap. IX.

Atque inter eos discordiarum serere causas, sapientis est Ducis. *Nulla enim quamuis minima natio (ò verbum notabile) potest ab aduersariis perdeleri, nisi propriis simultatibus se ipsa consumpserit.* ^{Oraculum.}

Videndum Q V A N D O pugnes. Me iudice, nunquam temerè. ^{Tempestiuè pugnandum:}

Claudian.

— Ductorque placebit,
Qui non præcipiti rapiet simul omnia casu;
Sed qui maturo vel leta vel aspera rerum
Consilio momenta regens, nec tristibus impar,
Nec pro successu tumidus : spatiumque morandi,
Vincendi que modum, mutatis noscet habenis.

a

Paullus

Id est, raro.

Paullus Æmilius dixit, *Perrarò nimis, bonum Imperato- rem signis collatis decertare, nisi summa necessitudo, aut summa ei Occasio data esset.*

Sempron. apud Agel. Noct. lib. XII. cap. XXI.

Cæsar Augustus dixit: *Prelium aut bellum nunquam suscipiendum, nisi cum maior emolumenti spes, quam damni metus ostenderetur.*

Sucton. cap. XXV.

Incerta enim illa alea.

Αδύλα γὰρ τὰ τῆς πολέμου, καὶ ἔξ ὀλίγου τὰ πολλὰ, καὶ δι' ὀργῆς αἱ ἐπιχειρήσεις γίνονται. πολλάκις δὲ τὸ ἔλαστον πλεῖστον δίδωσι, αἰετοὶ ἡμῶν αὐτοῖς πλεονάζουσι, ὅτε τὸ καταφρονεῖν τὰς ἀπαρασκευάστων ἀγχιᾶν: *Incertæ enim res bellicæ, & multa ex paruo, & aggressiones ferè per impetum sunt. Sapè autem vel minor multitudo maiorem propulsavit ac vicit cum metu incedens, quoniam hæc ob contemptum imparatior est.*

Thuc. II.

Incerti exitus pugnarum, & Mars communis: qui sæpè spoliantem iam & exsultantem evertit & percudit ab abiecto.

Cicero pro Mil.

Aliâ magis viâ debellandus hostis.

Ergo hîc lentè præsertim aduersus hostem, quem Tempus deteriorẽ indies & Locus alienus facient:

Liu. VI.

Qui in hostili est terrâ, inter omnia inimica infestaque:

Idem XXI

Quem nullæ vrbes accipiunt, nulla mœnia.

Ibidem.

Morâ sæpè frâgendus.

Hunc talem dubitas quin sedendo superatus sis?

Ibidem.

Multa bella impetu valida, per tedia ac moras euanuere.

Tacitus II. Hist.

Tamen interdum & Pugnâ.

Nec de pugnâ tamen semper abiuo. Nam stultitia sit, sedendo ac votis debellari credere posse:

Liuus XXI.

Καὶ ἐν τῷ μέλλειν πολλάκις τοῖς ἀρχεσὶ καὶ τῷ καλῆς ὡργανισμῶν ἀλλοιοῦται π: *Et in tardando, sæpè Ducibus etiam optimi Apparatus pars aliqua perit:*

Xenophon VII. Pæd.

Idè, pro re & temporibus.

Sed consilio & iudicio, rem mitti in discrimen iubeo.

Tacit. II. Hist.

Puta, si diu subsistere non potes:

Nempe si in arcto tuæ res: non comæatum, non supplementum, non pecuniam habeas.

Liuus XXI.

Cum bonis diis educ in aciem, copiamque prægnandi facito.

Indid.

In re-

Idem lib.
xxv.

In rebus asperis & tenui spe, fortissima quaque consilia tutissima sunt.

Et, ut poëta quoque monet,

Seneca
Agam.

Capienda rebus in malis præceps via est.

Veget. III.
cap. IX.

Aut, si tua pars palàm potior. de quo tamen serió, & nihil tibi blandiens, cognosce. *Dux vigilans, sobrius, prudens, tanquam de civili causâ inter partes iudicaturus, adhibito consilio, de suis & adversarij copiis iudicet. Et si multis rebus superior invenitur, opportunum sibi ne differat conflictum.*

Aut si merito præsumis victoriam.

Liv. VI.

Aliter, ne utiquam mihi placeat, quando nulla cogat res, committere se Fortune.

Aliàs, noxia semper pugna.

Luid.

Sanè isti, qui magis animis quàm viribus freti, ad certamen descendunt,

Tacit. IV.
Histor.

Festinatium temerè prælium pari formidine deserunt.

I. Histor.

Quid si & in Diuina modicè inquiras? modicè dico, & sine superstitione. Haud spernenda omnino videntur cælo terraque prodigia, & fulminum monitus, & futurorum præsentia, leta, tristia, ambigua, manifesta.

Prodigiõrũ habenda ratio.

Curt. III.

Imò nec Somnia. Nam instantibus curis, agitant sæpè per somnum species imminentium rerum: siue illas agritudo, siue diuinatio animi præsentis accersit.

Fortasse & Somniorũ.

Tacit. I.
Histor.

Sanè ego te nolim contemptorem talium, ut fortuitorum.

Amm. XXI.

Nam amat Benignitas numinis, seu quòd merentur homines, seu quòd tangitur eorum affectione, his quoque rationibus procedere que impendent.

Veget. III.
cap. XXI.

Videndum QUOMODO pugnes. Captãda primò Tempora. ut imparatis, cibum capientibus, in itinere lassis, equos suos pascentibus, ac nihil tale suspicantibus, superuenias.

Pugna in eundem ratio.

Idem III.
cap. IX.

Boni enim Duces, non aperto Marte, in quo est commune periculum, sed ex occulto semper attentant.

Subitò aut ex insidiis.

Ibidem.

Quo casu, tui audent, illi trepidant. *cauendumq; ne dubitentem*

tantem aut formidantem exercitum ad pugnam publicam aliquando producas.

Nifi quòd simulare metum, interdum haud malum: *¶ Tacit. II. Annal.*
spe victoria inducere, ut vincantur.

*Aur cum
opportuniū
se dat ho-
stis.*

Item illud vtile, videre quando hostis imprudentiā ruat, *¶ II. Hist.*
(quod loco sapientia est) alienam stultitiam opperiri.

Ὅστις δὲ τὰς ἀμάρτιας τῆς ἐναντίας, καέλιστα ἰδὼν, καὶ ἅμα πρὸς τὴν ἑαυτοῦ Thucyd. v.
 δυνάμιν τῆς ἐπιχειρήσειν ποιῆσιν, μὴ δὲ πρὸς τὴν προφανοῦς μάλλον καὶ ἀτιμωτά-
 ταχθεῖται *¶*, ἢ ἐκ τῆς πρὸς τὸ παρὸν εὐμφορέσθαι *¶*, πλείους ἀνορθοῦτο: Qui-
 cumque peccata aduersariorum optimè videt, *¶* simul pro sua co-
 piā eos aggreditur, non tam ex aperto *¶* quasi acie palam instru-
 etā, quam ex vsu presenti, plerumque huic res succedat.

Ad summam, cūm id potest, Tempora obserua. *quia se Liu. xv.
 in occasionis momento, cuius prateruolat opportunitas, cunctatus
 paullum fueris, nequicquam mox omisam querare.*

Dixi, cūm potest. Nam certè *Necessitas ante rationem est, Curt. vii.
 maximè in bello. quod rarò permittit tempora legere.*

*Loci haberi
da ratio.*

Secundò Locus considerandus: *utrum inimicis, an tibi vi- Veget. III.
 deatur accommodus. cap. IX.*

Hic quoque enim momentum, & ampliùs prodest Locus *cap. xxvi.
 sepè quam Virtus.*

Exempli causā. *Si equitatu audemus, campos debemus opta- cap. IX.
 re: si pedite, loca eligere angusta, fossis, paludibus, vel arboribus
 impedita.*

Sæpè etiam iuuat, si is ita captus, ut tuis sit *necessitas in lo- Tacit. II.
 co, spes in virtute, salus ex victoria. Annal.*

Sanè propinqua munimenta aut moenia, quanto plus *spei III. Hist.
 ad effugium, minorem ad resistendum animum dare solent.*

*Instructio-
nis haberi
da ratio.*

At tertio, momentum vel maximum in Acie. quæ si sa- *Veget. III.
 pienter disponitur, plurimum iuuat: si imperitè, quamuis optimi cap. XIV.
 bellatores malā dispositione franguntur.*

Variā

Iliad. 9.

Varia de eâ præcepta : quod melius illo Homérico?

Homericus
aciei ordo.

Ἰππῆας μὲν ἄρῳα σὺν ἵπποισιν ἢ ὄχεσφι,
Πεζοὺς δὲ ἄροπιθον ἑῖπον πολέας τε καὶ ἐσθλοὺς,
Ἐραστὸν ἔμην πολέμοιο κακοὺς δὲ εἰς μέσσον ἔλασσω,
Ορεα καὶ οὐκ ἐθέλων τις ἀναγκαίῃ πολεμίζῃ.

Atque Equites posuit cum Curribus ordine primo :
At Peditum à tergo, floremque & robora, belli
Munimen septumque : sed in medio agmine viles
Ignavosque, vti vel nolentes depugnarent.

Veget. 111.
cap. XVII.

Cui accedit militaris Doctor. Ad victoriam, inquit, plurimum confert, vt lectissimos de peditibus & equitibus habeat Dux post aciem in subsidiis præparatos.

Subsidia
semper ha-
benda.

Thuc. v.

Imò quasi in insidiis. τὸ γὰρ ἐπὶ τὸν ὕστερον, διπλοῦτερον ἔστι πολεμίοις τὸ παρόντι καὶ μαχομένοις : Nam qui superueniunt, terribiliores sunt hosti, iis qui in manibus sunt & pugnant.

Causa. quia inopinata maximè mouent : &, vt ille ait,

Inopinata
terrens.Veget. 111.
cap. LXVI.

subita conterrent hostes, vsitata vilescunt.

Plutar. in
Catone
maiore.

Ita clamor aliquis repentinus, aut imago & aspectus, fugâ sæpè exercitum impleuit. καὶ τὰ τοιαῦτα ἤξιφοι μάλλον καταπαύει τούτων ἐναντίας : & hæc talia, magis quàm gladius, consternant hostem.

Tacit. de
Morb.
Germ.
Cult. IV.

Primi in omnibus præliis oculi vincuntur :

Observa.

Siue etiam Aures. videbisque militem vanis & inanibus magis, quàm iustis formidinis causis moueri.

Tacit. 111.
Histor.

Noto amplius. in struendâ Acie plerumque vtile, per gentes eam nationesque disponi : cum ob alias causas, tum vt discretus labor fortes ignavosque distinguat, atque ipsâ contentione decoris accendantur.

Diuidenda
per natio-
nes acies.

In Agric.

Idque ita, vt exteri aut mercenarij proximi sint discrimini : tibi scilicet ingens victoria decus, citra domesticum sanguinem bellanti.

Veget. 112
cap. LXVIII

Semper autem studere debes, vt prior instruas aciem.

In tempora
instruenda.

Causâ duplici. primùm, quia ex arbitrio tuo potes facere, Ibidem.
quod tibi vtile iudicas, cùm nullus obsistit.

Deinde quòd & tuis auges confidentiam, & aduersariis mi- Ibidem.
nuis. quia fortiores videntur, qui prouocare non dubitant.

Plus animi est inferenti periculum, quàm propulsanti.

Liuius
XXVII.

Dux sit cõ-
fidens &
latus.

Quò valdè item pertinet, si antè & in pugnâ Dux ala-
cer, ardorem animi vultu oculisque præferens.

Vell. II.

Quid enim andeant, si te videant segnem, & velut animi Tacit. III.
captum, huc illuc clamoribus circummagi? Histor.

Profectò necesse est ad fugam parati sint, qui Ducem suum sen- Veget. III.
tiunt desperare. cap. XXII.

Suos hortat-
ur.

Excita, & doce: Quò timoris minus sit, eò minus fermè peri- Liu. XXII-
culi esse.

Effugere mortem, quisquis contempserit, timidissimum quem- Curtius.
que eam consequi.

Semper in prælio his maximum periculum esse, qui maximè ti- Sallust.
ment. Audaciam pro muro haberi. Iugurth.

Ne pigros quidem sibi fata disponere, sed vnicum bonum diu- Curt. IX.
turnam vitam existimantes, sæpè acerbâ morte occupari.

Hæc taliaque (pauca pono in exemplum) opportunè dif- Tacit. XIV.
feres: & quanquam virtuti confidas, tamen exhortationes & Annal.
preces miscebis.

In va tropi-
dâ non tre-
pidet.

Iam pugnâs. Tui inclinant? ne diffide. Euentus omnium Veget. III.
(aut certè, plurimum) præliorum, inter initia contra illos magis cap. XXV.
fuit, quibus victoria debebatur.

Hic animo opus, ut nullum, in tali trepidatione, constantis Tacit. III.
Ducis aut fortissimi militis officium omittas. Histor.

Suos sifiat,
& incitet.

Occurfa pauentibus, retine cedentes; vbi plurimus labor, vnde Ibidem.
aliqua spes, consilio, manu, voce, insignis hosti, conspicuus tuis.

Audi poëtam de Cæsare:

Ipse

Lucanus
lib. VII.

*Ipse manu subicit gladios, ac tela ministrat,
Promouet ipse acies, impellit terga suorum,
Verbere conuersæ cessantes excitat hastæ.*

Veget. I II.
cap. XXV.

At contra, Tui vincunt? cohibe; nec nimis diffunde. *Providè in
Victoriâ
agendum.*
*Frequenter iam fusa acies, dispersos ac passim sequentes, repara-
tis viribus interemit.*

Tacit. II.
Histor.

Satis citò incipis victoriam, vbi provisum fuerit ne vincare.

In Agric.

Aliquando etiam victis ira virtusque.

Veget. III
cap. XXV.

*Præsertim si nimium instas. Clausis ex desperatione crescit
audacia, & cum spei nihil est, sumit arma formido.* *Non pertinaciter in-
standum.*

Curt. VI.

Reprehenfi ex fugâ pugnabunt, quia fugere non possunt.

Veget. III.
cap. XXI.

*Ideò Scipionis laudata sententia est, Viam hostibus quâ fu-
giant muniendam.* *Via mu-
nienda ad
fugam.*

Frontin. I I
cap. VI.

*Et Pyrrhus inter cetera præcepta Imperatoria, memoria tradi-
dit, Non esse pertinaciter instandum hosti fugienti. non solum, ne
fortius ex necessitate resisteret, sed vt postea quoque facilius acie
cederet.*

Tacitus
IV. Histor.

*Quod postremum, callidum ego scio, & aptum in mili-
tiâ totâ. Denique à prædâ etiam arcendus miles. Nimis sæ-
pè obstitit vincentibus prauum inter ipsos certamen, omisso hoste,
spolia consecrandi.* *A prædâ
arcendi mi-
lites donec
planè vici-
runt.*

CAPUT XVII.

*De callidis Consiliis siue Strategematis: An vti iis ius & fas?
Nostrâ sententiâ, non vtilia ea solum, sed gloriosa.*

Frontin.
I. Præfat.

PRIORIS generis Consiliorum specimen vides. venio *Stratego-
mata quid,
& quo fine?*
*ad genus alterum, flexuosum magis & occultum: quo-
rum vis propriè in arte solertiaque posita proficit, tam vbi cauend-
us, quàm vbi opprimendus est hostis.*

*Ea, Græcanicâ voce, Strategemata dicimus: credo, quia
aut manât inveniunturq; à Duce, vel quia bono illo maxi-
mè digna. In quo tamen controuersie aliquid nobis, cum
simplici* *Causa no-
minis.*

Quidam ea damnant:

simplicibus illis candidisq; naturis. quæ damnant; & aiunt esse veri militis, imò viri, non fraude, neque occultis, sed palàm armatum, hostes suos vlcisci.

Tacit. 11. Annal.

Stare pro iis poëta videtur:

Ουδεις ανηρ δ' ψυχῃ αξιῳι λάθεε

Κτῆναι τ' εχθρον :

Vir nemo mentis altæ clanculum velit

Occidere hostem.

Euripides in Rheso.

Et populi nonnulli spreuerunt,

Atque etiam populi quidam noui & veteres. vt ab illâ ipsâ fallace Græciâ, Achei: qui, Polybio narrante & laudâte, Ἐσοῦτον ἀπὴλλοξιδόντοτ' κερκοιχαρῆν, ὡς' εἰδὲ τοὺς πολεμῖους ἠεθύντο δ' ἀπάτης νικῆν: in tantum abhorrebant à machinationibus istis & struendis dolis, vt nec hostes suos vellent per fraudem vincere.

Lib. x i i s.

Quasi partium generosa.

Caussam idem addit. Ὑπολαμβάνοντες, inquit, ἔτι λαμπρῶν, εἰδὲ μὲν βέλαιον εἶν' τ' κατορθωμάτων, εἰαὶ μή τις ἐκ ποροφανοῦς μαχόμενος ἠτήση ταῖς ψυχαῖς τοὺς ἀνπαττομῖους: Censentes, neque splendidam neque firmam vllam victoriam, nisi quis palàm & ex conducto depugnans, animos quoque deiecisset aduersariorum.

Ibidem.

Scilicet

— nulla est Victoria maior,

Quàm quæ confessos animo quoque subiungat hostes.

Claud. in vr. Confular. Honor.

Parum efficacia ad plenam victoriam.

Nam reuerâ, qui dolo succubuerunt, facilè iterum insurgunt: non virtute, sed occasione & arte Ducis victos se rati.

Tacit. Agric.

Atq; etiam contra bonam fidem.

Denique scripsit Romanus quispiam: Eam vir sanctus & sapiens sciet veram esse victoriam, quæ saluâ fide & integrâ dignitate parabitur.

Florus 1. cap. x i z.

Nos contra sentimus.

Atqui nōne vtraque, inquit, hîc periclitantur? & vbi dolus ac supplantatio, vix fides esse potest, certè non dignitas salua. Hæc sunt quæ ab iis dicuntur: ego contra dissero, & repono. Primùm, hostem esse, in quem ea vsurpamus. id est, quem perdere mos fasque fit: & quid refert quo modo?

Hostem omniviam laedere.

Tritum illud poëtæ innotuit,

— Dolus an virtus, quis in hoste requirat?

Virg. 11.

Cum

Cum quo poëta alter :

Pindar.
Isthm. od.
iv.

— χη δὲ πᾶν ἔρ-
δοντ' ἀμαυρῶσαι τὸν ἐχθρόν.
— oportet quidlibet
Conantem, frangere aduersarium.

Ecce venator etiam feras quasdam vi & manu interficit, ^{A simili.}
quasdam occultus subsistit & laqueis aut retibus captat : quis
reprehendit? A laude propius totum hoc genus insidiarum
abesse videtur, quam a culpâ. Certè vir & dux bonus Brasi-
das, ita effatur: τὰ κλέμματα ταῦτα καλλίστη δόξαν ἔχει, ἀ τὸν πολέ- ^{Ab testi-}
μοι μάλισ' ἀν τις ἀπατήσας, τὲς φίλους μέγισ' αὐ ὠφελήσασιν : ^{bui.} Illa belli
furta pulcherrimam laudem habent, per quæ hostes maxime deci-
piuntur, & amici plurimum iuuantur.

Thuc.v.

Lib. ix.

Ipse Polybius admirator paullo antè Achæorum, palàm
ad nos transit. & ait τῆς καὶ πόλεμος ἔργων ἐλάττω τὰ περιήλως καὶ
μὴ βίας ἔπιτελέμεθα, τῆς μὴ δόλῳ καὶ σὺν καιρῷ παραιτομένων: Facino-
rum militarium ea esse minoris laudis ac momenti, quæ pro palàm
& per vim patrantur, his quæ ex occasione & per dolum.

Plutarch.
Marcell.

Quòd si gens etiam genti opponendo: an Spartanos ap- ^{Spartano-}
pendere cum Achæis verear in eadem lance? imò virtute & ^{rum de his}
fortunâ præponderabunt. Illi igitur, καίπερ ὄντες πολεμικώτατοι, ^{iudicium.}
μείζονα καὶ μᾶλλον ἀνθρώπων παρέπεσαν ἢ γέντο τῶν δολῶν καὶ συκοφαντίας
παράξιν, ἢ τῶν μὴ βίας καὶ ἀνδρείας: et si ruginacissimi, tamen digniorem
magis quæ convenientem homini censebant actionem ratione &
mente institutam, quam illam per vim aut robur.

Ibidem.

Ideo quæ θύει μὲν ἐν Σπάρτῃ τῆς δάπος ἐατήρων, ὁ μὲν δι' ἀπατίας ἢ ^{Qui ante-}
πειθεὶς ὁ βέλει) δευραξάμεν) βίη· ὁ δὲ δὴ μάχης, ἀλεχφύβια : Spar- ^{posuerunt}
τα, è Ducibus qui se abdicant, ille qui rem dolo aut suasionem confe- ^{hac testa}
cit, bouem immolat : qui praelio, gallum. ^{rectis.}

Maiorem scilicet minoremque victimam, pro re tali.
At negat, inquit, Euripides esse viri generosi. Errant. non ^{Responsa}
ille de hoste publico aut praelijs loquitur : sed sentit de pri- ^{ad rationes}
uatis inimicitijs, in quibus locum (iustè quidem) esse non ^{aduersas.}
vult huic fraudi. aliud est in bellis. Nam etiam Romani ve- ^{Distinctio}
- ^{inter ho-}
- ^{stes.}

b

teres,

teres, auidi aliàs & tenaces regiæ huius viæ, quemdam bonum Dolum dicebant, & pro sollertiâ hoc nomen accipiebant: maximè si aduersus hostem latronemve quis machinaretur.

Vlpian. l. i.
De dolo.

Christiana
sanctio.

Quid verbis opus est? Ipse sacrorum Antistes definiuit, Cùm iustum bellum suscipitur, vt apertè pugnet quis aut ex insidiis, nihil ad iustitiam interest.

August. in
Question.
super Io-
suc, qu. x.

Ad Flori
responsio.

Nam quòd Romanus ille scriptor damnare videtur, ille verò non damnat. Saluam tantùm in ijs vult Fidem & dignitatem. Nam contra fœdera aut pacta fraudem quis probet? quis item vilem aliquam & abiectam? vt si quis hostem veneno tollat, aut clam immisso emptoque percussore. Hæc

Qua frau-
des bona.

talia sperne, & cum Agesilao cense: Αποσπειρο αμεινον μεν αδικως, ασεβεις τας δε πολεμους εδωλογιζεσθι, ε μινον δικαιον κατ επιδουζον, αλλα κη ηδου, ε κερδαλεος: Fœderatum iniuste fallere, impium, at hostes, non solum iustum, sed etiam suauem & fructuosum est.

Plutarch.

Hos tales, cum Homero,

Adhorta-
tio ad eas.

Κτενης ηε δολω, η αμπαδον οζει χαλκω:

Odyssæ.

Confice siue dolo, seu stricto cominus ense.

Laudatio.

Οντως γδ εδεν κερδαλεωτερον εσ πολεμου απάτης: Reipsa enim nihil utilius in bello dolis.

Xenoph.
Hipparch.

Quorum specimen quid à me hîc expectes? Frontinum & Polyænum è veteribus habes: & non nemo etiam hodie percoluit illum campum.

CAPVT XVIII.

Quid post Pugnam faciendum videatur: & in Victoriâ, siue Clade, quomodo Princeps salubriter & decorè se gerat.

Ad Victo-
ria usum
via præ-
cepta.

AD Pugnam Consilijs meis fatis te instruxi: aliquid etiam de ijs quæ post Pugnam vsui sunt, dicâ, & hoc velut flexu ducam te ad candidam illam metam: id est, Pacem. Post Pugnam, aut Victoria est, aut Clades. In illâ tria præcipio: vt Cautè eam habeas, vt Leniter, vt Modestè. Cautè idcò, quòd fermè fit vt res secunda negligentiam creent: Lilius xxx

Atque

Tacitus
Agric.
iv. Histor.

Atque ita aliquod vulnus per nimiam fiduciam accipiatur.

Cautela
adhibenda:

Crebra autem, et si modica damna, famam partæ victoriæ la-
cerant.

Leniter etiam: quia suapte naturâ ea cruda.

Lenitas:

Seneca
Troad.

— Regi frenis nequit
Et ira, & ardens hostis, & Victoria,
Gladiusque felix. cuius infecti semel
Vecors libido est.

Tac. i. i.
Histor.

Regenda tamen; aut valde hæres in tuo cursu. Nam ubi Nec spes
omni abci-
denda ho-
stii.
extrema omnia in oculis, desperatione in audaciam accinguntur.

Curt. v.

Ignaviam quoque Necessitas acuit, & sæpè desperatio spei
caussa est.

Portius La-
tro in De-
clam.

Gravissimi sunt morsus irritata Necessitatis.

Tacit.
Agric.

Ergo hoc caue, & ad spem semper aliquid relinque. In- Ad pacem
idemidem
prouocan-
dus.
sta, terre: sed ubi satis terrueris, parcendo rursus irritamenta
pacis ostenta.

Indid.

Hoc mollit & frangit aspectu pignorum,

Thucyd. i.

Aspectu Opum: quas ipsas ne planè perde. Archidamus Agris par-
cendum.
prudenter: μή γδ ἄλλο τι νομίζετε, inquit, τὴν γῆν αὐτῶν (τῶν πολε-
μίων) ἢ ὅμοιον ἔχειν. Ἐξ ἡσασιν, ὅσω ἀμενον ἐξείργασαι ἢς φείδεσθαι καὶ ὡς
ὀπιπλεῖσιν, καὶ μὴ ἐξ ἀποτοῖαν καὶ ἀσίσταστας αὐτὰς ἀληπτοτέρως ἔχειν: Nec
enim aliud terrâ hostium censete, quàm velut obsidem, idq; eò ma-
gis, quò illa cultior. Huic parcendum vt plurimum est, nec hostes in
amentia & desperatione redacti, difficiliore expugnatu reddendi.

Et alioqui speciosa in hoc fiducia, quòd parcas, vt tuis.
Nam

Seneca
Theb.

Quæ corripit igne, quæ meti gladio iubet,
Aliena credis.

Tacit. i. i.
Histor.

Tertiò, Modeste eam habet. Nã non solùm Felicitas in ma- Superbia
segregan-
da.
lo ingenio auaritiã, superbiam, ceteraque occulta mala patefacit:

Tacit. i. i.
Histor.

Sed rebus secundis, etiam egregij duces insolescunt,

b 2

Et cum

Et cum Pindarico illo Tantalò — μέγαν ὄλεον καταπέσαι ἔδ' Olymp. Od. 1.
 δύνασθαι) : magnam felicitatem concoquere non possunt.

Nam casus
 incerti:

O stulti ! ὁ τὴν ἐν πολέμῳ εὐτυχίᾳ πλεονάζων, ἐκ ἐπιθυμίας Thucyd. 1.
 θεοῖσι ἀπίστῳ ἐπαυρόμενος) : Is qui in bello ob res secundas exsultat,
 non cogitat quàm infidam fiduciã se extollat.

Fortuna vitrea est, tunc cùm splendet, frangitur.

Publius.

Et sæpè vi-
 ctor, vi-
 ctus.

Habet has vices conditio mortalium, vt aduersa ex secundis, se- Plin. Pa-
 cunda ex aduersis nascantur. negyr.

Victor timere quid potest? quod non timet.

Seneca
 Agam.

Clades
 suas scire
 oportet:

Iam in CLADE duo monco : vt Prudenter eam & For-
 titer feras. Prudenter, hoc sensu : vt noris eam serio, & ap-
 pendas. Nam quidam, è contrario, leta omnia sibi fingunt:

Tacit. 11 E.
 Histor.

Aut non
 mederis.

Et nuntios cladis occultantes, stultã dissimulatione, remedia
 potiùs malorum, quàm mala differunt.

Ibidem.

Quod nulla ratio est, vt fiat. Nam primùm,

— clades scire qui refugit suas,

Gramat timorem. dubia plus torquent mala.

Sen. Aga-
 memn.

Sicut contrã, Sæpè calamitatis solatium est, nosse sortem suam.

Curt. 1 V.

Deinde, profectò

Iner's malorum remedium, Ignorantia est:

Seneca
 Oedip.

In omnien-
 dum.

Imò nullum : nec mederi tibi fas cùm nescis. Tu verò
 agnosce, atque adeò examina & appende. Si exigua damna,
 irã te magis quàm metu accendant.

Tacit. xv.
 Annal.

Si grandiora, ne sic quidem hastam abijce,

Cicero pro
 Murzen.

Nec prælij vnius euentu pavesce.

Tacit. 11.
 Histor.

Es meliora
 speranda.

Nónne Mars communis & victum sæpè erigit, & adfligit
 victorem?

Liuius
 xxviii.

Infirmi ingenij est, lapsis aliquo, summae rei diffidere, cùm exi-
 guis momentis subito inclinentur omnia quæ in bello geruntur.

Egesip. 1 V.
 cap. 11.

Robor ani-
 mi induen-
 dum.

Ergo hïc illud valeat, vt feras Fortiter.

— Regimur

Seneca
Oedip.

— Regium hoc ipsum reor
Aduersa capere. quoque sit dubius magis
Status, & cadentis imperi moles labat,
Hoc stare certo pressius fortem gradu.

Tacit. II.
Histor.

Didici fortes & strenuos contra Fortunam insistere spe, timidos & ignauos, ad desperationem formidine properare.

Cōtra Fortunam insurgendā.

Indid.

Tu verò erige te, vires iuxtā & procul sitas circumspice:

Vires reparanda.

Veget. III
cap. XIV.

Novi dilectus, noua querantur auxilia:

Tacitus
Agric.

Opida aut castella, aduersus moras obsidionis, annuis copiis firmentur.

Flor. I.
cap. XV.

Ad summam (bona modò caussa tua sit) omnia experire: more anguium, qui obruto capite, postremum caudā minantur.

Curt. V.

Si iusta ac pia bella dij auersantur, fortibus tamen viris licebit honestè mori.

Per decus mori melius, quàm per dedecus viuere.

Sallust.

Quoniam quidem vnum omnibus finem Natura vel ferro septis statuit:

Tacit. III.
Histor.

Id solum refert, nouissimum spiritum per ludibrium & contumelias effundant, an per virtutem.

CAPVT XIX.

Ad Pacem ex animo adhortatio. Ac primum illuc inclinamus eos, qui Victi: sed ad Tutam & Bonam.

SED satis, satis, iam Pugnarum est: Pax salutaris quando nos respicies? Ad te venio, & absterfo Martio hoc puluere, quiescam paullum sub felici arbore Mineruæ. Dixi quomodo Suscipienda bella, & Gerenda: nunc auidè, quomodo Finienda. Nam

Pars tertia huius libri.

Seneca
Herc. Fur.

Si aterna semper odia mortales gerant,
Nec ceptus vnquam cedat ex animis furor,
Sed arma felix teneat, infelix paret;
Nihil relinquent bella. tum vastis ager
Squallebit aruis, subditâ tectis face
Altus sepultas obruet gentes cinis.

Mundus non fiet per assidua bella.

b 3

Quamuis

Eorum finis pax.

Quamuis magna,quamuis diuturna bella, Pace finienda sunt:cuius & nomen dulce est, res verò ipsa cum iucunda, tum salutaris.

Cic.Philip. xiii.

Laudatissima pacis.

Qua non modo in quibus natura sensum dedit, sed etiam tecta atque agri letari videntur.

Idem de leg.Agrar.

— Pax optima rerum

Sil.xr.

Quas homini novisse datum est. Pax una triumphis Innumeris potior.

Vriquo paris expedit:

Ergo pariter ad hanc ite, tam quibus Salus quam quibus Gloria carissima est:

Tacitus Agric.

Victi dico & Victores, ad hanc ite. Illa ex equo utilis:

xv. Annal.

Et

Victa maxime.

Pacem reduci velle, Victori expedit, Victo necesse est.

Seneca Hercul. Fur.

Arma tenenda, si eam volumus.

Sed tu me prior audi, qui VICTVS. Paullò antè ad arma te excitavi: nec nunc excutio. quia hæc directa ad Pacem via. Si pace frui volumus, inquit Tullius, bellum gerendum est; si bellum omittemus, pace numquam fruemur.

Phil.vii.

Ex πολέμῳ μὲν γὰρ εἰρήνη μάλιστα βέλαισται: E bello enim pax magis firmatur.

Thucyd. i.

Metus faciendus hosti.

Quomodo? nempe ne ignavum & vile aliquod animal videare: & sciat esse tibi adhuc vires, si deliberas, ambiguas; acres, si desperaris.

Tacitus Hist. iii.

Ideò erectum & fidentem animi ostende.

iv. Annal.

Et dic illud Homericum:

Τῶ μοι δούρατ' ἄβρι καὶ ἀσπίδες ὀμφαλοῦσσαι, καὶ κόρυθες, καὶ θώρηκες λαμπερὸν γανόωντες.

Iliad.γ.

Et mihi sunt teretes hasta, clypei que rotundi, Tum galeæ, tum thoraces splendore micantes.

Verus verbum non te fallat; Sub clypeo melius succedere pacis negotium.

Guliel. Neubr. Rer. Angl. lib.ii. cap. xii.

Conf-

Liu. xxv. Considerabis autem in omni pace hæc duo, vt Honesta Duo in pace specto.
 ea, & vt Simplex sit. Honestam intellego, cum aliqua tolerabili Vt Honesta sit.
 conditione finies bellum.

Ex Cic. Phil. xi. Vt verè pax ea sit, non pactio seruitutis.

Ad Arric. vii. epist. xiv. Nam quamuis pax vel iniusta, vt ilior sit in iustissimo bello;

Tamen profectò viro Principi intolerabilis, quæ labem Cum aperta seruitute, turpis.
 eiusmodi aut ignominiam adfert.

In seruitutem cadere de regno, graue est.

Seneca, Theb. Phil. iii. Videaturque cum dignitate potius cadendum, quam cum ignominia Mors viro potior.
 seruiendum.

Phil. vii. Deinde Simplicem eam volui: id est, puram, niueam, Pax sine fuco esto.
 & verè Pacem. Nam fictam, fucatam illam, & pacis nomine
 inuolutum bellum, reformido.

Sallust. Ep. Mithr. Sæpè ob potentium interna mala, dilata magis prælia, quam Finit bellum, non differat.
 datam pacem intelleges.

Tacit. iv. Histor. Ego autem cenfeo, Pace suspecta tutius bellum.

Hæc duo sunt quæ semper consideres, nec plenè semper Quando ea optimè coeant
 impetres: nisi fortè initio belli. Nam optimum & propè
 Cæf. i. Bel. Ciuil. vnum tempus est de pace agendi, dum sibi vterque confidit, &
 pares ambo videntur.

Curt. vii. Et videntur pares, qui non fecerunt inter se periculum virium.

Cicero v. Epist. xxi. At rebus inclinatis, magis est vt te inclines: & quauis tu Interdum fasces Dignitas submittit:
 tà conditione pacem accipere malis, quam viribus cum valentiore
 certare.

Curt. v. Gubernator, vbi naufragium timet, iacturâ, quidquid sanari
 potest, redimit.

Tacit. ii. Histor. Experti inuicem estis tu ac Fortuna:

v. Histor. Contra te stetit. quid proroges vltra ruinam?

ii. Histor. Scito apud victos plus ferè querimoniarum, quam virium.

iii. Hist. Et quanquã atrociter loquantur, minorem esse apud eos animã.
 Itaque

*Necessitate
cogens.*

Itaque morde frænum, & (quod in re simili quispiam dixit) *Necessitati pare, quam ne dii quidem superant.*

Liu. IX.

Ecce Pacem etiam qui vincere possunt, volunt: quid te oportet? Idem VII.

*Nec inutile
sine condi-
tione etiam
dare se ho-
sti.*

Quin omiſſâ Irâ ac Spe fallacibus auctoribus, teipsum tuaque omnia cognita permitte fidei. Ibid.

Sæpè hoc profuit, & supplices, nihil abnuendo, veniam omnium accepere. Tacit. II. Annal.

*Si istamen
generosus.*

Nam victores (qui alto quidem sunt animo) *secundæ res in miserationem ex irâ vertunt.* Sallust. Orat. Lepidi.

CAPVT XX.

Victores ad Pacem prouocati, argumento triplici: quia id Decorum, Vtile; Tutum. atque adeo ad Pacem mitem: sed cum exclusione fraudis. Pro eâ auctor ipse Pacis inuocatus.

QUOS huc quoque iam impellam. Nam ades tu VICTOR: & quamuis vela tibi tumeant secundo vento, capeſſe hunc portum. Procellâ inuolui potes, & euerti. Nam quamuis ille dixerit, *Pacem & concordiam Victis vtilia, Victoribus tantum pulchra esse;* III. Hist.

*Pax vincē-
ti decora.*

Ne crede. illa verò non Pulchra ijs solùm, sed Vtilis plerumque & Tuta. Palàm quidem pulchra: *& in bonis tuis rebus, hostium dubiis, tibi ampla ac speciosa danti pax est.* Liu. XXX.

Quàm decorum Principi, cum victoriam propè in manibus habeas, pacem non abnuere! ut sciant omnes, te *& Suscipere iustè bella & Finire.* Ibidem.

*In occasio-
ne acci-
piendâ.*

Si prætermittis hoc tempus, quo dare magis quàm accipere potes pacem, vereor ne hæc lætitia luxuriet tibi ac vana euadat. Lib. XXI.

Et fiat illud: *Gloriæque & prædæ nonnihil partum, si aut gloriam cum modo, aut prædam cum curâ habuisset.* Tacit. XV. Annal.

Sanè vir sanctus inclamat: *Pacem contemntes, & gloriam appetentes, pacem perdunt & gloriam.* Bernard. in Epist.

Iam

Tac. XII. Annal. In Agric. *Iam Vtilis quoque eadem. Nam si in bello perseveras, quid nisi *tadium ex morâ, periculum ex properantiâ* te manet?* *Vtilis etiâ: Ut bello & molestiis defungare.*

Nam ferè *plus impetus, maior constantia penes miseros.*

Silius I. *Et fractis rebus violentior vltima virtus.*

Flor. II. cap. XV. *Quàm maximè mortiferi morsus esse solent morientiũ bestiariũ.*

Curt. III. *Adde, quòd Fortuna belli artem victos quoque docet.*

Plut. in Lycorg. *Nec temerè id præuisum præcautumque Lycurgo: qui Rhetram siue legem tulit, κωλύσαν ὅτι τοὺς αὐτοὺς πολεμίους στρατεύων, ἵνα μὴ πολλοὺς ἀμυνάδων συνεπιζούδου πολεμικοὶ γένωνται: νε- tantem eosdem hostes sapiens impugnare, ne repugnare assuefacti, ipsi quoque bellicosi evaderent.* *Non diu in eosdem bel- landum.*

Iul. III. *Denique Tuta: quoniam vitas per eam incerta belli. Pax tuta. Melior tutiorque est certa pax, quàm sperata victoria. Illa in tuâ, hæc in deorum manu est.*

Ibidem. *Vim Fortuna reputa, & omnia quæ agimus subiecta esse mille casibus.* *Fortuna incerta.*

Seneca Herc. Fur. *— nemo se tutò diu Periculis offerre tam crebris potest.*

Liu. III. *Omnia audacissimè incipientem nusquam fefellit Fortuna?*

Ibidem. *Eò magis time. & ne quãto altius elatus es, hoc facilius corruas.* *Qua in ex- tremo sæpè pungit.*

Seneca Hercul. Oct. *Semel profectò premere felices Deus Cùm cæpit, vrget. hos habent magna exitus.*

Curt. III. *Itaque illam ipsam Fortunam, quã aspirante res tam prosperè gessisti, verearis.* *Non ergo irritanda.*

Ibidem. *Fortuna enim est: & ex his quæ tribuit tibi, quàm mutabilis sit, reputa.*

Homer. Iliad. e. *Ξυλὸς ἐν ἀλῆσι, καὶ τὸν κτανέοντα κατέκτα: Mars communis, & interimat quoque iam perimentem.*

Liu. XLV. *Ideò in secundis rebus, nihil in quemquam superbè ac violentè consulere*

c

*consulere decet, nec presenti credere Fortunæ, cum quid Vesper fe-
rat, incertum sit.*

Sapiētiam
cum eā mi-
sce.

Profectò si in secundis rebus bonam quoque mentem darent Lib. xxx.
dij, non ea solum quæ euenissent, sed etiam quæ euenire possent, re-
putaremus.

Dabis ergo Pacem, nec ita aliena appetes, vt de tuis dimices. Ibidem.

Pax tole-
rabilis esto.

Sed qualem? mitem. Nam bellorum egregij fines, quoties Tacitus
xii. Ann.
ignoscendo transigitur.

Imò beni-
gna.

Cogita, Ignoscendo populi Romani magnitudinem auxisse: Sallust. O-
rat. Philip.

Neque victis quidquam, præter iniuriæ licentiam, eripuisse. In Inгур.

Quidni imiteris? Quantâ peruicaciâ in hostem, tantâ bene- Tacit. xii.
Annal.
ficientiâ aduersus supplices vtendum.

Vti animo sè debes tanto munere deorum, dandi auferendi que Sen. i. De
Clemen.
vitam potens:

Et interdum contentus esse, nihil ex rege victo, præter glo- Ibidem.
riam, sumere.

Nam ma-
la, infir-
ma:

Ex Famâ tuâ hoc erit, imò etiam ex Vsu. Si enim duram Liui. viii.
acerbamque das, quis feruabit? Nec credideris vllum populum,
aut hominem denique, in eâ conditione, cuius eum pœniteat, diu-
tius quàm necesse sit, mansurum.

Viuēt semper in pectoribus eorum, quidquid istuc præsens ne- Lib. ix.
cessitas iniunxerit.

Et in tempore clamabunt, Miseram pacem vel bello benè Tac. xiii.
Annal.
mutari.

Bona, con-
stantissi-
ma.

Liberè & verè olim Priuernas ille in Senatu Romano,
interrogatus, Qualem ab iis pacem expectarent? Si bonam Liuius
viii.
dederitis, inquit, & fidam, & perpetuam: si malam, haud diu-
turnam.

Veriloquium est: Ibi pacem esse fidam, vbi voluntarij pacati Ibidem.
sint, neque eo loco vbi seruitutem esse velint, fidè sperandam esse.

Esto

Est Pax igitur Mitis, sed in eos qui ex animo eam volunt. Nam si qui subdolè aut infidiosè agunt, hos tales adstringe. Frequentiùs enim conuentionum pacisq̄ue simulatio credulis, quàm arma nocuerunt.

Veget. III.
cap. III.

Insidia tamen cauenda.

*Polybij hîc dogma aureum: τὸς δὲ τῶν πραγμάτων ταπεινοί-
ροι, καὶ τῶν τοῦ ποσὶ ἐδεῖς μάλλον φροντίζειν, ὥστε μὴ λαθάνειν τὰς προ-
αίρεσεις τῶν ἀγαλλομένων τὰς ἐχθρας, ἢ σιωπῶντων τὰς φιλίας, πότε τοῖς
κμεροῖς εἰκόντες, καὶ πῶτα ταῖς ψυχαῖς ἠττώμενοι ποιοῦν τὰς σιωδάσας,
ἵνα τοῖς μὲν ἐφ' ἑσθροῖς νομίζοντας εἶναι τῶν καιρῶν ἀεὶ φυλάττων· τοῖς δὲ πρὸς
οντες, ὡς ὑπηκόοις ἢ φίλοις ἀληθινοῖς, παῖ τὸ πρὸς ἀπίστον εἰς ἐτοίμου πα-
εσγέλλωσι: Oportet eos qui rebus præsunt, nihil magis curare,
quàm ut ne eos lateat quo animo sint qui aut bella finiunt, aut
amicitias constituunt. quando temporibus cedentes, & quando
reuera animis fracti pacem ineunt. ut illos quidem, tanquam sub-
sessores & insidiatores temporum, obseruent ac caueant. istis fi-
dem habentes, tanquam verè subditis aut amicis, quidquid eue-
nerit, imperent atque precipiant.*

Animaduerte.

Hominibus suasi hæctenus. nunc ad te, ô æternum Numen, qui non Deus es diffensionis, sed Pacis:

Gratio pro pace.

Paul. I. ad
Corinth.
cap. XIV.
Ierem. cap.
XLVII.

Breues, sed calidas preces conuerto. O micro Domini, quousque non requiesces? Ingredere in vaginam tuam; refrigerare, & sile.

Ex eodem
cap. XXIX.

Cogita super nos cogitationes pacis, & non afflictionis, ut des nobis finem & patientiam, & inuocabimus te, & viuemus.

I. LIPSI
 P O L I T I C O R V M
 S I V E
 C I V I L I S D O C T R I N Æ
 L I B R I S E X T I

C A P V T I.

Ad Civile bellum ventum. & eius miseria breuiter oculis subiecta.



*Quid sit
 Civile bel-
 lum?*

*Culmen
 miseriarū.*

I N E M Externo bello imposui : vtinam
 Ciuilibus malis ! que *nostra per tot annos* Liuius
vidit etas. Prafat

Nam huc Ordo me trahit ; & definitio
 Ciuile bellum , ARMA SVBDITORVM
 IN PRINCIPEM MOTA , AVT INTER
 SESE. Quo nihil miserius , nihil foedius , & quod merito
 mare ipsum dixerim calamitatum.

Homerus verè scripsit,

*Formidatū
 iis qui verè
 ciues.*

Ἀφράτωρ, ἀδάμυς, ἀνέστος ὄψιν ἐπέειπεν,

Iliad. 9.

Ὅς πολέμῳ ἔρα) ἔπειθε μὲν ὀκρούσσει :

*Ille nefarius & sine gente tribuque mihi esto,
 Qui Civile cupit ferum & execrabile bellum.*

Cuius mentem explicuit & diffudit magis Tullius : *Nec* Philip. 11. r.
privatos focos , nec publicas leges , nec libertatis iura cara habere
potest , quem discordia , quem cades civium , quem bellum civile de-
lectat . eumque ex numero hominum eiiciendum , ex finibus huma-
na natura exterminandum puto .

*In eo scelo-
 ra.*

Et reipsa quid scelerum ab eo abest? *queve humana supe-*
rant , aut diuina impolluta sunt?

Sallust.
 Orat. Le-
 pidi.

Castra

Seneca II. De Ira *Castra ex vna parte contraria, & parentum liberorumque sacramenta diversa.* Es impietas.

Lucan. VII *— videre parentes
Frontibus aduersis, fraternaque cominus arma:
Idem I. Cognatasque acies.*

Sallust. Orat. Lepid. *Quid cladium non ei inest? Proscriptiones innoxiorum ob diuitias, cruciatus virorum illustrium, vasta vrbes fugam & cadibus, civium miserorum bona, quasi hostilis praeda, vanum aut dono data.* In eo clades.

Tacit. I. Hist. *Occidere palam, ignoscere non nisi fallendo licet.* Promiscua caedes.

III. Hist. *Non aetas, non dignitas, quemquam protegit, quo minus stupra cadibus, & caedes stupris misceantur.*

Lucanus I. *Nobilitas cum plebe perit, lateque vagatur
Ensis, & à nullo reuocatum est pectore ferrum.*

Tacit. II. Hist. *Iam minora illa flagitia adde. Fluxam per discordias militum fidem:* Perfidia.

II. Hist. *Corruptam Disciplinam. quam in pace inexorabilem, discordia civium resoluunt, paratis utrimque corruptoribus, & perfidia impunita:* Nulla Disciplina.

II. Hist. *Ideoque Pecuniam inter civiles discordias ferro validiorem.* Aut obedientia.

Ibidem. *Cernimus milites in omne fas nefasque avidos aut venales, non sacro, non profano abstinentes:*

Ibidem. *Quippe obnoxii ducibus, & prohibere non ausis.*

I. Hist. *Sciuntque per turbas & raptus facilius eos ad civile bellum impelli.*

II. Hist. *Atque vniuersè verum: Civilibus bellis, plus militibus quam Ducibus licere.*

Lucan. V. *— Rheni mihi Caesar in undis
Dux erat, hic socius. facinus quos inquinat, equat.*

Tacit. I. Hist. *Quid? quòd nec apud togatos & paganos usquam fides aut amor? metu ac necessitate huc illuc mutantur:* Varia transiiones.

Faciles occupantibus, & meliorum incuriosi.

II. Hist.

*Victoria
aspera:*

*Ad summam, Omnia sunt in bellis civilibus misera, sed nihil
miserius quam ipsa victoria.*

Cicero 17.
Epist. ad
Famil. epi-
stola IX.
Ibidem.

*Quæ etiamsi ad meliores venit, tamen eos ipsos ferociores im-
potentioresque reddit: ut etsi naturâ tales non sint, necessitate
esse cogantur.*

*Nec in po-
tentiorem
venis.*

*Duces enim accendendo civili bello acres, temperanda victoria
impares.*

Tacit. III.
Histor.

*Bellorumque civilium hi semper exitus, ut non ea solum fiant
quæ velit victor, verum etiam ut iis mos gerendus sit, quibus
adiutoribus parta est victoria.*

Cic. XII.
Epist. ad
Fam. epist.
XVII.

Plura sunt in deestationem huius pestis: quæ nimis no-
ta nobis, omitto.

C A P V T I I.

*De causis civilium bellorum. Eæ factæ duplices, Longinquæ &
Propinquæ. Prius de prioribus dictum.*

*Cardo hic
rei, cauere
bellum.*

ILLUC transeo, ut de Causis eius distinctè disseram, & de
Fine. Quid enim opus de Modo gerendi? par ille aut idem,
qui in Externo. Et alioqui, non tam de Gerendo eo cogitan-
dum sapienti Principi, quam cauendo. Hoc caput, hic pes
rei. & in initia profectò ac femina Ciuilium motuû restin-
guenda sunt: aut vbi accésa, nulla Prudentia te habebit in-
demnem. Necessariò aut interitus consequetur, aut muta-
tio rerum. Igitur de Causis *ἀπαιδώς* & intentè disseram: &
in herbâ, si possum, opprimam pestilentem hanc frugem.

*Causæ Re-
motæ:*

Causæ Ciuilis belli duplices: Remotæ, & Propinquæ.
Dico illas, **QVÆ PRIMÆ VERÆ QVE CAUSSÆ
SVNT, SED MINVS ADHAERENT EFFECTVI, AVT AP-
PARENT.** Iltas, **QVÆ ORTÆ AB ILLIS, EVENTVI
CONIVGVNTVR, ET PALAM SE OSTENDVNT.** Prio-
res, Sapientes intuentur: Vulgi oculi versi ad istas. Sunt in-
ter Remotas duæ, Fatum & Luxus. Fatum in primis: quia
ab euen-

*Causæ Pro-
pinquæ.*

*Fatum &
ordo rerum
gignit ciui-
les turbas.*

ab euentibus omnis æui certum, Deum velut sollemniter magna imperia perdere per hanc viam.

Lucan. I.

*In se magna ruunt. Latè hunc numina rebus
Crescendi posuere modum.*

Licet de omni republicâ præfagias, quod Crispus de suâ:

Ad Cæf.

Ego sic existimo, quoniam orta omnia intereunt, quâ tempestate Europæi notate.
vrbi Romana fatum excidiij aduentarit, ciues cum ciuibus manus
conserturos. ita defesos & exsanguēs regi aut nationi præda fu-
turos. Aliter, non orbis terrarum, neque cunctæ gentes conglo-
bata, mouere aut contundere queant hoc imperium.

Flo. III.

cap. XII.

At Luxus etiam caussa altera. *Quæ enim alia res ciuiles fu-* Luxus pau-
rores peperit, quàm nimia felicitas? lasim quo-
que eas gi-
gnis.

Ibid.

Opes atque Diuitiæ affluxere sæculi mores, mensamque vitiiis
suīs, quasi sentinā, rempublicam pessumdedere.

Ibidem.

Magnificus apparatus conuiuiorum, & sumptuosa largitio,
nōne ab opulentiâ paritura mox Egestatem?

Tacit. I.

Histot.

Cum scilicet rapacissimo cuique ac perditissimo, non agri aut Ab illo e-
fœnus, sed sola instrumenta vitiorum manebunt. nim as a-
lienum:

Ibid.

Hi tales, *miscere cuncta, & priuata vulnera, reipublica ma-* Ab hoc spes
lis operire statuent. noua.

Vell. II.

Quippe ita se res habet. vt publicâ ruinâ quisque malit, quàm
suâ proteri; & idem passurus, minùs conspici.

Sunt igitur isti gradus:

Lucanus I.

Non auro tellisve modus, mensasque priores
Aspernata fames.

Ibidem.

Hinc vsura vorax, auidumque in tempora fœnus,
Et concussa fides, & multis vtile bellum.

Atque hæ duæ Remotæ illæ causæ sunt. quod in eas re- Remediū,
mediū? in alteram nullum. Frustrâ cum Fato pugnes, id aut solatiū
est diuino decreto. Ita Fato placuit nullius rei eodem semper lo- potius, in
co stare fortunam. statum.

Sen. Con-
solad Hel.

Nihil

Nihil mutationis periculo exceptum: non terra, non calum, non Idem Ep.
totus hic rerum omnium contextus. Quamuis Deo agente ducatur,
non semper tenebit hunc ordinem, sed illum ex hoc cursu dies ali-
quis deiciet.

Certis eunt cuncta temporibus. nasci debent, crescere, extinguui. Ibidem.

At in Luxum (si tempore prouides) firmum auxilium
 habes à nostrâ * Censurâ.

* Suprà,
 lib. IIII.
 cap. XI.

CAPVT III.

De causis Propinquis belli Civilis. Eæ tres. Factio prima est: eius
perniciæ in omni statu. & sintne dissidia unquam vsui?

HÆc igitur sunt, vt poëta ait,
 ——— publica belli

Lucan. I.

Semina, quæ populos semper mersere potentes.

Definitio
 Factio.

Fons Fa-
 ctionis,
 Odium:
 Aut Am-
 bitio,

venio ad Propinquas causas: quæ tres occurrunt, Factio,
 Seditio, Tyrannis. Factionem nomino, PAUCORVM AVT
 PLVRIVM INTER SE COITIONEM, ET CVM ALIIS
 DISSENSVM. Cui origo sæpè à priuatis, aut publicis fami-
 liarum Odiis: sæpiùs ab Ambitione, dum quisque præire
 vult, alimque detrahere: & huic fini conspirant. *Nemo*
enim eorum qui in rep. versantur, quos vincat, sed à quibus
vincatur, aspicit.

Sen. Epist.
 LXXIV.

Habet hoc vitium omnis Ambitio, Non respicit.

Indid.

Post hæc
 mera sta-
 tum.

Trudunt igitur se, vt fluctus fluctum. atque inde con-
 tentio, odia, bellum. *Factiones fuere, eruntq; pluribus populis*
magis exitio, quam bella externa, quam fames morbi ve, quæque
alia in Deum iras, velut vltima publicorum malorum, vertunt.

Li. III.

Aulici cõ-
 siliarij pro-
 bant:

Nam quòd quidam hodie malè callidi eas etiam appro-
 bant, & negant Principi *quidquam aduersus subditos vtilius,*
quam si in commune non consulant:

Tacit.
 Agric.

Improbè.

Factio po-
 pularis
 noxia.

Heu quàm errant! Cùm enim duplex, vt in definitione
 ostèdi, Factio sit, Paucorum aut Plurium: perniciofa vtra-
 que. & hæc quidem palàm, quæ viribus freta statim ad ma-
 nus

nus

LII. XXXI V nus & arma tendit: & plerumque pars quæ domesticis certamine inferior est, externo potius se applicat, quam civi cedit.

Sed nec prior illa minus exitiabilis, quæ inter Paucos & ^{Factiones potentum nota.} potentes. Nam paulatim, ut Philosophus quoque adnotat, *αι τῶν γινωμένων εἰσεσι σωμαπολαύειν πειούσι & τὴν ὄλῳ πόλιν: Nobilium factiones trahunt ad se & in partes uniuersum etiam populū.*

Aristot. v.
Polit. cap.
IV.

Cicer. De
Arusp.
Respons.

Imò ægrius hi placantur. neque alius solet esse discordiarum exitus inter claros & potentes viros, nisi aut uniuersus interitus, aut victoris dominatus & regnum.

Quomodo igitur vtilis? nam hæc exemplis herè atq; hodie etiam sumus edocti. Illud quidè fateor: haud ab re esse, leuiter inter se dissentire finitima opida aut prouincias: sed leuiter, & hoc vno bono, ne in te conspirent. Cato in familiâ suâ id spectauit: qui *αὐτῶν εἰσεσι ἔχεν τὰς δέσπας ἐπιχειροῦν καὶ ἀξιοφορὰν πρὸς ἀλλήλους, ὑποποῶν τὴν ὁμόνοια καὶ διδουκός: semper contentiunculas aliquas aut dissensum inter seruos callidè serebat, suspectam habens nimiam concordiam eorum metuensque.*

Plutarch.
Caton.

Sen. Epist.
xcviii.

Nec malè hîc illud applicauerim: *Societas nostra lapidum fornicationi simillima est, quæ casura nisi inuicem obstarent, hoc ipso continetur.*

Tacit. v.
Histor.

Talem igitur aliquè dissensum, & solita inter accolos odia, ^{Et inter finitimos recepta.}

Aristot. v.
Polit. cap.
VIII.

Fortasse tolerem: at nunquam veras illas, præsertim inter Nobiles, factiones. Imò τὰς τῶν γινωμένων φιλονεικίας & εἰσεσι, ait princeps Philosophus, καὶ ἀξιο τῶν νόμων πεισθῆναι δεῖ φυλάττειν: *Nobiliū contentiones & partes, etiã legibus oportet prohibere conari.*

Neque insignia vlla, aut discrimina Nominū Vestiumque permittere: saluberrimè olim à Mæcenate monitum, ad Augustum. Καλλισθῶν, inquit, τὰς τε ἔχθρας καὶ φιλοτιμίας τὰς πρὸς ἀλλήλους παντάπασιν ἐκκόπτει; καὶ μήτε ἐπωνυμίας τινὰς κενὰς, μήτ' ἄλλο τι εἴς ἐδικτυχθῆσονται τισιν, ἐφίεσθαι σφίσι ποιεῖσθαι: *Optimum verò inimicitias omnes & ambitiosa certamina prorsus exscindere, atq; adeò nec Nomina noua, aut aliud quid, ex quo oriri discidia possint, ipsis permittere.*

Dio l. III.

Ἐπισημῶν
in signia.

d

Atque

Et femina.

Atque hæc talia in femine comprimenda. *καὶ ἀρχόμενων δὲ τῶν ποικίτων δὺλαβεῖσθαι, καὶ διαλύειν τὰς τῶν ἡγεμόνων καὶ διωαμένων ἑτάσεις;* Aristot. v. Polit. cap. 1111.
Incipientia ista cauenda sunt, & dissipanda magistratum aut potentium contentiones.

Parua enim sæpè scintilla neglecta magnum excitauit incendium. Curt. vi.

Vetandi cœtus.

Et semper ab hoc genere summum periculum est, si cœtus, & concilia, & secretas consultationes, esse sinas. Liuius XXXIV.

CAPVT IV.

Causa altera è Propinquis, Seditio. eius Origo, Progressus, Remedia, distinctè explicata.

Definita Seditio.

Eius origo varia. Vt oppressio.

IAM Seditio etiam causa Ciuili bellii. quã definitio, MULTITVDINIS IN PRINCIPEM AVT MAGISTRATVS, SVBITVM ET VIOLENTVM MOTVM. De cuius Origine, Progressu, Remedijs vtiliter & ordine dicam. Origo ei à causis varijs. Sæpè ab oppressione aut metu. cùm imminentium periculorum remedium, ipsa pericula arbitrati,

Aut metum.

Consternantur ad arma. Aristoteles causam hæc discretè tetigit: *Διὰ δὲ φόβον, ἰνκνιτ, τσι αἰάζουσιν οἷτε ἡδ ἰκνηκότες, δεδ ἰότες μὴ δῶσι δῖκλυ, καὶ οἱ μέλλουτες ἀδικεῖσθαι, βολόμενοι φθάσαι πρὶν ἀδικηθῆναι;* v. Polit. cap. 1111.
Ob metum seditioes mouent, tam hi qui fecere iniuriam, metuentes pœnam, quàm ij, qui in se exspectant, prauenire volentes priusquam ea inferatur.

Laxitas nimia,

Ab Indulgentiâ etiam, & rebus laxis. quomodo Appius apud Liuium dixit, *non miseris, sed licentiâ, tantum concitum turbarum: & lasciuire magis plebem, quàm seuire.* Liui. 12.

Angustia,

Sæpè etiam ab Inopiâ, & rebus artis. *Semper enim in ciuitate quibus opes nulla sunt, bonis inuidet; vetera odere, noua expetunt; odio suarum rerum mutari omnia student.* Sallustius Iugurth.

Tribunij spiritus.

Denique sæpissimè à Ducibus, cùm Tribuni quidam exagitant & signiferi turbarum. Nam *multitudo omnis, sicut mare, per se immobilis est.* Liuius XXVII.

Æoli

Ibidem. *Æoli isti excitant : & caussa atque origo omnis furoris penes auctores est, reliqui contagione insaniunt.*

Tacit. xi. Annal. *Quos operæ est, ut tibi describam. Sunt in eâ classe primùm, Ambitiosi aliquot homines. qui privatim degeneres, impellit: publicum exitiosi, nihil spei nisi per discordias habent.* Quos ambizioso im-

Cic. i. in Caton. *Quique honores quos quietâ republicâ desperant, perturbatâ consequi se posse arbitrantur.*

Tacit. i. Histor. *Secundò, Obæratî & re familiari perditâ. quibus scilicet afflictâ fides in pace, & rebus turbatis alacres, & per incertatutissimi.* Quos es alienum

Sallust. Orat. Philip. *Quibus quies in seditionibus, in pace turba sunt:*

Ibidem. *Ideoquæ auidè tumultum ex tumultu, bellum ex bello serunt.*

Tacit. i. Histor. *Tertiò etiam Vani quidam & ventosi. qui non tam præmiis periculorum, quàm ipsis periculis lati, pro certis & olim par-tis, noua, ambigua, ancipitia malunt.* Quos insana vanitas.

i. Annal. *Hæc origo est, hæ caussæ & flabella : at Progressus iste. Hi tales variâ arte imperitos animos impellunt.* Progressus et augmenta seditionum.

Ibidem. *Primò clam, & nocturnis colloquiis, aut flexo in vesperam die, dilapsis melioribus, deterrimum quemque congregantes.*

i. Histor. *Illîc inferunt querelas, & ambiguos de Principe sermones, quæque alia turbamenta vulgi.*

i. Annal. *Mox etiam, promptis iam & aliis seditionis ministris,*

iv. Histor. *Agunt audaciùs : & palàm libertas ac speciosa nomina prætexuntur:*

xvi. Ann. *Sed quàm falsò ? Nam ut imperium euertant, Libertatem præferunt ; si euerterint, ipsam agredientur.* Libertas & tutela publica prætexti solita.

iv. Histor. *Nec quisquam alienum seruitium, & dominationem sibi, concupit, ut non eadem ista vocabula usurparet.*

i. Annal. *Adstrepit tamen his vulgus.*

i. Histor. *Primò leuissimus quisque, & futuri improvidus, spe vanâ tumens:* Vulgus leue & credulum.

Mox, quod in seditionibus accidit, unde plures erant, omnes Indid. fuere.

Calidi hic regnant.

Atque hinc regnum obtinet feruidi maxime & procaces: quique inclementer in Principem inuehi soliti, nihil spei sibi inter III. Hist. aduersa reliquerunt.

Nam isti aperte descendisse in causam videntur:

Ibidem.

Grati semper vulgo.

Eoque plebi gratiores, culpa vel gloria socij.

Ibidem.

Ad summam, quanto quis audacia promptus, tanto magis fidus, rebusque motis potior habetur. I. Annal.

Εν δὲ διαστάσει καὶ ἀτάκῃ ἔμμορε τιμῆς:

In turbis etiam prauus sortitur honorem.

Prouer- bialis ver- sus.

Remedia in principio adhibenda.

Progressus est iste: sed quæ Remedia? iam dabo. Suadeo vt in tempore occurras. Nam sæpè modicis remedijs primi motus confedere. Tacit. XIV. Annal.

Omne malum nascens facile opprimitur: inueteratum, fit ple- rumque robustius. Cicer. Phil. v.

Vide igitur, si incipiens & nondum adulta seditio melioribus consilijs flectetur. Tacit. I. Histor.

Per inter- pretes pla- canda tur- bidi:

Mitte qui moneant, suadeant: & præfertim eos, quibus facundia adsit, mulcendique vulgum artes, & auctoritas. III. Hist.

Non etiam tu ipse eas? haud temerè. & malo vt integra auctoritas tua maioribus remedijs seruetur. I. Hist.

Interdum per teip- sum.

Tamen interdum haud abnuam, præsidium te ab audaciâ mutuari. I. Annal.

Fecit magnus Cæsar, &

— Stetit aggere sulti

Cæspitis, intrepidus vultu, meruit que timeri

Nil metuens.

Lucan. v.

Eciam Diuus Augustus vultu & aspectu Adriacas legiones exterruit. Tacitus I. Annal.

Cur

1. Histor. Cur non tu idem in re ancipiti, & ubi periculosior sit quies, quam temeritas?
- Lucan. v. Aude, illi metuent: & Detegit imbelles animos nil fortiter ausa Seditio, tantumque fugam meditata iuventus. Forte aliquod factum eos terret.
- Ex Livio vii. Nam plebem nosce. ferocior illa ad rebellandum, quam ad bellandum. Plebs incipit magis, quam parat.
- Idem vi. Eique insitum tentare magis, quam tueri libertatem.
- Cart. ix. Audi vaticinium: Omnis multitudo, maxime militaris, mobili impetu fertur. Ita Seditio non remedia, quam principia, maiora sunt. Loci res datur.
- Titinnius. Coquus magnū ænium quando feruit, paulatim confutat trua. Interdum tamen vi comprimenda.
- Tacit. i. Annal. Quid tamen si coaluit & iam fortis est Seditio? nempe fortioribus remediis agendum: Interdum tamen vi comprimenda.
- Ibidem. Et si imperium detrahetur, bello certandum.
1. Histor. Nec tamen statim. Da malorum pœnitentiæ, bonorum consensui spacium. Sed lentâ.
- Liv. ii. Cogita diem forsitan tempusque ipsum leniturum iras, sanitatemque animis allaturum.
- Tacit. i. Annal. Interea variè spem offer, metum intende. Variis artibus versanda.
- Tacit. iv. Histor. Sed inprimis per artes diuelle eos ac disiunge: quo tutissimo remedio consensus multitudinis extenuatur. Disiungenda.
- Livius ii. Quosdam occultis præmijs ad te allice. neque unquam deerunt, qui gratiam melioris partis bono publico velint quaesitam. Corrumpenda.
- Tacit. ii. Histor. Quosdam subdolè ad ipsos mitte: qui eadem velle simulent, quò plus auctoritatis consiliis insit. Fallenda.
- iv. Histor. Hi fallent. Tu quoque da verba: quoniam verba apud eos plurimum valent. Verbis demulcenda.
- Plutarch. Politic. Τὸν μὲν λύκον ἐ φασὶ τῶν ἄτων κρατεῖν· δὴ μὲν δὲ ἐν πόλιν ἐκ τῶν ἄτων ἀγει

ἀγρυπνεῖν δὲ μάλιστα *Lurum aiunt auribus non teneri: at populum & civitatem auribus maximè oportet ducere.*

*Ambiguè
promissis
inducenda.*

Offer blanda, imò ambiguè promitte. quid refert? Facile
mox irrita faciès, quæ per seditionem expresserint.

Tacit. v.
Annal.

*Sed indu-
cenda, clemē-
ter habēda.*

Ego bonum hunc dolum toto ostio admitto. Falle, falle
potius, quàm cæde. Quòd si quid hîc maculæ; elui id velim
clementiâ & lenitate. Ad te redierunt? ne sæui. *Omnium cul-
pa fuit, paucorum sit pœna.*

Ex Tacit.
Hiflor. i.

*Capita fal-
zem pœniā-
sor.*

Abundè fatis, si nefariæ seditionis auctores sanguine luant,
quod admiserunt.

Liuius
xxviii.

Imò si vnus alterve, maximè prompti, subuertantur.

Tacit. ii.
Hiflor.

— *Quidquid multis peccatur, inultum est.*

Lucanusv.

Unde orta culpa est, ibi pœna consistat:

Liuius
xxxix.

Et scito ad multitudinem, castigationem satis esse.

Ibidem.

*Inquisitio
solicitor.*

Sed nec in conscios inquire. Bonâ fide securi omnes sint:
& Tiberij exemplo, *quanquam multi sustentasse opibus, iuuisse
consiliis dicentur, haud quæres.*

Tacitus
ii. Annal.

C A P V T V.

*De Tyrannide. quid ea sit, & eius ingenium? mala subiecta ocu-
lis: quæ sit unquam, tollenda ea an toleranda?*

*Definitio
Tyrannidis.*

*Vis ei ad-
hæret:*

TERTIA inter Ciuilis belli caussas, Tyrannis. Quid
ea est? **VIOLENTVM VNIVS IMPERIVM, PRAETER
MORES ET LEGES.** Aio violentum. quia in communi
omnium odio, necessariò Tyrannus decurrit ad hoc
asylum.

*Quod ciuibus tenere te inuitis scias,
Strictius tuetur ensis.*

Seneca
Hercul.
Fur.

Præter alia, hoc inter Regem Tyrannumque discrimen
est: quòd alter arma habet, quibus in munimentum pacis vitur;
alter vt magno timore magna odia comescat.

Sen. i. De
Clemen.

Aio

Aio etiam, Præter mores aut leges. Nam apud Tyrannos Sine lege est:

Ius est in armis, opprimit leges timor.

Seneca
Herc. Fur.

Tacitus
Agric.

Auferre, trucidare, rapere, falsis nominibus Imperium; atque ubi solitudinem fecerint, Pacem appellant.

Tacit. iv.
Annal.

Specie tamen aliquâ legum, evertunt leges: & habent Sine bono illo iure. huic rei Delatores. quod *genus hominum publico exitio repletum, nec pœnis unquam satis coercitum, per præmia eliciunt.*

Ibidem.

Atque ut quis districtior accusator, apud eos velut sacrosanctus est: Aman Delatores. leues, ignobiles, pœnis adficiuntur.

Sallust.

Itaque sub ijs quàm quisq; pessimè fecit, tã maximè tutus est. Tuetur malos.

Idè Caril.

Tyrannis enim boni quàm mali suspectiores sunt, semperque aliena virtus formidolosa est.

Tacitus
Agric.

Inde sinistra erga eminentes interpretatio, nec minus periculum ex magnâ famâ, quàm ex malâ. Odit formidatq; bonos, aut illustres.

i. Hist.

Nobilitas, opes, omissi gesti que honores, pro crimine: & ob virtutes certissimum exitium.

In Agric.

Imò etiam ob Doctrinam. Nam pellunt Sapientiæ professores, & omnes bonas artes in exsilium agunt. Etiam doctos.

Ibid.

Quid ita? nequid usquam honesti oculis occurrat.

Plinius
Paneg.

Ipsi enim vitiosissimi, inimicas vitii artes, non odio magis, quàm reucrentiâ relegant.

Tacit.
Agric.

Quin metu apud posteros infamiæ, sæuiunt in ipsa Scripta: & monumenta clarissimorum ingeniorum in foro ac comitio videntur. Scriptores & scripta auersantur.

Ibidem.

At non etiam illo igne abolent vocem populi, & conscientiam generis humani. Frustrà abolet.

iv. Annal.

Mihi secordiam eorum irridere libet, qui presenti potètia freti, credunt exstingui posse etiam sequentis æui memoriam.

Ibidem.

Nam contra, punitis ingenis gliscit auctoritas neque aliud exterminat reges, aut qui eadem sauitia usi sunt, nisi dedecus sibi, atque illis gloriam peperere. Deus maior & melior seruat.

Hæc

Odio sa
omnibus:

Hæc facta Tyrannorum: qui Fructus acerbi. Sunt enim in omnium odio: & malos Principes detestantur, etiam qui malos faciunt.

Plinius
Paneg.

Omnes vi-
cissim me-
tuens.

In affiduo Metu: & ad omnes suspiciones pauidi.

Tacit. i. r.
Histor.

Ideò adimūt per inquisitiones loquendi audiendiq; cōmercium.

In Agric.

Nec linguas solūm, sed omnium manus obseruāt, & eo quod que tempore quo non captantur, peti se iudicant, nullumque momentum immune à metu habent.

Sen. i. de
Clemen.

— Sors ista Tyrannis

Conuenit: inuideant claris, fortesque trucidant,
Muniti gladiis uiuant, septique uenenis,
Ancipites habeant arces, trepidique mimentur.

Claud. i. v.
Conf. Ho-
nor.

Conscien-
tia suā pre-
mitur:

Adde cruciatus & tormenta interna. Nam si Tyrannorum mentes recludantur; possint aspici laniatus & ictus. quando ut corpora verberibus, ita scinitia, libidine, malis consultis animus dilaceretur.

Tacit. vi.
Annal.

Et

Quam uellent numquam sceptris fulsisse superbis!

Silius
xiii.

Adeò facinora atque flagitia sua ipsis quoque in supplicium vertunt.

Tacit. vi.
Annal.

Infortu-
nium inue-
nit.

Denique quis exitus? deiectio, aut cædes. Nam reges con-
senescunt, liberisque ac nepotibus tradunt regna: Tyrannorum ex-
secrabilis ac breuis potestas est.

Sen. i. De
Clemen.

Nam raro
diuturni
tyranni.

Thales interrogatus, τί δύσκολον εἶν το δευαμένον; Ἰεροντα, ἔφη, τὸ τυραννον: Quid difficile uidisset? Tyrannum, inquit, senem.

Laërt. in
eius vitâ.

Nec poëta noster vanus:

Ad generum Cereris, sine cade & vulnere, pauci
Descendant reges, & siccâ morte tyranni.

Raro in-
cruentii.

Iuuenalis
Sat. x.

De Reme-
dio.

Immanem belluam hanc vides. sed quod in eam reme-
diū? duplex: Auferre, aut Ferre. Illud, erectioris spiritus est;
cui videtur moriendum potius, quàm vultus aspiciendus tyrani.

Tollere qui
dam voluit.

Cicero i.
De offic.

Nec

Idem pro
Milonc.

Nec ego reprimō, cūm sciam *Græcos homines deorum ho-
mores tribuisse iis, qui tyrannos necaverunt.*

Cum ap-
plausum ul-
torum.

Audio etiam illum Tragicum :

Seneca
Herc. Fur.

— *Victima haud ulla amplior,
Potest, magisve opima mactari Ioui,
Quam rex iniquus.*

Sed tamen hoc alterum magis è Sapientiæ normâ cen-
seo, & sapius è publico vsu. Quisquis es inter Subditos, si
me audis, *scutum tibi magis quam gladium sume :*

Sed toleran-
di sapius
videntur.Ex Liu.
III.

Hoc inquam Tolerantię scutum. Primūm, nōne à Deo
reges sunt? ergo anceps, *cede se qualiscunq, Principis cruentare.*

Quia deus
inmissi.Tacit. xv.
Annal.

Phœbus ille vatum dixit :

Homcr.
Odyss. w.

— *δουδὸν δὲ γὰρ ὁ βασιλῆος ὄζει
Κρένεν :*

Nec temere
sanguis re-
gius vio-
landus.

— *res est grauis occidisse
Regalem stirpem.*

Nimis verè. Res grauis, imò plerūmque & infelix : si ta-
men exemplis credimus omnis eui. Ecce priuatim, vindicta
statim sequitur: & facinoris eius *ultor est, quisquis successit.*

Tacit. i.
Histor.Priuatim
rarò id be-
nè cessat:

Ibidem.

*Traditâ scilicet Principibus more, munimentum ad praesens,
in posterum ultione.*

Nam vel exempli causâ,

Regi tuenda maximè regum est salus.

Seneca
Oedip.

At publicè, quid nisi clades? & rarò ea *moles conuelli, sine*

Publicè
minus.Tacit. xv.
Histor.

conuellentium exitio potest.

Plac. in
Banco.

Factiones ex eo, discidia, & bella intestina. Atqui ego
cum Fauonio assero, *χείρον εἶναι μοναρχίας ὀλιγαρχίας πόλεμον ἐμ-
φύλον: Peius deteriusque esse tyrannide sine iniusto imperio, bel-
lum Civile.*

Semperq;
ea causa
cladum.Tacit. xv.
Histor.

Quidni ergo laudabilius, nostrum Ferre? *meminisse tem-
porum, quibus nati sumus. & bonos Principes voto expetere,
qualescumque tolerare?*

Tolerare
melius :

e

A deo

Ut celestia omnia mala. A deo enim ista & ab alto. & *quomodo sterilitatem aut nimios imbres, & cetera natura mala; sic luxum & auaritiam dominantium tolerare debemus.* Ibid.

Nam subditorum est, parere. *Indigna, digna habenda sunt, rex qua facit.* Plaut.

Quid calcitras? Principi summum rerum iudicium dii dederunt, subditis obsequij gloria relicta est. Tacit. iv. Annal.

Augur quatuor, nocet. *Nihil tam exasperat feruorem vulneris, quam ferendi impotentia.* Egesip. lib. I I. cap. IX.

In ipsis agrestibus feris, artificissima vincula, si se excitent, impriuntur, si quiescant, relaxantur. Ibidem.

Modestia reges mitigat: Sed & in teipso vide, nequa durioris imperij culpa. Nam ut verè magnus ille regum dixit: *Regum ducumque clementia non in ipsorum modo, sed in illorum qui parent, ingenis sita est.* Alexander apud Curt. lib. I I X.

Obsequio mitigantur imperia. Ibidem.

Interrogatus quispiam, quid ita Sparta floureret? quia ne reges rectè imperare scirent? Imò, inquit, quia ciues parere. Theopompo tribuit Plutarch.

Contumacia exasperat. O benè! & tu tibi sume. Nam sæpè retractas, & *contumaciâ atque inani iactatione famam fatumque prouocas.* Tacitus Agric.

Et prelatio nimia libertatis. Plenam meramque libertatem spiras. nescius, *quomodo pessimis Principibus sine modo dominationem, ita quamuis optimis modum libertatis placere:* Iv. Histor.

Et necessariò contumaciâ inferiorum, lenitatem imperantis deminui. xvi. Ana.

Monita subditis: Pone hos animos: & *compesce ardorem, peritus obsequi, eruditusque vtilia honestis miscere.* Ia Agric.

Ne contumaciam cum pernicie, quam obsequium cum securitate malis. Iv. Hist.

Qui promi alquere las aut calumnias. Affiduè cogita: *quanto libertate discordi seruiantibus sit vtilius, vnum esse cui seruiant.* Plinius Paneg.

Mali sæpè Principes, fateor & doleo: sed calumniando peiores

peiores etiam facimus. Ita ingenium vulgo. audent passim
& gaudent

Scirus
Theb.

— humili laesse veneno

*Summa; nec impositos unquam ceruice volenti
Ferre duces.*

Thucyd. i.

Atque, vt ille ait, τὸ πρῶτον αἰεὶ βαρὺ τοῖς ὑπὸ κατωτέρωις: *Præfens imperium subditis semper graue.*

Tacit. iv.
Histor.

Quid si aliud? idem. Nam *vitia erunt, donec homines: sed nec hæc continua, & interuentu meliorum pensantur.* Ferās præfentia, spe meliorum.

III. Ann.

Concludo igitur, *Ferenda regum ingenia, neque vsui crebras mutationes.*

CAPVT VI.

Questiuicula per occasionem inserta, An misceat se bellis Ciuilibus vir bonus? vtrimque ea agitata: & cum discrimine aliquo personarum definita.

HÆC initia & hæ Causæ sunt belli Ciuilis. Modus Gerendi sequebatur: sed iustè negaui de eo me dicendum. Illud saltem hoc loco lubet querere, Quis gerat se in bello Ciuili vir bonus? quiescat, an abeat in partes? Quiescem Ratio & Exempla suadere videntur. Ratio: quia *arma ciuilia neque parari, neque haberi possunt, per bonas artes.*

Tacit. i.
Annal.

Sallust.
Iugurth.

Atque etiam finis in iis plerumque improbus: & duces *bonum publicum simulantes, pro sua quisque potentiâ certant.* Vir bonus an ciuili bello intersit? Non debere videtur. Quia ipsum malum: Quia finis in eo malus.

Id. Orat.
Macri tribun. pleb.

His ciuilibus armis, ait Sallustius, dicta alia, sed certatum vtrimque de dominatione est.

Cæsar inter Epist.
Ad Att. x.
ep. vii.

Quid ergo *virò bono & quieto, & bono ciui magis conuenit, quàm abesse à ciuilibus controuersis?*

Ad Attic.
12. epist. iv

Adde, quòd scquitia quædam & feritas annexa his bellis: à quâ sanè immensum abhorret vir bonus. Cicero hoc aspectu clamat: *Melioris medijsfidius ciuis est viri puto, quouis supplicio affici, quàm illi crudelitati non solum præesse, verum etiam interesse.* Quia crudeliter geritur.

Et utriusque abhorruerunt. Iam exempla si queruntur, illustria sunt. *Aiunt gloriari solitum Q. Hortensium, quod nunquam Civili bello interfuisset.* Id. Ad Fam. mil. II. ep. XVI.

Asinij etiam Pollionis factum ac dictum memorabile. Nam rogante Cesare, ut secum ad bellum proficisceretur Aetiacum: Ego, inquit, discrimine vestro me subtraham, & ero praeda victoris. Vell. II.

Cötra, Debre videatur. Et plura reperies. Tamen altrinsecus, Ratio pariter & Exempla. Ratio hæc. Vbi dissidium, cur vir bonus seiungat se à suis? imò ut bos armenta, sic ipse bonos viros, aut eos quicumque dicentur boni, sequatur. Cicet ad Attic. VII. epist. VII.

Et Solon lege ita canit. Sapiens ille Solon lege etiam Medios istos quietosque submouit. *In casu, inquit, civilis discordia, qui non alterutrá parte sese adiunxerit, sed solitarius separatusque à communi malo civitatis secesserit, is domo, patria, fortunisque omnibus careto, exsul extorrisque esto.* Agellius Noct. Att. lib. II. cap. XII.

Fecerunt item viri magni. Quid Romanus ille Cato virtutum viva imago, Certius sapientis exemplar, quam Hercules aut Ulixes, Sen. I. De Tranquil. II. De Tranquil.

Nonne non comitem solum Civilibus armis se præbuit, sed ducem? constat. Ergo & vir bonus idem faciet. & quemcumque forsulerit casum, subibit potius cum iis qui dicentur esse boni, quam videatur à bonis dissentire. Cicero ad Att. III. epist. I.

Nos discriminaamus. Conflictum sententiarum vides: nos quid volumus? pacem. Vtramque sententiam probam esse dicimus, sed cum discrimine quodam personarum. Clarus quispiam aut illustres & actuosos interesse volumus: *versari in republica, atque in eá excellentius se gerere studuit?* Idem pro Sextio.

Posterior ei sententia tenenda: & faciendum quod peccedes, que dispulsa, sui generis sequuntur gregem. Idem ad Att. VII. epist. VII.

Quis color aut ratio, cum tranquillibus rebus ad clauum federis, ut deferas abiiciasque eum, turbatis? nō potes. Huic generi hominum, scimus dignitati esse seruiendum, reipub. consulendum, officij rationem in omni vitá esse ducendam. Idem pro Sextio.

Sed modesti. Misce te & iunge: sed cum hac lege, ut appareat Sapientem et

Idem Ad Fam. IV. Ep. VII. *tem & bonum ciuem initia belli ciuile inuitum suscipere, extrema non libenter persequi.*

Consilia tua si ad pacem confers, si in ipso æstu belli, iræ ac victoriæ moderaris: ô virum, ô ciuem! At parte alterâ, latet aliquis? & est ex eo genere qui *missos fecerunt honores, nec rempublicam attingunt?* Minus claros & quos, quicquid fecerunt:

Hic, me iudice, nec ciuile quidem bellum attingat. Cur nunc se det in turbidum illud mare, qui tranquillum non tentauit? Ille verò *neque tutius, neque honestius reperiet quidquam, quàm ab omni contentione abesse.*

Cælius ad Cic. lib. X. ad Attic. *Eligat censeo aliquod opidum vacuum à bello, dum hac decernuntur:*

Cicer. Ad Att. VII. ep. XXV. *Sed cum eâ item lege, vt ne propensior ad turpem causam videatur.* Affectu in men à bonis stare.

Nepos in eius vitâ. *Animo saltem quis patriam non iuuet? Cape exemplum ab ipsâ Modestîæ & Prudentiæ prole, Tito Attico. qui ita in rep. est versatus, vt semper optimatum partium & esset, & existimaretur: neque tamen se Ciuilibus fluctibus committeret. quòd eos non magis in suâ potestate existimabat esse, qui se his dedissent, quàm qui maritimis iactarentur.* Attici insignis exemplum, nobis imitandum.

Sextonius Jul. cap. LXV. *Vir optime salue, & probande magno illi Cæsari: qui denuntiante Pompeio, pro hostibus se habiturum qui reipubl. defuissent: ipse medios & neutrius partis, suorum sibi numero futuros pronunciauit.* Cæsaris moderatio, Principibus imitanda.

Cic. in iis ad Att. III. Epist. XV. *Hoc nostrum arbitrium est in re litigiosâ. in quo facile intellego, pugnandi cupidis hominibus me non satisfacere.*

Idem pro Marcell. *Sed iidem illi vitam meam cogitent: sciantque consilia nostra pacis & togæ sociæ, non belli atque armorum esse.*

CAPVT VII.

De Finiendo Ciuili bello. & Operis mei finis.

SED feriò iam exulto. & vt nauarum
 ————— quando ex alto procul

Terram conspiciunt,

Plaut. Mz.
necch.

ex animo lætantur: sic ego, qui terram non aspicio, sed tango. Breue saltem spatium interest, de Ciuili bello Finiendo:

Duplex ratio finiendi ciuilis motus.

Pactio melior.

quod vnâ nec mutatâ velificatione decurram. Finitur Ciuilis discordia dupliciter, Pactione aut Victoriâ. Illam eligo. & omnino melius *Sapientiâ id potiùs extinguere, quàm armis & ferro rem in discrimen adducere.*

Cicer. Phil.
lip. v.

Mihi omnis pax cum ciuibus bello Ciuili vtilior videtur.

Idem Phil.
lip. i. i.

Dies & Tempus, semper pro regibus.

Etiam temporaria & parum firma. Nónne diuulsi animi intereà coalescunt? Errant, qui exacta hîc omnia volunt & ad liquidum perducta. Acute simul & verè Curtius: *Nec fallebat Antipatrum dissentire ab animis gratulantium vultus, sed bellum finire cupienti opus erat decipi.*

Lib. vi.

Disturnu bellum iis maximum.

Rex prudens sæpè moram magis quàm bellum metuet.

Litius
xxi.

Tamen plerisque placere video Finiendi modum alterum: qui *veram volunt & sine exceptione Victoriâ.*

Florus ii.
cap. xix.

Victoria plena vix hic conducit:

Quæ splendida sæpiùs, quàm salutaris: nisi magnâ quâdam prudentiâ moderaris. Nam *ex victoria cum multa mala, tum certè tyrannis existit.*

Cicer. ad
Attic. vii.
epist. v.

Nisi consilio valde regitur.

Tu caue, & callidum Mucianum hîc audi: *Initia bellorum Ciuilium Fortunæ permittenda, Victoriâ consiliis & ratione perfici.*

Tacit. iii.
Hist.

Auctores motuum tollendi:

Illâ adhibe, & inprimis semina motuum tolle. Capita specie honoris aut muneris ablega, vt *noua cupientibus auferatur dux & auctor.*

xvi. Ann.

Instrumenta remouenda.

Ipso milites remoue. quos *spargi per provincias, & Externo bello illigari, pars consilij pacis quæ sit.*

iii. Hist.

• Sæpè

- v. Histor. *Sæpè bellum externum firinam concordiam peperit.*
- Sallust. ad
Cæf. *Sed ante omnia Clementiæ vestigiis tu adhære. neque audies importunissima genera hominum, qui tot miserorum ci-
vium sanguine satiari nequiverunt.* Leniter cū
aliis agen-
dum.
- Indid. *Quæ te ad crudeles pœnas, aut acerba iudicia inuocant.* Nō audien-
da sangui-
naria hi-
rudines.
- Indid. *Scilicet ut ipsi trahant, rapiant, & tanquam vrbe captâ, li-
bidine ac licentiâ suâ pro legibus utantur.*
- Cicero ad
Brut. epist.
II. *Non, non : Brutus tibi doctor melior. cuius saluberrimum effatum, Acrius prohibenda esse bella Ciuilia, quàm in su-
peratos iracundiam exercendam.* Salutare
consilium.
- Idem pro
Marcell. *Iudica à plerisque ignoratione potiùs, & falso atque inani me-
tu, quàm cupiditate aut crudelitate ciuile bellum esse susceptum.*
- Sallust.
ad Cæf. *Ita res tuas augebis, ita famam, & efficies ut nec inimicū
quidem queri quiddam audeant, nisi de magnitudine tuâ.*
- Seneca I.
De Clem. *Nullum ornamentum Principis fastigio dignius pulchriusque
est, quàm illa corona OB CIVES SERVATOS.* Decus ro-
gum, cle-
mentia.
- Sallust. ad
Cæf. *SE D ego hætenus, ô Princeps, que mihi vtilissima factū
visa sunt, quæque tibi vsui fore credidi, quàm paucissimis po-
tius, perscripsi :* CONCLU-
SIO
- Vell. II. *Nunc voto finiendum volumen est.*
- Tacit. IV.
Annal. *Et socios, ciues, ac Deum ipsum precor. hunc, ut tibi ad finem
vsque vitæ, quietam & INTELLENTEM HVMANI DI-
VINI QVE IVRIS MENTEM duit : illos, ut quancumque
concesseris, CVM LAVDE ET BONIS RECORDATIO-
NIBVS, facta atque famam nominis tui prosequantur.* Et pro Prin-
cipe votum.

ANNVE O REX REGVM.

IUSTI LIPSI
AD LIBROS
POLITICORVM

NOTÆ,
ET
DE VNA RELIGIONE
LIBER.

Aucta omnia & innouata.



ANTVERPIÆ,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Ioannem Moretum.
CIC. IDC. IV.
Cum Priuilegiis Casareo & Regio.

REVERENDO ET AMPLISSIMO³
PRAESULI
IOHANNI SARACENO
ABBATI VEDASTINO,
ET A CONSILIIS
STATVS BELGICI.



NOTAS quas vides, & adiunctum *De unâ religione* librum, aucta hæc variè aut innouata, tibi datum dicatumque imus, Amplissime Præsul: atque intimo meo voto, vtinam maius aliquod aut speciosius munus! Certè merebaris, & impensè ego volebam. sed quid est? aliud præ manu nunc non erat, & differre diutiùs professionem huius æris alieni, pudor meus & ingenuus animus recusabant. Tu ille es, cuius beneficia à quadriennio iam in me summa: qui aduenientem in amicitiam tuam admisisti, aut potiùs aduocasti; fontem benignitatis tuæ vltro reserasti, & verè fontem: ita largiter & perenniter in me fluxit. Nec in metantùm. publica & testata beneficia tua sunt in omnes, quibus commendatio aut insigne aliquod est Religionis, Virtutis, aut Doctrinæ. Enimverò sacra si intuear, quis magis ea defendit, ornauit, ampliauit? Aræ & templa vetera instaurata, aut noua instituta, tui operis sunt; tui, religiosorum cætus correcti, aucti, propagati; & vno verbo, omnes pietatis

veræ, id est antiquæ, mystæ aut cultores, te habent decus, subsidium, portum. Quid aliæ virtutes? simile. & cum nullâ in re minus ratio constare tibi videatur quàm in donando, mirâ prudentiâ domesticâ tuâ aut parcimoniâ fit, ut supersit semper quod dones. Nec ista in gratiam aut gloriam. Deo soli & vñibus humanis imputas: & fructum beneficij vnum censes, fecisse. Ut stellæ in cælo lucent, hoc tantum ut luceant: sic tu naturâ & inclinatione beneficus, sine aliâ affectatione aut aspectu. O rarum mirumque virum! & in litteris magis hoc lubet diffundere, id est, in re nostrâ. Quis earum titulum in Belgicâ sibi inscripsit, & te Patronum non ascripsit? rarus: cum etiam eos qui colorem & speciem earum habent, iuues. De Nicolao Quinto, egregio inter Pontifices, fama tenuit, cum sermo aliquando esset, de Musicis litteratisque viris, & diceret quispiam, *Poëtas aliquot bonos Romæ esse. Non credo, illum subiecisse: cur enim ad me non veniant, qui etiam malis pateo?* Magni, sed & candidi animi vox. quâ significabat, non compotes solum optimarum artium, sed & candidatos à se diligi: & in iis demerendis munerandisque decipi se, etsi non deceptum. Excitabat scilicet ita alios: & ad rem magis inuitabat, cum & spem viderent honorari. Simile in te est: & quisquis nomen hoc litterarum habet, velamenta & infulas, ut sic dicam, præfert, quibus apud te exoret. Ah utinam in hac & aliâ virtute tibi similes, qui gradu similes! quorum aliqui (plerique nolo dicere) in illâ altitudine, nil nisi alti sunt: & ut cupressi,

cupressi, cetera steriles, præter speciem nihil habent.
At verò in te laudanda etiam alia . hoc imprimis,
quòd curas tuas à singulis ad publica etiam profers:
& patriam consiliis & prudentiâ opportunè iuuas.
En tenebras & confusionem temporum; tempesta-
tem in mari, in terrâ; bella pro religione, pro impe-
rio; dissidia cum veris hostibus, cum ciuibus; & om-
nia sic turbata aut desperata, vt pars consilij cen-
seatur, consiliis non se miscere. Sed tu is obuiam,
& in quiete aut subductione aliorum, manum ad
clauum porrigis: porrigis dico, sed aduocatus. Ille,
ille Rex post hominum memoriam Optimus Ma-
ximus, bona tua vidit, cùm te coram vidit: illam di-
gnitatem corporis, eloquium oris, animi pruden-
tiam: & statim in sanctius illud consilium, quod
rerum statufque vocant, adsciuit. Quàm iudicio
hoc fecerit, iudicia omnium consentiunt. qui te mi-
rantur, vt Numam aliquem aut Lycurgum, sacris
humanisque rebus, pacis belli que artibus, mixtum
& idoneum: & in duplici munere, feliciter & indu-
striè omnia, sic vt in vno alius, obeuntem. Maçte
his virtutibus PRÆSVL, & aliis, quas sileo: quia
iam nunc grauari te sentio hos sermones. in quos
nec me dedissem, nisi quia publicè interest, aliquod
virtutibus præmium, aut præconium saltem esse: &
ne iis sit tantùm ex conscientia merces. Tu meum
animum, quod præcipuè volebam, vides. tuum
nunc & postea; etiam tunc, credo, cùm auulsus ab
hoc corpore in æternis illis locis erit. Quæso vt ita
censeas; & eius obnoxij addictique testes, ac velut

obsides, hos libellos capias : si per se haud magni pretij, operi tamen adnexos, cui pretium aliquod Fama adhuc esse voluit, & spero volet. Quòd autem non perfecti vno tenore & protelo totum opus, non mea culpa aut ignauia est : sed valetudo interpellauit, tum & occupatiunculæ, quæ nimis sæpe distrahunt aut diuellunt. Fiet aliàs, si ille volet, qui super nos vult & potest : qui te **AMPLISSIME PRÆSVL**, Religioni, Patriæ, nobis diu seruet. Louanij, postridie Natalem Dominicum. ∞. I. O. XCV.



SVETONIVS IN AVGVSTO

C A P. L X X X I X.

IN *euoluendis vtriusque lingue auctoribus, nihil laquè sectabatur, quàm Præcepta & Exempla, publicè vel priuatim salubria : eaquæ ad verbum excerpta, vel ad domesticos, vel ad prouinciarum exercituumquæ, rectores, vel ad urbis magistratus plerumque mittebat : prout quisque monitione indigeret.*

I V S T I

I V S T I L I P S I

7

A D I. L I B.

P O L I T I C O R V M

N O T Æ.



POLITICORVM LIBRI.] *Ita inscripsi, De titulo
nec perperam. Nam etsi proprie de principatu agi-
mus, & eius instructio mihi scopus: tamen & li-
brorum prior pars velut commune ἀποαιλιον ad
quamque Rempubl. est: & passim precepta ad
omnem Ciuilem vitam.*

Siue Ciuilis doctrinæ.] *Rectè ita licet vertere: imò Politicen
ipsam Ciuilitatem Apuleius reddidit, de Philosophiâ: & Seneca:
Ciuilem eius partem dixit.*

I N C A P V T I Præloquium.

Veterum monitis, imò & verbis.] *Ita fecimus. Lapides & li-
gna ab aliis accipio: adificij tamen exstructio & forma, tota nostra. Forma scri-
Architectus ego sum, sed materiam variè undique conduxì. Nec ara-
nearum sanè textus idèo melior, quia ex se fila gignunt: nec noster vi-
lior, quia ex alienis libamus, vt apes.*

Duos Rectores, Prudentiam & Virtutem.] *Siue duo etiam Fulcra bi-
fulcra: sine quibus laudabilis & firma Respublica nulla vnquam fuit, na Resp.
nulla erit. Tetigerunt vtrumque alij: sed si neminem distinctè aut
plenè preceptis id amplexum dixerim, libera magis vox erit quàm
superba.*

I N C A P. I I. De Deo.

RECTVS de deo sensus, in deum cultus.] *Ita Pietatem PAG. 22.
definimus. & hac duo sanè præcipua eius munera siue partes, Pietatis
Nosse supremum illud numen, & Venerari. Lactantius: Omnis sa-
pientia hominis in hoc vno est, vt Deum cognoscat & colat. A Sen-
su tamen veniendum est ad cultum. Idem: Sapientia præcedit, Reli-
gio sequitur: quia prius est Deum scire, consequens colere.*

Lib. I. II.
Instit. cap.
III.
Lib. IV.
cap. IV.

Ita appello Summum illud.] *Heu miseriam! adèo à cognitio-
ne Sum-*

Dei propriū nomen igno-
rantes.

ne Summi illius remoti sumus, ut ignoremus & nomen. Ipse increpat: Lib. Iudicū cap. XIII. I. De Fide, cap. XIII. Cur quæris nomen meum, quod est Mirabile? Et Damascenus: τὸ θεῖον ἀκατάληπτον πάντως καὶ ἀνώνυμον ἐστὶ: Comprehendi omnino diuinum illud non potest, neque nominari. *Etsi nos tamen nomina ab antiquo habemus, & quod miremur, pleraq; gentes quadrilittera. Sed cum eodem Damasceno sentio, nullum nomen aptius Deo tribui*, τοῦ ὄντος. *Causa.* ὅλον γὰρ ἐν ἑαυτῷ συλλαβῶν ἔχει τὸ εἶναι, οἷον π

Quod ei conuenientissimum?

πέλαγος ὑσίας ἀπειρον ἢ ἀόριστον: Vniuersum enim illud Esse complectens in se ipse habet, quasi mare quoddam infinitum & im-
mensum. *Pulcherrimè Hermes:* Ἐσιν αὐτὸς καὶ τὰ ὄντα, ἢ τὰ μὴ ὄντα. Poemand. cap. v. Ipse est, & quæ sunt, & quæ non sunt. *Quo sensu? addit.* τὰ μὲν γὰρ ὄντα ἐβανέροσε, τὰ δὲ μὴ ὄντα ἔχει ἐν ἑαυτῷ: Nam & quæ sunt, aperuit; & quæ non sunt, habet in se ipse. *Ille scilicet est (Aegyptiorum templis ritè inscriptum)* τὸ γερῶδες, καὶ ὄν, καὶ ἐσόμειον: quod fuit, quod est, quod erit. *ille, ut Apostolus ait,* ex quo omnia, per quem om-

Deus est, qui est & quod est.

nia, in quo omnia. *Hæc talia nec impie nec insciè dici possunt: sed quanto augustior & Deo dignior illa confessio!* Ἀνεκλάλητος, ἀμήρητος, *Hermes* Poemand. cap. i. σιωπῆ φωνόμενος: ineffabilis, non dicendus, silentio exprimendus.

Dimissio animi hic tuta.

Mentem solutam quamdam.] *Mentem, sed mente subtilior.* *Hermes ille verè Ter maximus in his diuinis:* Ὑλης μὲν τὸ λεπτομέρες τερον, ἀήρ. ἀέρος δὲ, ψυχὴ. ψυχῆς δὲ, νῆς. νῆ δὲ, ὁ θεός. *Materia* Poemand. cap. v. subtilior, aër. aère, anima. animâ, mens. mente, ipse deus.

Deus mente purior.

Præditam motu sempiterno.] *Rectè accipe: pro vitâ & actione sempiternâ.* *Aristoteles explicabit:* Θεῶν δὲ ἐνέργεια, ἀθανασία. τῆτο δὲ ἐστὶ ζωὴ αἰδίου, ὡς ἀνάγκη τῷ θεῷ κίνησιν αἰδίου ὑπάρχειν. *Dei actio, immortalitas, hoc autem est perpetua vita: vt necessum sit* Diuinitati motum perpetuum inesse. *Nam de alio motu, sanè falsum. Ille omnia mouet, immobilis: omnia quatit inconcussus.* *Hermes:* πᾶν δὲ τὸ κινούμενον ἐκ ἐν κινεμένῳ κινεῖται, ἀλλ' ἐν ἐς ὧπ. ἢ τὸ κινῆν δὲ ἔσηκεν: *Omne motum non in moto mouetur, sed in quiescente. & id quod mouet, quiescit.*

Quo sensu dicitur in motu? Vniuersum perpetuo.

Mouet non mouetur.

PAG. 23. De deo etiam vera dicere, periculosum.] *Qui enim scis, an dicas vera? Circumludis infinitum & æternum illud, tu pusille, tu mortalis. Atque hoc sensu, istud verum. Aliàs, non nego quin de deo liberè & verè dicamus, quæ de se ipse. id est, quæ in sacris mysticisq; libris reserantur.*

Vitiū animi, in illū inquirere. Et inquisitio est vana.

Qui meliùs scitur, nesciendo.] *Hoc quoque pari cautione & sensu. Curiosos tantum excludimus: quoniam, ut ait Basiliius, τῆς ψυχῆς νόσημά ἐστ, τὸ κακῶς καὶ περιέργως ζητεῖν περὶ θεοῦ: Animi morbus est, malè & superflue de deo quærerè. Quid autem quæramus? Celi aut sideris unius naturam plenè nendum cepimus: & volumus calō*

mus cali siderumque auctorem? Vani, Vani! Poëtam audiamus:

Philetas.

Θεὸν νόμιζε, καὶ σέβου, ζήτει δὲ μή.

Πλείον γὰρ ἐδὲν ἄλλο τῶ ζήτειν ἔχεις.

Deum esse crede, & colito, sed non quærito.

Nam nil habebis aliud hîc, quàm quærere.

Lactin. eius viâ. Hilar. De Trin.

Sed & Bias olim monuit: περὶ θεῶν λέγει, ὡς εἰσί: De diis hoc tantum dic, esse. Pius noster scriptor magis piè: Deus religione intellegendus est, pietate profitendus est, sensu verò persequendus non est, sed adorandus.

Venerare, non rimare.

Cap. II.

Effectus tamen eius.] *Omnino Dei opera & effectus noscenda, si vis ipsum. Νῆς ὁραταί ἐν τῶ νοεῖν, ὁ θεὸς ἐν τῶ ποιεῖν, ait Hermes. Ut solem deficientem non directò, sed in aquis intuemur: sic deum in operibus.*

Deus in effectus, & ab iis noscendus.

De Fide.

De Trin.

In Phædone.

Affectus (si ita appellare fas.) *Meritò dubito, imò non dubito. Nam reuera affectiones nulla in perfectâ illâ simpliciq; naturâ, sed pura res ipsa. Damascenus: ποιότητος τὸ θεῖον ἐλευθερον: Qualitatis Deus expers. Itaque propriè non ille Sapiens, Bonus, Iustus: sed Sapientia, Bonitas, Iustitia. Hilarius: Quidquid in deo est, deus est: totum quod in eo est, vnum est. Et Augustinus: Quidquid ibi intellegi potest, substantia est. Nec Plato ignoravit: Αὐτὸ τὸ ἴσον, αὐτὸ τὸ καλόν, αὐτὸ ἕκαστον, ὁ ἐστὶ τὸ ὄν: Ipsum æquale, ipsum pulchrum, ipsum singulum, quod est id quod est.*

Affectus nulli in Deo.

Totus, Substantia est.

Interest animis & mediis cogitationibus interuenit.] *Alte hoc imprimate mortales, vix peccatis. Hesiodus:*

Πάντα ἰδὼν Διὸς ὀφθαλμοὺς καὶ πάντα νοήσας.

In Dissertat. ab Arriano digest. lib. I. cap. XIV.

Et Epictetus planè diuinitus: Οταν κλείσητε τὰς θύρας, καὶ σκότος ἐνδον ποιήσητε, μέμνηθε μηδέποτε λέγειν, ὅτι μόνοι ἐστέ. ἔγὰρ ἐστέ. ἀλλ' ὁ θεὸς ἐνδον ἐστὶ, καὶ ὁ ὑμέτερος δαίμων ἐστὶ. καὶ τίς τέτοις χρεία φωτός, εἰς τὸ βλέπειν τί ποιεῖτε; Cùm ianuas adduxeritis, & tenebras intus feceritis, ne vnquam in mentem veniat dicere, quòd soli estis. non enim estis, sed Deus intus est; & Genius vester intus est. Quid autem opus iis lumine, vt videant quæ agatis?

In tenebris Deus.

IN CAP. III.

De Religione.

OMNIA prospera colentibus deos, aduersa spernentibus.] *Seriò cogitare debet Princeps. Religio neglecta aut prolapsa, traxit semper remp. secum, & trahet. Vates ille haud vanus:*

PAG. 24. Cum religione resp. feret, aut cadit.

Horat.

Di multa neglecti dederunt

Hesperix mala luctuosa.

Lib. V. In-Hic. VII.

Et Lactantius asserit, Ideò mala omnia rebus humanis cottidie ingrauesce-

gravescere, quia Deus mundi huius effector & gubernator derelictus est: quia susceptæ sunt, contrà quàm fas est, impie religiones.

Superstitio-
si nos natu-
râ:

In quam naturæ vitio nos proni.] *Adeo verum est, ut in alia vitia duci videamur, in hoc rari. Plutarchus haud iniuriâ deplorat*

In Camil-
lo.

Aus impij.

*την ἀνθρώπων ἀδυναμίαν, ὅθεν οὐκ ἔχουσαν, οὐδὲ κοραῦνται αὐτῆς, ἀλλ' ἐκφραζομένην, ὅπερ μὲν εἰς δεισιδαιμονίαν καὶ τυφόν, ὅπου δὲ εἰς ὀλιγωρίας τῶν θεῶν καὶ περιφρόνησιν: humanam infirmitatem, metam terminum-
que non habentem, nec sui potentem: sed efferentem se, modò in superstitionem & vanitatem, modò in neglectum rerum diuinarum & contemptum. Atqui, ut idem addit, ἢ δ' εὖ γὰρ αἰεὶ, καὶ τὸ μὴ*

In medio-
critate vir-
tas.
Pesi ima
Impietas.

δὲν ἄγαν, αἰεὶ ὄν: Religio, & ut nihil nimis, optimum: Si tamen peccandum est, fateor tutius meliusq; peccari in hanc Superstitionis, quàm illam Impietatis partem. Νόσος δὲ μεγάλη ψυχῆς, ἀδύοττος. ἔπειτα δόξα εἰς πάντα τὰ κακὰ ἐπικολουθεῖ καὶ ἄρα θὸν οὐδὲν. Magnus, magnus animi morbus est, Impietas: quoniam illum opinio & inclinatio ad omnia mala sequitur, boni autem nihil. Et sanè eâ

Hermes,
cap. xii.

Pernicies
Rerum pu-
blicarum.

stante, nunquam Resp. stabit.

Superstitio
efficax ad
regendum.

Nulla res multitudinem efficacius regit, quàm superstitio.] *Liuius de Numâ: Omnium primùm, rem, ad multitudinem imperitam, efficacissimam, deorum metum iniiciendum ratus. Et multitudinem dico, non hanc togatam tantum aut muliebrem, sed etiam illam accinctam & militarem. que, ut idem Curtius ait, alioqui*

Lib. i.

Lib. iv.

Vsurparunt
hoc sine
multis.

impotens, sæua, mutabilis, vbi vanâ religione capta est, melius vaticibus quàm ducibus suis pâret. Itaque vti vel abusi hac sæpe viri Principes. ut P. ille Scipio, qui Iouem in Capitolio consulebat: Q. Sertorius, qui ceruam circumducebat: C. Marius, qui Syram quamdam fatidicam, Martham: P. Sylla, qui in præliis præferre & ostentare solitus sigillum Apollinis. & exempla plura. Sed illud Caroli VII. Gal-

Virginis
Gallicana
enthusias-
mus, sine
dolo.

lorum regis eximium: cuius res accisas valdè reparauit hoc commentum. Virguncula fuit Iohanna Lotharinga, (à deone instincta, an humanâ aliquâ fraude subornata?) que palam ad Regem venit: & mirâ constantiâ asseruit diuinitus se missam, pellendis è Galliâ Anglis. Res relata ad consilium: suasa, dissuasa Regi admittere visum, & prudenter. Eius sanè operâ, imò & ductu (nam arma gerebat, & viris præbat) Aurelianum arctâ obsidione liberatum, & pleraque alia fortiter ac feliciter gesta. Ad extremum tamen vacillauit vaticiniij fides, cum Iohanna capta ab Anglis & Rhotomagum ducta, igne exusta est ut præstigiatrix.

PAG. 25.

Principem
d. dec. i. su.
perstitio.

Attu fuge.] *Ab omnibus superstitio arcenda, à Principe maxime. quem altus scilicet erectusq; animus decet: at Superstitio & aniles persuasiuncula, ut cum poetâ dicam,*

— faciunt

Lact.

— faciunt animos humiles formidine diuūm,

- Depressosque premunt ad terram.

In Sero-
no.

Et sanè vilium ferè aut barbarorum est Superstitio. Plutarchus: Ευδλωτων εις δεισιδαιμονια φουσι το βαρβαρικον: Inclinant naturà ad superstitionem barbari. Quod idem censebis de femineis imbecillisque naturis.

Barbari ad
ca n proni.
Aut femi-
na ac pueri.

Epist.
cxix.

Deos à superstitione timeri.] *Intellege, seruiliter timeri. Nam duo vitij huius propria, Nimus timor, Nimus cultus. Seneca: Superstitio, error insanus est. amandos timet, quos colit, violat.*

Timor ei
comes &
angor.

Hist. III.

Religentem oportet esse, religiosum nefas.] *Mens prisco huic versui, religionem cum modo habendam, ut omnia bona: quae talia esse desinunt, si ille absit. Nam religiosum prisca dicebant in vitio, & cum copià quãdam immodicã, ut Mulierosum, Vinosum. Si autem alicui modus hic seruandus, certè Principi: imo omnibus qui in Rep. versantur. Nicephorus Gregoras haud inscitè: τὰ γὰρ μόνη προσέχοντι τὸν νοῦν τῆ κατὰ θεὸν θεωρία, ὄρεσι καὶ ἀπηλγοῖσι ἐν διατριβῇ προσήκει ὅστις δὲ μετὰ τῆς ἀρετῆς καὶ πολλῶν ἡσυχαστῶν ἡθός, καὶ πείραι ἔσχε πραγμάτων παύσιων, οὗτος λαὸν ὀδηγῶν ἐς τὰ βέλτεα καὶ σωτήρια κρείστος: Nam qui in vnâ Dei contemplatione mentem defigit, huic tali montes & speluncæ conueniunt. at qui vnâ cum virtute ciuiles etiam mores coniunxit, & notitiam sibi parauit rerum variarum, ille verò populum ad optima & saluberrima ducere idoneus est.*

Intellectus
(anus in
versu vete-
ri.

Modesta re-
ligio Prin-
cipi conue-
nit.

Lib. In-
stit. cap. x.

Optimus animus, pulcherrimus cultus.] *Breuitè hoc ipsum & acutè Lactantius: Religiosissimus est cultus, imitari. Etiam Hermas Aegyptius: Ὁρθοκεία τοῦ θεοῦ μία ἐστὶ, μὴ εἶναι κακόν: Vnicus (certè precipuus) dei cultus est, non esse malum. Possẽm hic quãdam appositè & verè: sed Megarensis ille Sapiens mihi inelamat, περί τούτων ἐκ ἐν ὁδῶ.*

Religio in
vitâ & sa-
ctu.

In Paneg.
ad Theod.

Moysem illum Aegyptium.] *Historiola, quam aspexi, amœna & hodie vilis est. Tu, si lubet, ab auctore eam pete.*

IN CAP. IV.
De Fato.

ET vocem Fata sequuntur.] *Hac mente veteres Fata voluerunt Ioui praeo esse cum stilo & tabulis, ad inscribenda eius dicta. Latinus Pacatus: An ut illi maiestatis tuæ participi Deo feruntur assistere Fata cum tabulis: sic tibi aliqua vis diuina subseruit, quæ quod dixeris scribat ac suggerat? Et Marcianus Capella Parcas, scribas Iouis appellat, quod eius decreta in æreas tabulas referant. Onidius aspexit:*

PAG. 26.
Fatum, Io-
nis verbis.
Vet erum
innolucta.

— cernes illuc molimine vasto
Ex ære & solido rerum Tabularia ferro.

Metam.
xv.

Voluntas à
Fato im-
munis:

Nec ad ma-
la, nisi à se,
impellitur.

Ipsi homines, tamen in parte.] *A deo enim sunt, ait Augustinus*, omnium potestates, quamuis ab illo non sint omnium voluntates. *Ab uno & perpetuo illo bono, iure amouemus omnia mala.* *Trismegistus*: Αυτῶ δὲ τῷ ποιῶντι οὐδὲν κακὸν, ἐδ' αἰσχρὸν τομιζόμενον. τὰ ἄρα ἐστὶ τὰ πάθη τὰ τῇ χειρὶ παρὰ φύσιν, ὡς περὶ οὗ τῶ χαλκοῦ, καὶ ῥύπος τῶ σώματι. ἀλλ' οὐτ' ἰὸν ὁ χαλκουργὸς ἐποίησεν, ἕτε τὸν ῥύπον ὁ ποιητὴς γεγέννηκεν, οὔτε τὴν κακίαν ὁ θεός: A b ipso conditore nihil malum aut turpe esse existimandum est. Hæc enim sunt affectiones quædam adhærentes & concomitantes ipsam generationem, sicut ærugo æs, & sordes corpus. Atqui nec æruginem faber fecit, nec sordes auctor produxit, nec malitiam Deus.

Lib. v. de
Ciuic. cap.
viii.

Cap. xiv.

Fatum in-
mutabile.

Nullis consiliis vel auxiliis vitamus.] *Ammianus*: Nulla vis humana vel virtus meruisse vniquam potuit, vt quod præscripsit fatalis ordo, non fiat.

Lib. xxiii

PAG. 27.
Deus non
subest Fato.

Heu fati superi certasse minores!] *Ita Iupiter ipse apud alium poetam* Me quoque fata regunt.

Onid ix.
Metam.
Lib. i.

Nec id ta-
mã mutat.

Et Apollo Pythius apud Herodotum: Τὴν περὶ ωκεάνην μοῖρην ἀδύνατα ἐστὶ ἀποφυγεῖν καὶ θεῶ: Decretam sortem nec deo quidem est effugere: impiã sententiã dicam, an stultã? Cur enim numen vincatur à Fato? numquam certant. Et nos ipsi cum Deum supra Fata esse dicimus, magis Stoicis contradicimus, quam aliquid pro re dicimus. Nam quæ hic comparatio? proinde est, ac si ambigam Iudæxne super sententiam sit, an ipsa super illum. Sed mutare, inquit, Fata an Deus potest? Abi inepte: scito eum nolle & hoc satis. Ordinem fati æterna series regit, cuius hæc prima lex est, stare decreto.

Sen. ii.
Natural.
Quæst.

Consilia
nostra sibi
Fatum
aptat.

Consilia corrumpit.] *Quæ aut mala scilicet immittit, aut nec bona fortunat.* Τῆς γὰρ θείας οὐ συμμαχίας προνοίας τοῖς τῶν ἀνθρώπων βελύμασι τε καὶ πράγμασι, ποιηθῆναι αὐτοῖς ἀπαντὰ τὸ τέλος, καὶ σφόδρα τοῖς ἐναντιώτατον. ἕτε γὰρ βεληφόρος ὁ βεληφόρος, ἕτε ἀνδρείος ὁ ἀνδρείος, ἀλλὰ τὰ τε σοφὰ βελύματα πρὸς ἀσπρον τελευτῶσι πῶτα, καὶ τὰ γενοαῖα καὶ ἀνδρικώτατα πράγματα, ἀνανδρῶν τε καὶ μάλα αἰσχρὰν τὴν ἥτταν καρποῦνται: Nam vbi diuina Prouidentia non commilitat consiliis actionibusque hominum, malus iis exitus obuenit, & cogitationibus valde aduersus. Nam tunc neque vir consultus, consultus est; nec fortis, fortis; sed etiam sapientissima consilia insipienter desinunt, & generosa maximè ac fortia facta turpem & infamem exitum consequuntur. *Liuius breuiter, de Gallorum aduentu ad Urbem*: Occæcat animos Fortuna, vbi vim suam ingruentem frangi non vult. *Sed & Demosthenes, cum Athenienses suos videt consilio nihil facere, aperte clamat, vereri se μή π δαιμόνιον τὰ*

Niceph.
Greg. lib.
vii.

Lib. v.

τὰ ἀράματα ἐλάτῃ: nequid diuinum rebus se inferat & adhæreat: nempe hoc à fato.

Vt quod accidit, etiam meritò accidisse videatur.] *Lu-* Fata per causas agunt.

canti eadem mens:

Lib. vii,

Hoc placet, ô superi, vobis cùm vertere cuncta
Propositum, nostris erroribus addere crimen?

Et reuerà is ordo causarum & euentuum, vt etiam humanà ratione non aliter cadere debuisse iudicemus. O mira sapientia! qua res omnes ita dirigit & flectit, vt tamen ipsi illuc inisse videamur. Quid ergo? Trahit nos ad peccatum impellit deus? non, non, sed ad lapsum. id est, res & fortunas mutat; ab alto deicit, ab imo attollit, & hæc talia externa, sic vt nos ipsi consiliis factisq; gradum nobis struamus ad fatalem illum lapsum, siue ascensum. Vt qui in vinculis à lictore ducitur, plerumque sponte it, trahendus tamen nisi eat: ita hic.

Sed cum culpâ tantè nostrâ.

Tibi quis hîc fructus?] *Fructum vnum & præcipuum expressi, Patientia; licet alterum nunc addas, Scientia. Vos qui in Regno*

PAG. 28.

aut Republicâ, scite: ferri & volui omnia sursum, deorsum, & nullius rei eodem semper loco stare fortunam.

In Fato cõsideranda volubilitas rerum.

Sen. Com. sol. ad Hel. miam.

Sen. Octa. uia.

Regitur fatis mortale genus,
Nil sibi quisquam spondere potest
Firmum & stabile.

Hodie sic, cras aliter.

Tac. III. Annal.

Atque vt noster ait, rebus cunctis inest quidam velut orbis, vt quemadmodum temporum vices, ita & morum vertantur: imò & imperiorum. Græci floruerunt? post hos Afrî, post hos Romani,

Regna in- prima-

Sen. pater in Præfat. I. Cõtrou.

post hos Scythæ: & qui scio an non breui noua aliqua gens? Nam fati

Ouid. Metamorph.

maligna perpetuaque in omnibus rebus lex est, vt ad summum perducta, rursus ad infimum; velocius quidem quàm ascenderunt, relabantur. — Sic omnia verti

Cernimus, atque alias assumere pondera gentes,
Concidere has.

Stare in fastigio Scythas siue Turcas iam video. & stare. A multis annis nulli eorum progressus: profectò (verè vaticinor) spectant casum. Hac talia, quisquis rebus consiliisq; interes, considera: & quantum humano ingenio potest, præuide quò inclinent se fata. & tu ad illa. Nam miser quid pugnes?

Niceph. Greg. vii.

καὶ γὰρ ἐξ αὐτῶν ἐδιδάσκοντο παραγμάτων ἀνδρο- Fatorum deuergia videnda.

πος, ὡς ὅσα μὴ συναεθρομένῳ ἔχει τῶν ἀνωθεν δεξιῶν, ἑσπερίσ τε καὶ γῆ καὶ θάλασσαν μάχεται καὶ ἀπὸ, ὡσπερ πρὶ δεξιᾷ τῆ θεοῦ καὶ τῆς δίκης ἀλδ- σοει δεσποεῖως ἐπιπυθέμενα: ex ipsis factis homo discat, quæcum-

Illuc omnia se dat, stræ- et. oc. ulto fune.

que cooperantem & commilitantem non habent supernam de- xteram, his terram & mare & ærem aduersari, tāquam fugitiuum aliquem Dei & Iustitiæ violatorem efficaciter persequentia.

contrâ, quò Fatum vergit, alia cetera omnia: & velut viam illi muniunt

miunt ignari aut inuiti. *Casar ad Principatum venire debet? Societatem cum illo Pompeius cœat, & calidè euehat iuxta sese. Deicere postea vult? frustra. causam dumtaxat armorum prabeat, turpiter & imperitè ex Italiâ fugiat, aleam de summâ re vno prælio iaciat festinanter. Romanos imperare fatum est? Annibal à Cannis Romam non petat: Philippus fœdus sine effectu cum illo ineat, & nauis cum legatis velut casu capiat: ceteri item reges quiescant, & alij post alios vincantur, fatali omnium ignauia. Quid de hodierno Europa statu cogitem, sileo. Sed Fatum quid tibi vis? quod telum subito in me iniicit? Ecce nuncius, * PLANTINVM illum meum, quo neminem ego, nemo me fidelius amauit; illum pulcherrime artis calumen, & stili mei lucem, abiisse. Heu, heu, ego vivo & scribo?*

* Obiit
Kal. Iuliis,
anni clō.
10. LXXX-
IX.

Tac. xv.
Annal.

IN CAP. V. De Conscientiâ.

P. A. G. 29. **P**OTEST contingere nocenti vt lateat, latendi fides non potest.] *Imitatus est & argutè extulit minor Seneca: Scelus aliqua tutum, nulla securum tulit.*

In Hippod.

IN CAP. VI. De Probitate.

P. A. G. 30. **E**SSE, quàm videri, probus malis.] *Machiauellum ergo nemo audiat, qui simulatam nescio quam virtutem Principi induit, & scane seruientem. O dogma ad Principis perniciem pariter & subditorum!*

Pura probitas, proba.

Honestum ei vile est, cui corpus nimis carum est.] *Cato Censorius in hanc sententiam. Cultus magna cura tibi, magna virtutis incuria.*

Apud Am-
mian. lib.
xvi.

IN CAP. VIII. De Vsu.

P. A. G. 33. **Q**UIS QVIS in re Ciuili intellegens haberi volet, opus ei Experimentiâ.] *Multa & pulchra apud Philosophum in loco vide, quem hic citauit. Illud certum. intellegere te aliquid ex lectione vel auditu in rebus Ciuilibus posse, atque etiam iudicare, tangere aut tractare eas non posse, sine vsu.*

Experimentiâ in Rep. opus.

IN CAP. IX. De Memoriâ rerum.

P. A. G. 34. **P**LURA ad Prudentiam confert.] *Si vlla quidem res ad Prudentiam publicam priuatamq, facit, facit Historia, quam Leoni futuro Principi, Basilium pater iam Princeps, egregiè commendat, verbis*

Cap. lvi. *verbis qua meriti adscribo* : Ιστορίας αρχαίας ἐξέρχεται μὲ κατόνκει. *Historia*
 ἐν αὐταῖς γὰρ εὐρήσεις ἀκόπως, ἀπερίτεροι σιωπῆσαι ἐγκόπως. καὶ μάθους *compendio-*
 ἐκείθου τὰς τε πᾶσι ἀνδραίων ἀρετὰς, καὶ τὰς τῶν Φαύλων κακίας, τὰς τε *sa laus, &*
 τῶν εἰς πολυβόπτες μεταβολὰς, καὶ τῶν ἐν αὐτῶν πραγμάτων τὰς ἐναλ- *fructus.*
 λαγὰς, καὶ τὸ κόσμου τὸ ἄσατον, καὶ τὸ τῆς ἀρχῆς οὐ μετὰ τῆς, καὶ
 ἀπλῶς εἰπεῖν, ἢ μὲν Φαύλων τὰς ἀμοιβὰς, ἢ δὲ ἀπουδίων πράξεων
 τὰς ἀντιδόσεις, ἢ τὰς μὲν φύγης, ἢ τῆς ἐμείθεον δίκης πείρας μὴ λάβης,
 τὰς δὲ ἐκατορθώσης, ἢ τῶν ἐπιτύχου ἐπάθλων καταξιοβῆς : Per Histo-
 rias veteres ire ne recusa. Ibi enim reperies sine labore, quæ ali-
 cum labore collegerunt, atque illinc hauries & bonorum virtutes,
 & improborum vitia : vitæ humanæ varias mutationes, & rerum
 in eâ conuersiones : mundi huius instabilitatem, & Imperiorum
 præcipites casus. Et, ut verbo complectar, malorum facinorum
 pœnas, & bonorum præmia, quorum illa fugies, ne in diuinæ Iu-
 stitiæ manus incidas; hæc amplectèris, ut præmiis quæ ea comi-
 tantur, potiaris. *Hæc Græcus ille Imperator, in libello quem Κεφάλαια* *Basilij Mō-*
πνευματικὰ *in* *inscripsit: probò, pio, & digno quem Principes legant.* *nitoria.*

Eadem ad Ciuilem hanc partem vtilissima.] • *Non tamen* *P. 34.*

omnis Historia, ne erres. Ut aurum non quavis terra gignit: sic nec
hac promiscua, Prudentiam Ciuilem. Quæ illa igitur? ea, quæ tres has *Quæ Hi-*
Notas habet: Veritatem, Explanatorem, Iudicium. id est, quæ le- *storia Poli-*
gitima Historia est, & perfecta. Nec enim talem ego unquam cen- *tico vtilis?*
suro, cui trium horum aliquod deest. Prima, Nota, VERITAS est. Ea quæ Ve-
ut nempe res euentusq; omnes puriter & ex fide narret, nec quid- *ra sit:*
quam (quod nimis ferè inclinant scribentium animi) haustum ex
vano velit. Olim & nunc rara virtus: & à quâ non affectu solum
aut aspectu plerique abeunt, sed specie etiam virtutis. Nam fidem in
Principem aut statum censent, narrare aliquid non ex fide. Atqui
hæc fundamentum operis est: καὶ ἡ ἀλήθεια (ait in hac ipsâ re Dio-
nysius) ἀρχὴν φρονήσεως τε καὶ σοφίας: & Veritas, principium pruden-
tia simul & Sapientia. Ut animanti oculos si eruas, reliquum corpus
inutile reddas: sic Historiam, si ab eâ hoc lumen. In falsâ & erran-
te, quomodo non fallare semper & erres? talis firmiter numquam te
diriget, aut tuas actiones. Nota altera EXPLANATIO est. ut *Quæ pla-*
rem scilicet non fideliter tantum narret, sed disponat etiam atque ex- *na sit:*
ponat. Quomodo, & quare, quidq; gestum sit, addat: ut non modò ca-
lus euentusq; rerum, sed ratio etiam causæque noscantur. Magna
hæc laus, & Polybii iudice, ita necessaria, ut vsum non habeat quacun-
que eâ caret. Ιστορίας γὰρ, inquit, ἐὰν ἀφέλῃ τις καὶ Διαπί, καὶ Πῶς, καὶ Τίνος
χάριν ἐπαράχθη, καὶ τὸ παραχρῆν πρότερον ἔυλορον ἔχει τὸ τέλος, τὸ τὰ βλε-
πόμεινον αὐτῆς, ἀγώνισμα μὲν, μάθημα δὲ ἐγίγνεται: Ab Historiâ
siquis auferat, Quare, Quomodo, Quo fine quidque sit actum, &
an ex

Livius
xxi.

Præfat. Ar-
chæol.

Tac. i. Hi-
stor.

Lib. lvi.

Que mi-
xta iudi-
cii.

an ex ratione satis ceciderit; quidquid in eâ reliqui, id ludicrum magis erit, quàm doctrina. At Nota tertia, IVDICIUM. ut discrimen lumenq; rebus adhibeat: & hac probet; (sed breuiter, & quasi aliud agens,) hac damnet. quod præcipuum munus Annalium reor, ne virtutes sileantur; utq; prauis dictis factisq; ex posteritate & infamiâ metus sit. O pulchra ista pars! & quæ actiones vitamque omnem format & dirigit, si à iudicio tamè profecta directo. Nam prauus aliquis aut imperitus, frustra illuc se dabit: & cum suo tamen irrisu magis, quàm nostrâ noxâ, quia vanitas statim appâret. Ha sunt tres illa Notæ, quas in quacumque Historiâ repperies, Veteri siue No- uâ, scito purum probumq; esse illic aurum. Scrutare.

Tac. III.
Annal.

Iudicium
Historico-
rum, qui
nobis pro-
bi.

Sed visne etiam ad specimē distincē scriptores aliquot tales tibi ingeram? faciam: etsi in hoc iudicio, iudicium meum ipse in iudicium mitto. Distinguam per Tempora & Gentes. Inter Græcos veteres duo sunt mirificè mihi probi,

De Thucy-
dide sentē-
tia nostra.

THUCYDIDES: qui res nec multas nec magnas nimis scripsit, sed palmam fortasse præripit omnibus qui multas & magnas. Elocutione totâ gravis & breuis, densus sententiis, sanus iudiciis: occultè ubique in-ruens, actiones vitamq; dirigens, orationibus & excursibus panè diuinus. Quem quò sapius legas, plus auferas: & numquam tamen dimittat te sine siti. Alter ab isto est

De Polybio.

POLYBIUS, qui multa & præclara libris XL. composuit: sed pars pleraque, aut tota perit, aut mutilata ad nos uenit, cum fraude generis humani. Ille iudicio & prudentiâ Thucydidi haud dispar, curâ & stilo solutior. qui excedit, abrumpit, diffundit, & sæpe non tam narrat, quàm ex professo docet. Sed recta & salutaria ubique eius monita: & quem ego hoc magis Principibus commendatum uelim, quòd anxii in eum inquisitione non opus, sed sensus suos aperit & reuelat ipse. Nam Thucydides sæpe artior & obscurior: eoq; qui circa Principem magis, quàm Principi aptus.

De Plutar-
cho.

Inter Græcos medios PLUTARCHVS est. qui non Historiam propriè, sed particulas Historia scripsit & ablegit, Illustrium virorum vitas. Sed dignus tamen, si quis alius, Principe scriptor. qui iudicium mirificè format, & diffusâ ac planâ quâdam scribendi viâ ad Virtutem ubique & Prudentiam ducit. sed ad illam magis: & nisi fallor, melior omnino quàm acutior doctior.

De Xeno-
phonte.

XENOPHONTEM prætereo? absit. Sed laudatissimus ille Cyrus eius non habet hic locum, quem magis ad exemplum vitæ, quàm ad fidem rerum scripsit. In reliquâ Historiâ (Græcicâ inquam, aut Persicâ) sanè suavis ille, & fidus, cerè circumspēctus scriptor: è quo tamen haurias magis Prudentiâ hanc Ciuilem, quàm ut ultro eam propinet.

Senten-

Sententias quidem & dogmata raro miscet. Sed iuuat nos hic egregie viâ aliâ. cum Thucydidem adhuc latentem, & in suâ manu ut opprimeret (ô candidam, & ab omni amulatione vacuum mentem!) primus ipse protulit & diuulgauit.

Iam inter infimos quoque Græcos duo sunt, quos non contemno. De Nicetâ. Prior est NICETAS CHONIATES, qui res Græcæ imperij scripsit, orsus à Iohanne Commeno Alexij F. ad urbem captam, siue ad Balduinum Flandrum. Is parum adhuc vulgo notus, fateor: sed dignissimus notitiâ: purum rectumq; ingenium, si aliud illo auo. Stilius eius operosus, poëtiæ & Homerum sæpe respiciens: at res & narratio ipsa, distincta, composita, sine vanitate, sine ineptiis, breuis quod satis sit, & fida. Crebra apud eum & opportuna monita: iudicia non libera solum, sed sana. Ad summam, legite vos Politici, gratiam mihi aliquis pro iudicio habebit. certè debet.*

* Ab anno Christiano co. CXVII I vsque ad annum circiter œ. CCX

Alter est, NICEPHORVS GREGORAS, qui historiam & se Grego- filium narrationis eius excepit, at non laudem. Scripsit enim ab urbe ra. captâ res, ad Andronici Palæologi posterioris mortem: sed nequaquam pari castigatione aut industriâ, & vitia plura taxit sui aui. Superfluit, aut euagatur: & res orationesq; proprias miscet, indecorè, imò ineptè. Iudicia tamen eius crebra, & plerumque recta: causa euentuum curiose posita: pietas inculcata, & multa opportunè ad primam illam causam relegata, id est Deum. Sanè Prouidentiam & fatum non alius scriptor asseruit magis. Legendus cum hoc nomine, tum etiam illo, quod pleraque eius Historia ab auo nostro non dissidet: imò lites dissensuq; in Sacris reperies, haud dissimiles hodiernis.

LATINI sequuntur. quorum agmen CORNELIVS TACITVS De Tacito. mihi ducat. Ante Liuium? inquires. Non eloquentiâ, aut aliis virtutibus: sed iis quas nunc consideramus, Prudentiâ, & Iudicij notis. Quis illo verius narrat, aut breuius? quis narrando magis docet? In moribus quid est, quod non tangat? in affectibus, quod non reuelet? Mirabilis omnino scriptor, & qui seriò hoc ipsum agit, quod non agit. Nec enim Historia solum est, sed velut hortus & seminarium praeceptorum. Vt ij qui vestes acu pingunt, ingeniosè gemmas inserunt, sine confusione aut noxâ formarum: sic iste passim Sententias, serie narrationis nihil omisâ aut lasâ. Scaber tamen quibusdam & obscurus videtur. suone vitio, an ipsorum? Nam acutè arguteq; scripsisse fateor: & tales esse debere, qui eum legent. Ideò Consiliarius magis Principum, quam ipsis commenda: qui habeant hunc Sapiencia simul & Prudentia verum ducem.

Alter esto C. SALLVSTIVS; omnino primus, si libros modo De Sallu- eius haberemus. Sed Historiarum corpus illud totum perijt: & ex his stio.

c

paucu-

pauculis, admirari eum magis libet, quàm anxie iudicare. illud video, Thucydidi simillimum esse: & ideo quæ de illo dixi, dixisse hic me puta.

De T. Livio. Tertius est T. LIVIVS, magnitudine quidem & maiestate operis ante omnes. Diffusus ille & placidus, in concionibus maximè disertus; & talis omnino qualem Fabius descripsit. Paucitas ei obiecta ab Asinio: id est, nisi fallor, sermonis quædam peregrinitas, nec tam in verbis quàm stilo toto. Nos quoque supinum cum alibi, aut frigidum, imò & ταυτολόγηι agnoscimus: deriuaturi libenter tamè in exscriptores hanc culpam. Iudicis sententiisq; bonus est, etsi non frequens. quid refert? pro ipso loquitur docetq; copia tot euentuum & exemplorum.

De Q. Curtio. Sequuntur scriptores duo, velut proprij Principum, & assidue eis in manu sinuq; habendi. Q. CURTIUS: qui me iudice probus est legitimusq; Historicus, si quisquam fuit. Mira in sermone eius facilitas, in narrationibus lepos. astrictus idem, & profluens; subtilis, & clarus; sine curâ ullâ accuratus. Verus in iudiciis, argutus in sententiis, in orationibus suprâ quàm dixerim facundus. Quod si varium magis argumentum habuisset; fallor, aut varia Prudentia eximium magis specimen præbuisset. Sed Alexander, quid nisi bella?

De C. Cæsare. C. CÆSAR res suas ipse digessit: compositè sanè, & pari modestiâ ac libertate. In stilo sunt quæ culpam, sine eius tamen culpâ. nam malam aliquam & alienam manum accessisse, satis mihi liquet. Prudentiam non è verbis eius hauries, sed è factis: & maxime Militarem. Commentarij enim sunt, & nihil pollicentur præter nudam simplicemque narrationem.

Inter mediae ætatis scriptores (proh dedecus!) non est quem prome-
diocri Historico laudè. Adeo labente imperio barbaries statim & squalor omnia occuparunt: & si qui scripserunt, y ferè ad vana delapsi, falso vera, aut maiora vero, miscuerunt. AMMIANVS tamen MARCELLINVS fidei & iudicij satis clarus est, modo stili.

De Am-
miano.

Tac. II.
Histor.

De Lamb. Schafnaburgense. LAMBERTVM etiam SCHAFNABVRGENSEM hand planè contempto in rebus Germanicis.

De Roder.
Toletan.

Vti nec RODERICVM TOLETANVM, in Hispanicis. Vterque bonus, quantum potuit in tali ævo.

De Comin-
no.

At patrum & nostro ævo videtur Historia se commouisse. Scripsit eam ante annos paullo minus centum PHILIPPVS COMINÆVS, ita laudabiliter, ut nihil verear componere eum cum quouis antiquorum. Incredibile est quàm ille omnia videat, penetret, arcana consiliorum eruat, & subinde instruat nos salutaribus rarissq; præceptis. & id diffuse, Polybiano quodam exemplo. Quamquam reuera Polybium aut talem.

talem aliquem ille nec vidit: & hoc quoque laudem eius auget, quod tanta præstitit, litterarum omnium rudis, solo usu rerum peritus, & naturali quâdam iudicij bonitate. Ite nunc scioli, & linguarum aliquâ cognitiunculâ vobis placete. At Princeps noster hunc legito, & Enchiridium COMINÆVS illi esto. Dignus Alexandris omnibus hic Philippus.

PAVLLVM ÆMILIVM comitem huic do, qui in Gallis & res quoque Gallicas scripsit, etsi non Gallus. Ludouicus XII. decus hoc Italia abstulit, & vindicauit sibi. Ille, ut rem dicam, panè vnus inter novos, veram & veterem Historia viam vidit, eamq; firmo pede calcavit. Genus scribendi eius doctum, neruosum, pressum; ad subtilitatem & argutias inclinans, & relinquens defigensq; aliquid in animo serij lectoris. Sententias & dicta saepe miscet, paria antiquis. Rerum ipsarum sedulus scrutator, seuerus iudex: nec lægi nostro auro, qui magis liber ab affectu. Dedecus aui est, quod minus ille placeat, quasi paucis sint qui capiant hæc bona. In tantis tamen virtutibus etiam hæc labe-cula. quod stilum parū necit, & spargit diuiditq; eum in minuta quædam membra. Hæc cum in omni seriosâ oratione parum congruum, tum in Annalibus minimè: quorum est, ut ille ait, tarda quædam & iners structura. Deinde, quod inæqualis. alibi nimium anxius & castigatus, ideoq; subobscurus; alibi (sed rarenter) laxus & solutus. Vetus-tatis etiam nescio quid affectat in nominibus hominum, locorum, urbium immutandis, & in veterem formam redigendis: saepe eruditè, interdum vanè, sed, ut ego iudico, semper indecorè. Quorsum Char-tierius Gallorum Cancellarius, Quadrigarius mihi sit? Ille ipse Can-cellarius, dicatur Præfectus iuris? & vbiq; rex Tarraconensis, Castulonensis, Dux Geldubensis: qui nobis & maioribus fuerunt, Arragoniæ, Castellæ, Geldriæ? Talia infinita sunt audacter & ambi-tiosè innotata, & cum fraude pariter ac cruce lectoris. In his, & paucis aliis, si refringere leuiter eum nobis fas: (audeo dicere) virum daremus supra omnem hanc nouitiam, & ad priscam laudem.

De Paulo
Æmilio.

Tac. de
causis cor-
rup. Eloq.

Sunt & aui nostri Historici duo, quos tangam. FRANCISCVS GVICCIARDINVS, prudens peritusq; scriptor, & qui tales lecto-res suos facit. liber est & verax; ab affectibus immunis; si tamè ab odio, quod retegere mihi non semel videtur in Ducem Vrbinatem. Sententiæ bonas utilesq; inserit, sed parum astrictas. Vitia duo propria huius aui non effugit, Quod & iusto longior est, & Quod minutissima quæque narret. parum ex lege aut dignitate Historia: quæ, ut Ammianus ait, discurrere per negotiorum celsitudines afflueta, non humiliū mi-nutias indagare causarum. Sed nec orationes eius satis vegetæ mihi, aut castigatæ. languent saepe, aut solutè vagantur. Denique vno ver-bo, inter nostros, summus est Historicus: inter veteres, mediocris.

De Franc.
Gvicciar-
dino.

Lib. XXVI.

De P. Iouio.

PAVLVS IOVIVS multorum iudicia magis acerba, quàm libera experitur. Acriter valde in virum eunt. Ego de eo sic censeo. Stilo bonum grauemq; esse, & planè ad historiam: iudicio ac fide, ambiguum. Vbi affectus non distrahunt, rectum; ubi illi adsunt, obnoxium. Ad gratiam scilicet se dat & auram. Laudationum nec causam sepe habet, nec modum. Genti sua, Vastio, Medicais, nimis ex professo addictus. his quidem ita, vt Laurentium Medicem parricidij reum velut apud iudices agat. Orationibus quoque aut frigidus interdum, aut ineptus. Laudandus tamen legendusq; ob multiplicem & variam rerum seriem, quas rededit compositis & dilucide in unum Historia corpus. Imò nec in Persicis aut Turcicis tam vanus, quàm videri volunt: & si dem ei in plerisq; adstruunt Turcici Annales, qui nuper* prodierunt.

* Hoc anno, edente Io. Leunclavio. De Petro Bembo.

De PETRO BEMBO aliquid addam? illustri dignitate & famâ vir fuit: quam tamen Historiâ suâ Venetâ apud me non auxit. Iacet in narrationibus, vel friget: in verbis affectatiunculas habet materie aut viro serio parum dignas. Nulla vox nisi ex Tulliano aut Iuliano penu: & qua sic dici non possunt (quippe noua, vel is ignota) miro verborum ambitu comprehendit. Ipsa etiam tota scriptio & formula sic composita, quasi hac omnia Roma gesta, & republicâ illâ stante. Sunt in quibus rideam; sunt in quibus indignor. & cum tam curiosè à verbis sibi cauerit, reperio alibi, qua, non dicam Tulliana non sint, sed vix Latina.

Hac iudicia nostra super precipuis Historicis sunt. Nec enim omnes sanè aduoco. quid opus? Bonis ad vsum & exemplum hæc satis sunt, improbis ad calumniam plus satis.

IN CAP. X.

De Doctrinâ.

PAG. 35. Doctrina mentem illustrat.

AD Prudentiam facit validè.] Omnis omnino Doctrina ad Prudentiam facit, & animi interior ille cultus. Tacite enim acuit, & iudicij vim format. Aristoteles dicere solitus: ἢ μὲν θεοσις δὲ τοῦ περιέχοντος ἀέρος λαμβάνει τὸ φῶς, ἢ δὲ ψυχὴ δὲ τῶν μαθημάτων: Aspectus à circumfuso aëre lumen accipit, mens à doctrinâ,

Apud Diogen. Laert. in Aristot.

Eadem animus domat:

Quia animum ad accipiendam illam præparant.] Nam animus noster per se ferox, mollescit per doctrinam & se frangit, discitque affectus & omnes motus magis habere in Potestate. Plutarchus pulchrè: Οὐδὲν γὰρ ἄλλο Μουσῶν εὐμερείας ἀπολαύουσιν ἀνθρώποι τοσοῦτον, ὅσον ἐξ ἡμερῶν τὴν φύσιν, ὑπὸ λόγου καὶ παιδείας, τῆς λόγῳ δεξαμένην τὸ μέτερον, καὶ τὸ ἄγαν ἀπόβαλῶσαν: Nihil maius ex Musarum placido commercio homines capiunt, quàm quòd naturam mitigent, & mansue eam faciant Ratione & Doctrinâ, amplectentem

Modestiam inserit.

In C. Marcio Coriol.

*rem ex iis Modestiam, & quod Nimis est fugientem. Itaque idem ille scriptor Marcio Coriolano & C. Mario hoc defuisse ostendit, sum-
 mis alioqui viris: qui, inquit, si Musis Gratiisq; litassent, non impetu
 ablatis tam fudum & turpem rebus suis exitum dedissent. Considera.*

In C. Ma-
rio.

Ab hac va-
cui ruerit.

Haurienda, sed ad vsum.] Absit enim ut Princeps hic desi-
 deat, aut in meditatiunculus consenescat. Ut qui ignem à vicino petit,
 non illic haret, sed ablato eo domi focum suum accendit: sic capiendi
 à Doctrinà igniculi illi Prudentiæ, & ad vsum actionemque Civilem
 transferendi sunt.

Ad rem
transferen-
da Doctri-
na.

Qui fructuosi, non qui multa scit, sapit.] Egregiè in hac re

PAG. 36.

*Aristippus. σεμνωμένον τὸς ἐπὶ πολυμαθία, ἐφη, ὡς περ οὐχ οἱ τὰ
 πλείστα ἐδίδοντες καὶ γυμναζόμενοι ὑμῶν ἐπιμᾶλλον τῶν τὰ θεῶν ἄωρο-
 φεομένων, ἔπος ἔχουσι πολλά, ἀλλ' οἱ χρήσιμα ἀναγνώσκοιτε, εἰς ἰσχυ-
 ράοι: quopiam se iactante ob multi-scientiam, dixit, Ut non ij
 qui plurimum comedunt & exercentur, melius valent iis qui mo-
 dice. ita non qui plurima, sed qui vtilissima legerint, docti censendi
 & studiosi. Ergo modus tenendus, præsertim Principi. nec imme-
 ritò Iulianus Desertor (aliàs magnus & multiplici virtute Impera-
 tor) male audiuit, tanquã Græculus litterio, & Philosophus nimium
 deditus. Sed nec Hadrianus extra culpam affectata supra modum do-
 ctrina. Peccavit pariter Michael Duce filius, Byzanti Imperator, qui,
 ducente Michaele Psello, ita totum litteris se dedit, ut gubernatio re-
 rum penes alios esset, & turpiter imperium dehonorearetur. Ego sanè
 Traianum aliquem malim, doctum leuiter, sed vigilantem, serium,
 quàm principem otiosum & in litteris deliciantem.*

Lacr. in
Anstip.

Redundans
scientia, im-
utilu.

Ammian.
xvii.

Iulianus
hic nimius:

Iob. Zon-
aras in An-
nal. tom.
iii.

Et Hadria-
nus:
Et Michael.

Tenuitq; , quod est difficillimum, ex Sapientiã modum.]

Modus in
Scientiã.

*Pulchra gnome & admonitio. Sed quis igitur ille Principi aptus mo-
 dus? Ego hunc censeo, ut neque nihil, neque omnia discat. Nam Lũ-
 douicum Vndecimam valde damno, qui filium Carolum omnium bo-
 narum artium rudem voluit, Ne esset, ut aiebat, in consiliis ca-
 piendis refractor, & tenacior sui sensus. Et mehercule hoc est affecu-
 tus. Nam illum iam regem duo trẽsve homunculi, & ij ex vilissimis,
 huc illuc pro suo arbitrio circumegerunt, cum magnã subditorum indi-
 gnatione & damno. Gothorum causa, penè dicam, iustior. qui, cum
 Amalassuintha egregia femina filium suum Atalaricum liberaliter
 institui doceriq; curaret, cætu factò ad eam venerunt, querentes regem
 suum, nec rectè nec decenter institui. Nam ista omni litteraria lon-
 gè à robore & armis abesse, imò effaminari iis animum & ad timorem
 iraduci. Quare hac ommitteret, & magistros exueret, satis amplis
 doctoribus instructus, maioribus suis. Parère Amalassuintha de-
 buit, cum rogantium post-damno. Hac mala & barbara sunt: atque*

Non tota
ea spernen-
da.

Procop. de
Bell. Goth.
Lib. i.

Tac. xiv.
Annal.

Assumenda
sal. è vtilis.

omnino seriâ institutione formandi imprimis illi, qui ita nati sunt, ut bona malaque eorum ad rempub. pertineant. *Qualis ea esse debeat,* Tac. xv. Annal.

* In Libris De Institutione. *alibi fortasse fusiùs, hic & in compendio dicam. In Livio legi, de Servio, postea rege: Eruditum artibus, quibus ingenia ad magnæ fortunæ cultum excitantur. Tales, neque alias, in Principe ego quæram.* Lib. I.

Artes Principe digna. *Trium generum: Primi generis Eloquentia est & Linguarum scientia. Opus sanè is, vel in legationibus audiendis, vel in consiliis, vel in publicis alloquiis.*

Eloquētia, & cuiusmodi: *Infantem esse Principem, turpe, & detrahit auctoritati. Sed quæ eloquentia eum decet? Tacitus de Augusto prait: Erat ei præmpta ac profluens, & quæ Principem deceret, eloquentia. Profectò talis aliqua conueniat, non morosa illa aut affectata, & quæ artem aut studium præferat.* XIII. Ann.

Linguarū scientia:

Quid tamen Tiberiana illa? de quo idem scriptor. Artem calluisse quæ verba expenderet, validum sensibus, aut consultò ambiguum. Mihi non displiceat. imò in Principe maturo iam Ibidem.

Et inter eas Latina.

aut & regni, hanc ante illam probem. Profluentia & facilitas sermonis sit adolescentia, statâ etatis hæc librata & examinata oratio. Sed & si interdum ambigua aut inuoluta, haud damnem. quia sic opus inter exploratores aut callidos, qui sæpe legationis aut aliâ specie accedunt. De Linguis censeo, non nisi eas discendas, quarum apud subditos aut vicinos crebrior usus. Mithridates hic se iactauerit, qui omnes suarum ditionum: superfluum est, & pompæ magis, quam usus. Romanos illos proceres, vix lego alias calluisse à Latinâ & Gracâ: & sufficiebant, quia sparsa & communes ferè per terrarum orbem. Noster Latinam inter omnes discat, eatenus ut leuiter (si opus) in sermone uti possit, sed maximè ad legendum. Quæ Disciplina melior, non comprehensa hoc sermone? nec versiones vim illam aut indolem semper habent.

Eius utilitas.

Addiscenda est; & facile potest, si Præceptor adsit iudicio probus, qui non circumducatur per varia & superuacua præcepta. Pauca hæc, & lectio, in breui eam dabunt. Addiscenda autem eò magis, quia etiam nunc quasi commune vinculum est, quod Europam inter se commerciis litterarum & sermonis iungit. Scio viros Principes in grandiori iam ætate, cum usum viderent, assumpsisse, spretam aut neglectam male in

Politica & Historia.

iuuentute. Sed pergo. Ad Prudentiam palam faciunt Politicâ, & Historiâ, quas dixeris eorum fontem. Quod illa præceptis complexa sunt, hæc præiuerunt exemplis: & prudens aliqua meliorq; mens hauriet semper ex istis. Hac propria & peculiaris lectio ac palæstra Principum: se atque otium hic exerceant, incredibili suo & alieno fructu. Sed in quibus auctoribus aut libris? de Historicis iâ diximus: de Politi-

Qui legendi in Politicâ.

cis, nemo mihi ante Aristotelem: cui Platonis Leges & Rempub. licam, & Xenophontis Cyrum velim addi. In hac classe pono Militaria, cuiusmodi vetera & noua noster legat. Inter veteres, Leo Imperator bonus est, in libello huic rei scripto; inter novos sunt multi & erunt,

erunt, iudicio tamen eligendi. Ad hanc partem etiam addo, Physica, Geographica, Astronomica, Geometrica. Omnia hac ad Prudentiam necessum est, non dicam plenè scire, sed tamen libere. Physica primum, quia mentem attollunt (quod idem in astrologicis) & abducunt à vano metu aut admiratione rerum. Plutarchus sapienter considerat, & notat in Pericle. quem ait præceptorem habuisse Anaxagoram, à quo imbutus scientiâ rerum sublimium & cælestium, non solum alto fuit animo, sed & oratione erectâ, longè à plebeia & futili loquentiâ. Nec verò, inquit, hunc solum fructum Pericli dedit Anaxagoræ consuetudo, sed etiam omnium superstitione liberauit, quæ terrorem ex rebus aëreis aut æthereis imprimit ignorantibus earum causas. quem eximit naturalis disciplina, & pro terrificâ & vrente superstitione tranquillam inserit cum bonâ spe religionem.

Physica non spornenda.

Meteorologica utilia.

At Geographica quidni nouerit, ut unâ prouincias & membra sui regni? Proxus ad consilia facit (delectationem omitto, quæ maxima & liberalis est) ad consilia, inquam, facit situs terrarum, & magnitudines, atque interualla nosse; tum etiam portus atque aditus; flumina, maria, montes; denique præcipua opida & munitiones; & siquid aliud eximium Deus in machinâ istâ inferiore ostendit.

Geographica ca.

Astronomica addidi, ut tempora anni, imò & tempestates, nouerit aut præsagiat: dies noctesq; alibi diuersas; communiter cursus siderum, & alia iucunda, sed & vsui ad opportunitates agressionum terrâ aut mari. Polybius hac diffundit, & Principi aut Duci bono commendat, in libro suo IX.

Astrologica

Idem & Geometrica. ac reuera ad castra locanda, opida munienda, propugnacula struenda, tormenta dirigenda, uitilem hanc esse partem nemo negauerit, & Principi hætenus tangendam ut possit iudicare.

Geometrica ca.

Nam multum opera studiūq; in istis postremis ponendum, haud dicam nec probo vel Afrorum reges quosdam, vel Castella Alphonsum Decimum, qui toti in Mathematicis aut Astrologicis, calum potius coluere quam terram. Atqui haud magnos etiam reges eos fuisse, res & facta clamant. Caueat Princeps ne subtilia hæc & inducentia nimis eum capiant: non item minuta alia. quod Neroni obiectum à graui censore Tacito est: Nero puerilibus statim annis uiuidum animum in alia detorsit. cælare, & pingere; tantus, aut regimen equorum exercere. Hac indigna magno Principe: cui sedere illud summi Poëta debeat,

Modicè hæc habenda.

211. Ad.

Tu regere imperio populos Romane memento: & ad hunc finem atque artem, alia artium dirigere ac referre. Architectonica tamen non abiicio. utile & decorum aliquatenus ea scire: atque utinam utantur nostri, non ad Palatia aut Arces solum, sed ad opida tota struenda, quod veteres factitarunt. At verò tertij generis artes, Ad Virtutem. Principem probum moribus, ingenio modestum, constantem aduersum metus, æqui amantem esse, publicè expedit: &

Architectonica adhibenda.

Virtus Principem decet.

hæc

Virg. vi. Aeneid.

Ad hanc
Ethica.

hac talia per doctrinam etiam inferuntur. Ethica facient, & quam verè ac propriè Philosophiam licet dicas. Agrippinam non audiemus Neronis matrem, quæ filium, ait Suetonius, à Philosophiâ arcuit, monens imperaturo contrariam esse. O feminam alia quoque improbam! quid ais? imperaturo contrariam? ita, qui ex libidine imperium volet gerere, diuina & humana iura spernere: quod tuus ille eximie fecit. At qui benè, iuste, feliciter imperare, instrumentum & adiumentum ei Philosophia est, sed habita etiam cum modo. Aptissimus in hac parte Plutarchus erit, cuius omnis scriptio cum prudentiâ & virtutem inserit; cui Seneca libellos aliquot addere, valdè sit è meo voto. Iesum Syrachidem etiam commendo, de quo verissimè Basilus Imperator ad filium: è libris eius ciuiles & regias virtutes colligi atque hauriri. Libros autem sacros tractari interim & volui, etiam cum non dico, dico. Quis enim nescit caput in virtutibus Pietatem esse? petatur è suo fonte, & in omni parte doctrina misceatur. Hac præcipua in Institutione sunt: à quâ molliores illas artes Musicen & Poësin sperno: aut certè non exigo. Themistoclis dictum Principi conueniet: qui cum rideretur ab iis, qui scitiores & gnari magis talium artium viderentur, At ego, inquit, lyram aut plalterium tractare nescio, urbem quam paruam acceperim, claram & magnam reddere, id scio. Nec dissensit ab hoc iudicio Philippus Macedo. cuius Alexander cum scitè aliquando & suauiter cecinisset: Non te pudet, inquit, tam benè canere? Et addit Plutarchus: Satis enim est, si vel audire vacet regi canentes alios, & Musis abundè honorem habere, si in huiusmodi artibus exercentes se spectet. Hoc si Græci, multo magis Romani. & scribit Cornelius Nepos: Scimus Musicen nostris moribus abesse à personâ Principis, saltare etiam in vitis poni. Atque hac si arceo, quid de fabellis ad corruptelam factis? In quo numero Amadeus est, ingeniosi nugatoris proles, pestilens liber, si unquam fuit, & natus blandè inficere aut & interficere iuuentutem. Fugite Princeps & Aulici, qui vera & seria amatis. In clausulâ moneo, plurimum hac profutura, sed & interdum non profutura. ac verè de Commodo Imperatore Lampridius: Sed tot disciplinarum magistri nihil ei profuerunt. Tantum valet aut ingenij vis, aut eorum qui in aulâ institutores habentur. Nota. cauendum ab aulicis corruptoribus in ipsâ Aulâ, & nil nisi serium ac probum ad iuniores Principes admittendum.

Plutarchi
commodi-
dazio:
Seneca,
Syrachida.

Musica re-
mota.

Fabulose
historia in-
mitiles.

Cap. LII.

Cap. VI.

In Peride.

IVSTI

I V S T I L I P S I
A. D I I. L I B.
P O L I T I C O R V M
N O T Æ.

I N C A P. I I.

De præstantiâ Principatus.



REGNUM res inter deos hominesque pul- PAG. 39.
cherrima.] *Dictum simillimum in Isocratis Regni præ-*
Euagorâ: Παντες ἀνὸ μολοῦσαιεν τυραννίδα, καὶ τὰς stantia.
θεῶν ἀγαθῶν καὶ τὰν ἀνθρώπων, μέγιστον καὶ σεμ-
νότατον καὶ περιμαχητότατον εἶναι: Omnes fatean-
tur, Regnum, inter diuina humanaque bona,
maximum, augustissimum, & summo studio
appetendum esse. *Atque ego si me effundere in asserendo laudandō-*
que Principatu velim, benigna materia est, & ingenium seruiat: sed
malo te hac ab aliis petere, qui in Politicis scribendis habent has Dis-
sertatum ulas velut pro præcipuo scopo. Mihi alia mens est. & tamen N. s. stri-
quidquid ad rem dici potest, semina eius in Textu nostro iacta ferè sim multa
habes. Quod scito me (semel monco) alibi seruasse. diximus.

I N C A P. I I I.

De Fæminarum imperio.

PRO iisdem consensu aliquot gentes.] *Pleraque gentes in* PAG. 40.
Christiano orbe, excipio Gallia regnum. Sed & veteres Asiatici ita Fæminas
usurpârunt. Arrianus: Νεουμισμένον ἐν τῇ Ἀσίᾳ, ἐπὶ δὲ τῷ Σεμεράμιω, imperare
καὶ γυναῖκας ἀρχεῖν ἀνδρῶν: Receptum solitumque in Asiâ, iam in- πῶς.
de à Semirami, etiam fæminas imperium in viros exercere.

I N C A P. I V.

De Electione & Successione.

MINORE discrimine sumi Principem, quam quæri.] PAG. 41.
Assidet Cornéliana hæc sententia illud Irenes Imperatricis Ad manū
in re simili: ὡς δὲ βασιλέα μὲν ἐν δρόνῳ ἔχουσιν, παρόντα δὲ μὴ ματακι- Princept
εῖν: Quòd nec absentem Principem quætere oporteat, nec præ- capientius.
sentem demouere.

Apud Ni-
cer. Chon.
7. Ann.

d

I N

IN CAP. V.

De Initiis & Mutatione in deterius.

PAG. 42.

Ante imperium multi boni, non in ipso.

SIVE etiam Regni ipsius natura hoc fert.] *Potui addere causam tertiam, Falsam de regnatura opinionem. Nam quod Galba olim euēnit, qui omnium iudicio dignus imperio, nisi imperasset: id multis aliis, qui in bonâ spe, adepti denique imperium ostendunt eo se minores. Nec temere à Pittaco dictum: Ἀρχὴ ἀνδρῶν δεικνύει: Imperium virum ostendit.*

Tac. i.
Hist.

Regnum deprauat.

Diuturnitate in superbiam mutant.] *Aegrè scilicet tam magna felicitas fertur. atque ita ipse Tiberius post tantam rerum experientiam, vi dominationis conuulsus est, ait meus scriptor.*

Tac. vi.
Annal.

Imperium iis artibus facillimè retinetur.] *Clarè & pulchrè pro hac sententiâ Polybius, cum querit cur Hispania tam citò à Carthaginensibus amissa? Nam, inquit, aliter censebant quæri imperia debere, aliter seruari: nec imbibebant, eos optimè retinere dominia, qui in iisdem institutis perseverant, quibus ea initio sunt adepti. At verò illud clarum testatumque exemplis est, quòd homines felicitatem adsequantur benignitate in alios, & bonâ de se opinione. iidem, cum adepti quæ voluerant, ad iniurias & impotentiam in imperiis delabuntur; fit meritissimò, vt vnà cum imperantium mutatione, ipsi subditi se & affectus mutant.*

Lib. x.

IN CAP. VI.

— De fine Principis.

PAG. 43.

Externa bona à Principe postulatur. Mos Indorum.

VT ea opibus firma, copiis locuples.] *Populus ab his externis Principatum bonum maximè metitur. Itaque legi non sine risu in Mexicanâ Historiâ (libenter & incunde ritus noui illius orbis considero) morem iis fuisse, vt cum regem alium consecrarent, is iraret in hæc verba: Iustitiam se administraturum, nullum è subditis oppressurum. bello fortem futurum. Effeturum vt Sol cursum splendoremque suum teneret, nubes pluerent, riui current, & terra produceret omne genus frugum. Quæ postrema, etsi vnus dei propria, tamen & alij à suis regibus expectabant. De Burgundionibus, Ammianus: Apud hos rex appellatur generali nomine Hendinos, & ritu veteri, potestate depositâ remouetur, si sub eo fortuna titubauerit belli, vel segetum copiam negauerit terra. quemadmodum solent Egyptij, casus eiusmodi adsignare rectoribus. Et quid fatuitatem accusem? vetus hac opinio, imò sapientissimo Homero prodita: & sub bono rege vult omnia externa etiam bona. Sic enim Vlysses ad suam Penelopam:*

Lopez Gomara.

Lib. xxvii.

— ἦ γὰρ

Olyff. γ.

— ἢ γὰρ σευ κλέος ἕρανον εὐρὺν ἰκάνει.
 Ως τευ ἢ βασιλῆος ἀμύμονος, ὅς τε Θεσθῆς
 Ἀνδράσι ἐν πολλοῖσι καὶ ἰφθίμοισι ἀνάσων,
 Εὐδικίας ἀνέχησι φέρησι δὲ γαῖα μέλαινα
 Πυρρὸς καὶ κριθάς, βελίθνησι δὲ δένδρεα καρπῶ.
 Τίκτει δ' ἔμπηδα μῆλα· θάλασσα δὲ παρέχει ἰχθύς.
 Ἐξ ἕψησῆος ἀρετῶσι δὲ λαοὺς π' αὐτῶ.

— tua laus latum conscendit Olympum;
 Sicut percelebris regis, qui numina curat,
 In multisque probis que viris iura æqua ministrat,
 Ipsa illi tellus nigricans, prompta atque benigna,
 Fert fruges segetesque, & pomis arbor onusta est,
 Proueniunt pecudes, & suppeditat mare pisces,
 Ob rectum imperium. populi fors tota beata est.

Spart. in
Hadr.

Nec remp. tuam esse, sed te recip.] *Hadrianus Imperator in Reip. Prin-*
 concione sæpe dixit, Ita se rempub. gesturum, vt sciret populi rem *ceps seruit.*
 esse, non propriam. *Vox aurea, & res multo magis, cum praestatur.*

IN CAP. VIII.
 De Regno Virtute firmando.

Lib. vi.

ILL E recip. status optabilis.] *Partem hic magis Polybiana* P A G. 45.
sententia, quam ipsam expressi. Atqui digna adscribi. Εγὼ γὰρ
 οἶμαι δύο ἀρχὰς εἶναι πάσης πολιτείας, δι' ὧν αἰρετὰς ἢ φευκτὰς συμβαί-
 νει γίνεσθαι τὰς τε δυνάμεις αὐτῶν καὶ τὰς συστάσεις. αὐταὶ δ' εἰσὶν ἔθνη, καὶ
 νόμοι· τὰ μὲν αἰρετὰ, τὰς τε κατ' ἰδίαν βίους τῶν ἀνθρώπων ὁσίους ἀπο-
 τλεῖ καὶ σώφροναι, τὸ, τε κοινὸν ἦθος τῆς πόλεως ἡμεροσὶ ἀπεργάζεται, καὶ
 δίκαιον. τὰ δὲ φευκτὰ, τυραντίον.

IN CAP. IX.

De Imitatione & aspectu ciuium in Principem.

Apud Caf-
siod. IIII.
Var. epist.
xii.
IIII. de
Legib.

QVALES in rep. Principes, tales ciues.] *Theodericus rex* P A G. 46.
Gothorum ad Senatum populumque Rom. Facilius est errare na-
 turam, quam dissimilem sui Princeps possit rempublicam forma-
 re. *Plato etiam exerte:* μηδεις ἡμᾶς πειθέτω, ὧ φίλοι, ἄλλη θᾶττον καὶ
 ῥᾶον μεταβάλλειν ἂν ποτε πόλιν τῶς νόμοις, ἢ τῆ τῶν δυναστευόντων ἡγα-
 μοσία. μηδὲ νῦν γὰρ ἄλλη γένησθαι, μηδ' αὐθις ποτε γένησθαι. Nemo no-
 bis persuadeat, ὁ amici, vllâ ratione citius aut facilius ciuitatem le-
 ges moreisque immutare, quam Principum exemplo præeunte:
 neque aliter nunc esse, nec in posterum vnquam futurum. *Vt igitur*
regulam oportet rectam esse, ad quam cetera adæquantur: sic
merito Principem, ad quem alij diriguntur.

*Principem
subditi
amulsiunt.*

I N C A P. X.

De iustitiâ necessariâ regnis.

PAG. 47.

*Iulia turpe
dictum.*

LICET, si libet.] *Iulia Augusta dictum est, priuignum suum ad stuprum inuitantis. & addidit amplius: An nescis te Imperatorem esse, & leges dare, non accipere? Scilicet, ut Velleius ait, magnitudinem fortunæ suæ peccandi licentiâ metiuntur, quidquid libet pro licito iudicantes. Ammianus obscurius, sed hoc ipsum dixit: Nulla vacat quæstio prauitarum apud eos, qui quod volunt, maximas putant esse virtutes. Ab hoc fonte Perfarum iudicum illa responsio Cambysi, roganti num qua lex permetteret nuptias cum sorore? illi negarunt talem se inuenire, sed quandam aliam quâ liceat Perfarum regi facere quidquid libeat. Aequè turpis & perniciosa illa Anaxarchi adulatio, qui, cum Alexander lamentaretur ob Clytum interfectum, nec solatia admitteret: dixit, Ignorare illum, cur veteres sapientes Iustitiam adfetricem Ioui fecerunt. nimirum, quia quidquid à Ioue decretum, id iure quoque factum sit. Anaxarchi tales, sed occulti, utinam non hodie apud imperantes!*

Lib. xxvii.

*Anaxarchi
pernicio-
sum.*Apud Ar-
rian. De
reb. Alexâ
lib. iv. &
Plut. in
Alex.

I N C A P. X I.

De Iustitiæ administratione.

PAG. 49.

*Ius possit
debeatq;
Princeps
interdum
dicere.*

CAU'S S. A S reosque audiat.] *Ipsene? an per alios? Vtrumque: & hoc magis. Certè quin ipse quoque interdum Iustitiæ illud munus in publico viliter ac decorè obeat, non puto ambigendum. Veteres Imperatores ac Reges fecere: & Caroli etiam Magni Constitutio hac legitur. Hoc missi nostri notum faciant Comitibus & populo, quod nos in omni hebdomadâ vntum diem ad causas audiendas federe volumus. Populo autem dicatur, ut caueat de aliis causis ad nos reclamare, nisi de quibus aut missi nostri, aut Comites, eis iustitiam facere noluerint. Vbi finem etiâ huius consilij vides. nempe ut per supremum illum iudicem, ius sicubi labat, corrigatur, firmetur.*

PAG. 50.

*Leges & li-
tes reciden-
da.*

Medeatur noster Princeps.] *Utinam, utinam! Ludouico Gal-
liarum regi xi. hoc propositum: & caussidicina illa, vera tabes Gallia,
nunc non esset, si ille pauculos annos fuisset. Exoriatu alius, & efficiat
ut tandem viperæ istæ sibilare desistant.*

Comin.
cap. cxxx.Apud Flor.
lib. iiii.
cap. vii.

I N C A P. X I V.

De Fide.

PAG. 54.

*Fidas pro
daâ.*

IN Capitolio vicinam Iouis opt. max. esse voluerunt.] *Cre-
do hanc eandem mêtè esse in Liuianis verbis: Apud quos (Roma-
nos) iuxta diuinas religiones Fides humana colitur. Et profectò san-
ctitas*

Lib. ix in
Orat. Post-
humij.

Et ita quadam in ipsâ fide. Scytharum legati ad Alexandrum, pulchrè:
 Cart. VII. Jurando gratiam Scythas sancire, ne credideris. Colendo fidem,
 iurant. Græcorum ista cautio est, qui acta consignant, & deos in-
 uocant: nos religionem in ipsâ fide nouimus. Qui non reuerentur
 homines, fallent deos.

IN CAP. XV.
 De Modestiâ.

Augustin. **I**N alto positum non alta sapere, difficile est.] *Cerè diffi-* P A G. 55.
cile. & magnæ felicitatis est, à felicitate non vinci. Vt quis haud Proni ad
facile multum vini fert: non item abundantem fortunam. Da mihi Superbiam
 Curtius VII. *circumspectissimum regem: tamen inter tot obsequia fortunæ, non* reges.
 satis cauta mortalitas est. *Natura, educatio, adulatio deprauant.*

Non inuicem hominem se, quàm hominibus præesse, cogi- P A G. 56.
 tet.] *Hoc primum remedium & cautio à Fastu, se cogitare. Externa* In eam re-
illa omnia sunt qua te instant estimari debes à teipso. Illa abeunt, ve- medium,
niunt: tu quid es, nisi vile infirmumq; corpus? Vide non quid in te ma- cognitio
gnum habeas, sed quid tuum. Saladinus, Christianorum olim terror, sui.
qui Syriam, Aegyptum, & Africa bonam partem subegit, morti iam Saladini
vicinus, in cogitationem hanc serio descendit: & solam interiorem præclarum
tunicam, pro omni pompâ funebri, in hastâ sublimem ferri iussit, cum factum.
acclamatione, Hoc vnum ex domitore Orientis restare. O vi-
rum illâ & maiore fortunâ dignum, qui tam benè eam cepit! Nihil hic
proprium aut tuum. corona, sceptrum, & omnia hæc ad qua stupemus,
à Deo sunt: & ne auferat, tu ad eum refer. Thymoleon, magnus lauda- Thymoleon-
tusq; dux, qui Dionysium Sicilia eiecit, & in illustri gloriâ vixit, ex- tis modè-
 La Thym. *emplo hic tibi esto. de quo Probus: Nihil vnquam neque insolens,* stia.
 neque gloriosum ex ore eius exiit. Qui quidem cum suas laudes
 audiret prædicari, numquam aliud dixit, quàm se in eâ re maxi-
 mas diis gratias agere atque habere, quòd cum Siciliam recreare
 constituissent, tum se potissimùm ducem esse voluissent. *Nihil po-*
test magis sapienter, magis Christianè.

Magnas arbores diu crescere, vnâ horâ extirpari.] *Reme-* Superbia
dium alterum, cogitare Superbia assiduam comitem, Deiectionem, & depressio
Pænam. arbores.

Senec.
 Hæc. Fur.

Dominare tumidus, spiritus altos gere,
 Sequitur superbos vltor à tergo Deus.

Laër.in
 Chlone.

Nihil altum ille, præter se, vult. eiq; proprium, τὰ μὲν ὑψηλὰ ταπεινῶν,
τὰ δὲ ταπεινὰ ὑψηλῶν: erecta deicere, deiecta erigere.

Vidi cruentos carcere includi duces.] *Remedium tertium, à* Varia &
fortunâ variâ nimis & incertâ. Hodie magnus es? cras alius, aut nul- miseranda
lus. fors regum.

lus. Iugurtham in carcere, Perseum in custodiâ obiisse scimus: & patrum memoriâ, quàm illustre exemplum Tomambaïs est! Ille Aegypti Africaeq; Sultanus, in veteri & felicissimo regno, non solum eo subito exiit, sed & vitâ. Arbitrè paulloantè vitæ necisq; gentium, in vrbe suâ principe, mulo vicatim per ludibrium circumductus, infami laqueo, & manu carnificis, strangulatus est. Quid sub idem illud cui, Attabalipa in nouo orbe magnus Rex, nonne in carcere, post infinitam vim auri quasi pro vitâ extortam, amisit & vitam? In eodẽ tractu, rex regum Mexicanus, nec usitatâ quidem morte obiit, lento igne per summum cruciatum ustulatus. Quæ tam tragica exempla meritissimò verbis Seneca concludo: Quod regnum est, cui non parata sit ruina & proculcatio, & dominus, & carnifex? Nec magnis ista interuallis diuisa: sed horæ momentum interest inter folium, & aliena genua.

Tomambau exitus:

Attabalipa.

Quabuti-moci.

De Tranquil. Animi, cap. xi.

Breuis sermo optimus.

Oratio pressa.] *Vt moneta illa optima, quæ pretij plurimum habet in parua mole: sic sermo, qui sensus. Quid visurus sim, nescio. sed verbosos valdè & vnâ sapientes, nondum ego vidi. Caterum hac Breuitas imprimis decet Principem. Tacitus de Galbâ: Imperatoriâ, inquit, breuitate adoptariâ se Pisonem pronunciat. Causa apud Demetrium Phalereum hac: Nam præcepta & iussiones, quæ Principi conueniunt, breuibus verbis formantur; preces autem, quæ humilioribus, verbosæ & longæ esse debent.*

i. Hist.

Vestis, & hæc talia, negligenda.

In Cultu ne exuberet.] *Iuliani Imperatoris familiare dictum fuit: Turpe esse sapienti, cum animum habeat, captare laudes ex corpore. Et sanè viri magni, incuriosi rerum istarum leuium. Carolus nosse Quintus in veste restrictus. Ludouicus XI. cultu corporis neminem familiarium anteiuit. Iulius Agricola (ita scribit de eo Tacitus) In Agric. cultu modicus; sermone facilis; adè vt plerique quibus magnos viros per ambitionem æstimare mos est, viso aspectoque Agricola, quærerent famam, pauci interpretarentur. Sic de Annibale Linius: Vestitus nihil inter æquales excellens, arma atque equi conspiciabantur. Et quid exemplis opus? vno verbo, plerique illi veteres ἀπλῶς ἑαυτῶν εἶχος, ἐκ δὲ τοῦ σκευῆς, ἀλλ' ἄπο τῆς ψυχῆς βασιλεῖς ὄντες, καὶ τὰνδον τὴ πλῆθυσ διέπεσον, τὰ δὲ ἐν τοῖς ὄμοιοι τοῖς ἀγαλοῖς ἐφαίνοντο. leuiter & sine curâ seipfos habuerunt, non ab apparatu, sed ab animo reges; & introrsum à plebe differebant, extrorsum vel gregariis similes videbantur. Ego Græcorum Imperatores (imagines enim exstant) sine risu non aspicio, in purpurâ: in auro, in gemmis, & à capite ad calcem non regie, sed muliebriter cultos.*

Ammian. lib. xxv.

In Agric.

Synec. Orat. de Regno.

PAG. 57.

Munditias mulieribus conuenire.] *Idè Hesiodus quoque monet:*

Mundus

11. Oper.
& dicta.

Μηδὲ γυναικείῳ λυτρῶν χροῖα φαιδρύνεσθαι
 Ἀνθεῶν.

Nec muliebri se comptu lotuque polito
 Vir quisquam.

Nec aliter de externâ omni specie cenfeo.] *Ut in comitatu, in victu, in omni tuâ vitâ quàm minimum sit Tragædia & pompæ. Cari Imperatoris illustre exemplum non amittendum, quia nec vulgatum. Synesius ita narrat. (Carino tamen adtribuit, per errorem, vii opinor: quia Carus res in Persas gessit, Carinus contra mollis, deses, & nullâ expeditione nobilis.) sed is ita narrat. Bellum inferebat Persis, & iam ad Armeniorum limites peruenerat. Illic militem curare corpus, & cibum è suo commeatu capere iussit, mox ex hostico (Parthorum agros ostendebat) petendum, Dum id agunt, ecce hostium legatos, qui adueniunt. Atque illi opinabantur futurum primò, vt ad Proceres quosdam aulicos deducerentur: deinde dierum aliquot interuallo, ad Imperatorem. Atqui inciderant casu in ipsum iam cænantem. Circumstabat frequens miles, sed auro aut argento nihil cultus. Ipse veste puniceâ indutus, iacebat in herbâ. Cibus erat, vetus aliquòd nigrum pulmentarium: & in eo frustula quædam falsæ suillæ carnis. Cùm autem legatos vidisset, nihil turbatum aiunt, nec quidquam immutasse, sed vocasse ad se vltro, & dixisse, Scire quòd ad se venissent: nam Carum hunc ipsum esse. Iubere igitur vt renuncient iuueni suo Regi, nisi resipiscat, futurum vt intra vnâ Lunam omnis eorum silua & omnis ager, magis nuda & læuia sint, quàm Cari ipsum caput. & simul cum dicto pileum sustulit, & caput ostendit tam glabrum quàm galea eius quæ adiacebat. Et si quidem appeterent, iussit manum in ollam mittere: sin minùs, statim abire, & extra Romana præsidia esse, tanquam legatione omni iam defunctos. Ita me Deus amet, hæc virum olent, imò heroem.*

Nimia & affectata pompa; venena.

*Vide Vopiscum & Eutrop. De Caro narratio amana.

Orat. de Regnò.

IN CAP. XVI.
 De Maiestate.

TRISTITIAM & arrogantiam exuas.] *Qua duo imperiè nonnulli adsumunt, quasi concilianda Maieitati. Plutarchus hos tales taxat. Qui mentem non habent, reges & Principes, inquit, imitantur imperitos statuarios, qui existimant colossos suos magnos & venustos futuros, si tibiis quammaximè diductis, & inflatos, & hiantes fecerint: sic isti grauitate vocis, & toruitate aspectus, & morum asperitate, & insociabili quadam vitâ, dignitatem & maiestatem imperantium exprimere se censent.*

PAG. 57. Externa superbia non ad Maiestatem.

In Com. ment. ad Princip. indòct.

Viles

PAG. 58.

Nimia comitas haud bona.
Periculis infestum.

Viles plerumque, qui nimium ciuiles.] *Omnino abstractio: ne quadam opus iis qui gubernant, & ne nimis vulgò se vulgent. Pericles sciuit: qui antea familiaris maximè & comis, simul temp. attigit, ab omni cœtu amicorum & conuiuui se abiunxit, vita genere quodam subducto, & planè mutato. Causam Plutarchus adiungit. Δεσπαι γὰρ, αἰτ, αὶ φιλοφροσύνην παντός ὄγκῳ περιγαίῃσθαι, καὶ δυσφύλακτοι ἐν συνουσίᾳ, τὸ πρὸς δόξαν σεμίων: Comitatus enim facillè factum omnem atterit, & in familiari consuetudine ægrè custodias iudicij opinionis de te angustum.*

In Pedde.

IN CAP. XVII.

De variis Virtutibus decòris Principi.

PAG. 59.

Neregant famina.

Interdum suadeant.

Isabelle regina laus.

Nec tamen coniugum imperiis obnoxius.] *Nam quod subsidium in eo, ut inquit Tacitus, qui à fœminâ regatur? Cui tamen humili & seruili vitio plerumque feroces & militares gentes obnoxias esse, Aristoteles notauit: & hodie nos videmus. Sed ut imperia mulierum, ita consilia non semper damno. Vtiliter saepe eas Princeps audiet: praesertim si qua à naturâ paullo magis facta ad prudentiam & virtutem. An Augustum penituit, Liuiam suam audiisse? Ferdinandum Hispania regem, Isabellam? cui femina Consaluum, Canarias, Nouum orbem, eiectos Mauros, & hanc magnitudinem suam Hispania in parte debet. Maritum enim suum, etsi à se virum magnum, tamen haud aequè altum aut splendidum, ad illustria illa facta impellebat leniter ac ducebat. At in vitâ priuatâ, eadem mirifica. Vino atatem abstinuit. artibus litterisq; ita amica, ut sermonem Latinum, atate iam grandior didicerit, & auctores libròsque intellegere atque interpretari potuerit. In fortunâ & in morbis infracta; atque etiam in partu sic magnanima, ut emitteret vix vocem. Rarum heroinæ exemplum, & cum veteri omni auro comparandum.*

Lib. xii. Annal.

Li. ii. Polit. c. viii.

Magni Principes in conuitiis fortes.

Ramirus ab. ter.

*Non fabula volpeja conquien trobeja.

Conuicia si irascere, agnita videntur: spreta, exolefcunt.] *Spreuit sanè Augustus. qui cum audiret Aelianum quemdam malè de se opinari solere: Faciam, inquit, sciat Aelianus & me linguam habere. Animosè item Philippus Macedo, suadentibus amicis, maledicum hominem in exsilium mitteret: Minimè sis, inquit, ne vergus & erro, apud plures de nobis malè loquatur. Plura & obuia talia exempla. sed caute tamen vos canicula: quia non omnes Augusti sunt aut Philippi. Ramirus Hispanorum rex mirè probus fuit & in moribus simplex. ob eam rem cum irrisui Aulicus esset, & dictæriis idem idem peteretur, ad extremum exarsit, & undecim viros nobiles ad se vocatos, in Oscâ urbe gladio percussit iussit: addito dicto, * Nescit vulpecula cum quo ludat. Reipsâ scilicet ostendit periculosum valde, τὸν λήοντα ῥύττειν, leonem vellicare.*

Sueton. August. cap. li. Plut. in Apoph.

Roder. Sâct. Hist. Part. iii.

Doctri-

Doctrinam nonnihl ad hunc finem promoue.] *Iure mo-*

Lib. r.
Epist.
LXXII.

neo. nam, ut Symmachus ait, scimus bonas artes honore nutriri, at- que hoc specimen esse florentis reip. vt disciplinarum professori- bus præmia opulenta pendantur. Sed tamen uoculam, Nonnihl,

Litt era pro mouende.

Zonar. in
Annal.

de industriâ addidi: quia ut tollere eas noxiũ, ita calidè nimis pro- mouere. Iustinianus τὰς τυπωθείσας ἀνέκαθε ἐν ἐκάσῃ τῆς πόλεως δι- δόσθαι σιτήσεις τοῖς ἐν αὐταῖς διδασκάλοις τῆς λογικῶν τεχνῶν καὶ ὅπισθ- μῶν, ὑποθήκαις τε ἐπαρχοῦ ἐξέκοψε. καὶ ἔπειτα τὰν ἐν ταῖς πόλεσι δι- δασκαλείων ἐχολακῶτων ἀγροικία τῶν ἐν αὐταῖς κατακρήτισε: antiqui- tus constitutas, in quoque opido annonas, professoribus bonarum artium dandas, de consilio Præfetti sui sustulit. atque ita frigentibus passim per opida Scholis, rusticitas & barbaria occupauit in- habitantes. Mala hac securis quam Thrax Imperator iniecit: sed illi quoque occultè noxiũ, qui effusè nimis promouerunt. Nam otium & mollitiem nullà re facilius aut honestius in animos irrepere, quàm viâ hac litterarum, omnino est fatendum. Atqui robur & virtus non sunt, ubi illa. Vt catuli ad venandum inepti, qui saltare & eiusmodi delicias docti: sic ad virilia exercitia parũ apti, ciues nimis exculti. Franciscum regem primũ, & Leonem Decimum, qui auide litteras excitârunt, in calum tollimus. Si propositũ spectamus, meritò: si finem & successum, ambigo. quia reuera alter Galliam suam, alter Italiam, cultiorem amœ- nioy reddidit, sed vnà & molliorem. Quid bona spei reliquum, ubi etiam famina passim in libris & litteris? atqui eò ventum. Mihi Spartani illi probi, qui χάμματα μὲν ἐνεκα τῆς χρείας ἐμὰν θανον. ἢ δ' ἄλλη παιδεία, ὡς τὸ ἀρχαῖον καλῶς ἐγένετο, καὶ καρτερεῖν ποιεῖντα, καὶ νικᾶν μάχομενον: Litteras ad vsum saltem discebant. reliqua om- nis disciplina erat vt pulchrè parèrent, vt labores perferrent, vt in pugnâ vincerent. Et à Principe meo in suis cinibus id seruari, sua- deam valde. Non nimis, non omnes, studiis se applicent. sed Nobilitas

Sed cum modo. Malè, quò tollunt.

M alè, cul ntmu vud gant. Virtus re- soluitur.

Merarch.
in Lycurg.

tamen maximè: quia patres valere decet consilio, populo superua- canea est calliditas.

Vsurpanda ad vsum.

Sallust. ad
Caes.

Et inprimis à Nobili- bus.

IVSTI

I V S T I L I P S I

A D I I I . L I B .

P O L I T I C O R V M

N O T Æ .

I N C A P V T I .

De Prudentiæ necessitate.

PAG. 61.

Difficile
gubernare.



VLLVM animal morosius, nullum ma-
iori arte tractandum.] *Inde Liuium hoc*
effatum: Excellentibus ingeniis citius defue- Lib. 11.
rit ars, quâ ciuem regant, quàm quâ hostem
superent.

Mens vna sapiens plurium vincit ma-
nus.] *Hoc Ulysses ille apud sapientissimum vatem voluit, cum Mi-*
neruam (id est Prudentiam) sic affatur:

Αἰκέ μοι ὡς μεμαῖα παρσαίνε γλαυκῶπι,

Καί κε τεῖνκοςίοισιν ἐγὼν ἀνδρείοι μαχοίμην

Σὺν σοι, ὠόντια δὲ δά, ὅτε μοι παρσάσῃ ἰπαρήγοις:

Atqui ego, si mihi sic adsistas cæsa diua,

Vel tercentum contra homines concurrere pugna.

Ausum, te fretus comite, ð dea, & adiutrice.

Odyss. n.

I N C A P . I I .

De duplici Prudentiâ.

PAG. 62.

Viri cele-
bres & sa-
pientes in
domo Prin-
cipis decori.

Princeps sapiens, sapientium commercio.] *Cominatus: Nul-* Cap. xxx
lum maius indicium bonæ mētis Princeps potest ostendere, quàm III.
ut adiungat sibi & familiariter vtatur viros virtute & famâ cele-
bres. Nam omnes statim iudicabunt eum talem esse, quales ij qui
apud illum. Hoc sine vitio, non tantum in consilio, sed etiam in con- Tac. 17.
tubernio quosdam habere, insigni tranquillitate vitæ, nullis reip. ne- Annal.
gotiis permixtos. Nam aliena hac fama valde ad tuam famam. Ita
Alexandro Callisthenem, Scipioni Panatium & Polybium, Augusto
Arcum & Athenodorum, aliis aliis adhaesisse scimus, priuatim ma-
gis ornamenta quàm publice adiumenta.

I N

I N C A P. I I I.

De Adiutoribus Principis.

SE D quî parabis? iudicij hîc res est.] *Imò res etiam aliqua* PAG. 63.
Industria. Nam iamantè preparari quidam possunt, ut fiant apti. A pueris quidam formandis ad temp.
Turcarum Princeps à pueritiâ instituit, pacis aut belli futuros admistrros. & Germanorum proceres Alumnos quosdam (ita appellant) suo sumptu educant, in eundem usum. Quid si imitetur Princeps, & selecta quadam ingenia à teneris formari curet ad res Ciuiles? laudem.
Lib. VIII. *Apud Macedones quid seruatum, Q. Curtij verbis dicam. Mos erat* Macedonum ritus.
 Principibus Macedonum, adultos liberos regibus tradere, ad munia haud multum seruilibus ministeriis abhorrentia. Excubabant seruatis noctium vicibus proximi foribus eius ædis, in quâ rex acquiescebat. Ij actos ab Agasonibus equos, cum rex ascensurus esset, ad mouebant: comitabanturque & venantem, & in præliis, omnibus artibus studiorum liberalium exculi. Præcipuus honos habebatur, quod licebat sedentibus vesci cum rege. Castigandi eos verberibus, nullius potestas præter ipsum erat. Hæc cohors, velut Seminarium Ducum Præfectorumque apud Macedonas fuit. hinc habuere posteri reges, quorum stirpi post multas ætates Romani opes ademerunt.

I N C A P. I V.

De Consiliariis.

OP T I M V M quemque fidelissimum puta.] *Rex Salomon* PAG. 64.
(cuius scripta diuina humanæ, Sapiencia plenissima, uti & Salomonis. Scripta plane diuina. Deceptor non apti ad Consilia.
Prouerb. cap. XII. *Syrachida, unice tibi commendo.) paucis verbis: Consilia impiorum fraudulenta. Excludo autem ab hac probitate etiam eos, qui rem suam*
Ca. XVII. *primam male gesserunt, conturbatores aut decoctores. Basilii Imp. ad filium: Συμβελοῖς δὲ χρὰς τῶς καλῶς περὶ τῶν οἰκείων βελούσταις τοῖς καὶ διοικήσασιν, ἀλλὰ μὴ τοῖς κακῶς ἐξ ἀβουλίας τὰ ἑαυτῶν οἰκονομήσασιν. ὁ γὰρ κακῶς περὶ τὰ οἰκεία διατεθείς, εὐδέποτε καλῶς βελούσταις περὶ τῶν ἀλλοτρίων: Consiliariis vttere iis, qui rebus propriis benè consuluerunt, recteque eas administrarunt, non autem qui per imprudentiam malè. Nam qui suis rebus malè prospexerit, nunquam ille benè consuluerit aliemis.*

Morum animorumque prouinciæ gnaros.] Etiam lingua: Consiliarij linguarum periti sunt.
si tamen sermo diuersus, in locis qui tibi parent. Nam isti qui per interpretem accipiunt omnia aut reddunt, nec tam grati nec tam idonei ad agendum, ac multa necessario eos fallunt.

Non exteros temerè, non aduenas.] Nota Princeps, nam hic Consiliarij exteri matius:
peccamus. Vt vulgò remedia quadam ab Afris aut Indis petita aestima-

Turbant statum.

Imperiti eius sunt.

Non amant eum aut curant.

Infelices sunt.

Ruit respublica, quam ijs sustinent.

P A G. 64.

Quales à moribus quoque estimandi. Iuvenes in-epi ad rep.

Causâ unâ

Causâ alterâ.

Solon eos omnino ar-cuit.

Annales le-ges utilissi-ma.

Felices vix sapiunt.

mus : sic plerumque externa ingenia praferuntur internis . At non oportet. Primum, quia ab hac re turba . Indigena haud facile concoquunt, in suâ rep. plus aliquid credi aut tribui alienis. Inde liuor, questus, & auersio quadam animorum . Secundo, quia raro illi, morum, ingeniorum, & totius reip. periti. Plato autem breuiter & rectè dixit: Ειδότες πρὲ ἐκάστου ἢ συμβεβλή: Consilium eius est, qui rei cuiusque peritus. Quod idem alibi diffusius: πρὲ παντὸς μία ἀρχὴ τοῖς μέλλουσιν καλῶς βεβλευέσθαι, εἰδέναι πρὲ ἢ ἂν ἢ ἢ βεβλή, ἢ ἂπαντος ἀμαρτάνειν ἀνάγκη: In omni re consulendi principium, nosse id de quo consilium institutum : aut totâ viâ aberrare necessum est. Tertio, quia etiam si iis peritia, vix tamen affectus aut fides. Quis potest in alienam rempublicam? in quâ semper illud cogitent : Mihi istic nec feritur, nec metitur. Itaque ad commodum suum, aut arbitrium Principis, videbis pleraque ab iis referri. Quarto & ultimo, quia usu comperitum, consilia externa ferè esse infausa. Alexander malè audire cœpit, cum Persas audiit : Romani labi, cum Græcos & exteros: noster Carolus Audax, (ne plura cumulem) cui ruinam suam nisi Campobacchio debet? Effatum hoc habe. Vt in quam domum vestillones veniunt, signum est funeris : sic reip. labentis, ad quam fulciendam adhibentur peregrini. Quod tamen ita intellego, si multi . nam vt vnus aut alter interdum, fide aut ingenio valdè cognitus, haud pertinaciter damnem.

Alcib. 1.

In Phædro.

Plaut. Epid.

Epist. iv.

vii. Polit. cap. ix.

Cic. de Senect.

Iuncus apud Stob.

Liuius xxx.

Item senes.] Qui tales non annis magis, quàm moribus. Nam in quibusdam, vt ait Seneca, non pueritia, sed, quod est grauius, puerilitas remanet.

Consilia senum, hastas iuuenum esse.] Pindari dictum est, vti è Plutarchi Lycurgo videbis . cui hoc Aristotel. eum velut interpretamentum adde: ἢ μὲν δύννημις ἐν νεωτέροις, ἢ δὲ φρόνησις ἐν ᾧ περὶ νεωτέροις ἔστι: Vires in iuuenibus, Prudentia est in senibus. Iuvenes autem non solùm à consiliis, sed omnino à rep. amouendi, causâ duplici. Primum, quia Temeritas & calor in iis . Atqui cum ad gubernacula reip. temerarij atq; audaces homines accedunt, maxima ac miserrima naufragia fiunt. Deinde, quia non cadit in atatem eâ Auctoritas: qua tamen ad iubendum suadendumq; plurimum valet. Opinio saepe de aliquo, plebem magis mouet, quàm res aut ratio ipsa. Solon igitur iure vetuit τὸν σφόδρα νέον μήτε ἀρχεῖν, μήτε ἔμβουλεύειν, εἰ κ' ἀριστὰ δοκῶσι γινώμενος ἔχειν: valdè iuuenem neque magistratum gerere, neque consulere, etiam si optimè à mente constitutus esse videretur. Rei etiam Romanae grande olim fulcrum, Annaria leges : quas malè amissas bonus sapiensq; Princeps reuocabit.

Fortunâ variâ exercitos.] Nam qui assidè in rebus prosperis & latis, quid sapiat? Non temere aduersa casuum reputat, quem Fortuna

Fortuna nunquam deceptit. *At qui aliam eam expertus est, magis ille ad Modestiam factus & Cautionem, præcipuas Prudentia partes. Pindarus recte:* *Magis qui aliquando adhiçti.*

— ὁ πονήσας δὲ νόσῳ

Kαὶ ὀρομαθείας ἔσπει:

— Qui mente laboravit,
Prudentiam inde aufert.

Ann. XII. *Tacitus item de Caractaco, Quem multa ambigua, multa prospera extulerant, ut ceteros Britannorum Imperatores præmineret. Annibal de se, ad Antiochum: Hæc suadeo. qui ut non omnis peritissimus sum belli, cum Romanis certè bellare bonis malisque meis didici. Nec solum Consiliarij, sed ipsi Principes optimi & prudentissimi, qui aliquando in aduersâ sortè. Carolus V. Galliarum rex mirâ sapientiâ fuit, atque ad eò cognomen id etiam tulit: sed quem Fortuna à teneris annis magis iactauit? Patrem suum Iohannem capi abduciq; vidit, & regnum panè totum occupari ab Anglis. Ludouicus XI. planè callidus. sed ille quoque nonne per annos sex à patre & patriâ profugus, apud Philippum Ducem Burgundia egit, quid nisi exsul? Emanuel Allobrogum nuper Princeps, in eadem hac classe. Verissimum igitur Græcorum verbum: * Εὐχὴ ὦν ἰσαδὲς, ἕμιαδὲς: & Miseria Prudentiæ bona mater.*

Lin. XXV.

Principes tales, optimi.

Carolus V. Sapiens.

Lodouicus XI. callidus

Emanuel caustus.

* A quibus læsus, ab his doctus.

Quod satis sit, acutos.] *Profectò mali & inepti, qui nimis. Disputare & sermocinari magis, quam suadere possunt: & tempus sepe terunt, milium, quod dicitur, terebrando. Tu scito, caput omne consilij esse, non in acumine, aut sermonum rationumq; copiâ, sed in directâ quâdam iudicij normâ. Ea autem plerumque his acriculis abest. Machiavellum vide. quid eo acutius? at parum bonus aut felix ille Caesarè Borgia Consiliarius, quidquid excuset se & fatum accuset. Vide Clementem VII. Pontificem. miram ei ingenij vim omnes tribuunt: sed in actionibus consiliisq; quàm infelix, Roma scit & nunc etiam dole. In populis ipsis hoc notabis. Quis nescit Athenienses ante Spartanos, Florentinos ante Venetos, ingenio & acrimoniâ fuisse? melius tamen constantiusq; hos rempub. suam direxisse omnes videmus. Causæ huius rei tres. Prima, quam in Textu libaui. quòd velocia ista ingenia semper mouent aliquid, & nec quieta, quieta sinunt. Altera, quòd in multiplici inuentione & rationum copiâ plerumque nant, & agrè expediunt aliquid cui insistant. Tertia, quòd ea sibi proponunt quæ non sunt, non erunt, & mentem consiliaq; aduersarij astimant à subtili suâ mente. Atqui ille saepe stipes. nec quidquam tutius (obiter moneo) quàm de consiliis eius, ex ipsius indole moribusque iudicare, aut eorum qui apud illum magni. Sed aliquis hic querat. Quid ergo? subiles quoniam damnas, etiã nec litteratos? Haud*

Nimis ingeniosi, mali suaseres.

Exempla.

Rationes eam tres.

An litteratos Consilios

Per se, non nimis.

prorsus. Ego verò libenter eos in Consilium admitto, sed qui non sint hoc tantum. Nam qui solà & nudà istà cognitione litterarum se iactant, valdè repello. Constantius Imperator Coniunctini F. me quidem iudice, valdè hic peccavit: qui, ut ait Zonaras, *ἠδὲνα τῆ γερούσια συνέταξε, ὅς παιδείας μὴ μετέληχεν, εἰδὲ ἠσκητὸς εἶναι τὸ λέγειν, καὶ ἠδὲ γράφειν ἰμμέτερος τὸ καὶ πεζῶς*: neminem in Senatum allégit, nisi eruditum, quiq̄ue se ad dicendum exercuisset, & sciret scribere vinc̄ta oratione & solutà. *Nimis tribuit nostro generi: nec vel doctissimi semper ad remp. apti. Necessum est adsint alia illa dotes, de quibus in hoc Capite monemus. Quas si adferunt: ò magnos tunc, & Principi optandos! Nam desiderabilis eruditio litterarum, quæ naturam laudabilem eximiè reddit ornatam. Ibi prudens inuenit, vnde sapientior fiat: ibi bellator reperit, vnde animi virtute roboretur: inde Princeps accipit, quemadmodum populos sub æqualitate componat. Nec aliqua in mundo potest esse fortuna, quam litterarum non augeat gloriosa notitia. De his talibus ipsa Sapientia loquitur: Ego Sapientia habito in consilio, & eruditis intersum cogitationibus.*

In Confat.

Bend, si dotes aliis mixti. Laudatio vera doctissima.

Cassiod. Var. lib. x. epist. 111.

Pro. viii.

I N C A P. V.

De ratione consulendi.

PAG. 65.

An Sacerdotes in Consiliis.

CONSILIORVM gubernaculum, Lex diuina.] *Apparet ergo merito Consiliis interesse debere viros Sacros religiosq̄: id est, legis eius peritos. Tamen alij abnuunt, & indecoram atque inutilem censent hanc mixturam. Nicephorus Gregoras inter hos videtur. Οὐ γὰρ, inquit, θεωρία πνευματικὴ καὶ πράξις πολιτικὴ, ὡς τὰ πολλὰ, συνείναι τὰ πόρῳσι*: Non enim Spiritualis contemplatio, & Ciuilis administratio, vt plurimum, inter se iunguntur. *Et Synestus Cyrenensis Episcopus multo apertius: Πολιτικὴν ἀρετὴν ἰεροσύνη συνάπτει, τὸ κλειθεὶς τὰ ἀσύγκλωσα*: Ciuilem virtutem iungere cum sacerdotio velle, est miscere omnino non miscenda. *Ac plura & diffuse in eam rem ibi scribit. Quid ergo nos? cum venià sic censemus. Interesse eos posse, imò & debere: sed rarerent. tunc videlicet, cum de rebus planè seriis grauibsq̄, agitur, & quæ tangunt vniuersum statum. Nam tunc sanè quidni audiantur? siue vt robur & auctoritatem bona sententia adferant, siue vt reprimant coercéantque in aliam ruentes. Nam quanquam illi rerum Ciuilium propriè non periti: tamen saepe etiam in istis saluberrimè consulunt, & Syrachides non falso scripsit: Anima viri sancti enunciat aliquando vera,*

Hist. 111.

Epistola LXVII. 10. tā.

Interdum utiliter esse.

Viri sancti supra Prudentes sepe sapiunt.

Eccles. cap. xxxvii.

videlicet terrenis curis, caelestia illa deserent: nec terrena ipsa (quippe aliud illorum munus) satis commode aut decore administrabunt.

Libertatem secundò.] Magnum in Consiliario atque utile munus, ut libera ei lingua. Solon olim rectè: Συμβέλευε μὴ τὰ ἡδίστα, ἀλλὰ τὰ κάλλιστα: Cōsule nō quæ suauissima, sed quæ optima sint.

Liberi & veraces cōsiliarij esse debent.

Laert.in Solone.

Sic oportet. nam rara hac nimis in Aulis Principum virtus: & vis scire cuius rei inopiā laborant magna fastigia? quid omnia possidentibus desit? ille qui verum dicat. Certamen plerumque adulationis est: & dant se non magno alicui solum, sed his qui magni apud magnum. Placentini aut Laudenses ferè hoc totum genus, pauci Veronenses. Inter hos tu esto: & scito liberè te semper cum Rege loqui posse, sed non de Rege. Cum modestiā tamen: ad quam Hephæstion ille tibi prait apud Curtium: Libertatis quoque in admonendo. (Alexandrum) non alius ius habebat: quod tamen ita vsurpabat, ut magis à rege permissum, quàm vindicatum ab eo videretur.

Rara ea virtus.

Adulatio regnat.

Temperanda tamen libertas.

Sen.vi. De Benef. cap. xxx.

Tertiò Constantiam.] Turpis enim & fœda illa vacillatio sententiam mutantium, & certum signum non certa mentis. Idg̃ cum singulis Consiliariis, tum magis Consiliis, vitandum. ne audiant illud, quod Carolus v. Imp. faceret conijcere in Germanorum conuentus solet. quos assimilabat viperis: quia (aciebat) ut istæ matres suas tollunt; sic illorum posteriora decreta, priora.

PAG. 66.

Mutatio in consiliis turpis. Caroli v. iocus.

At non Rigorem.] Consilia enim ad euentus & tempora accommodanda & saepe inflectenda sunt: atque, ut Plato ait, χρὴ ὡσπερ ἐν πτώσει κύβων, πορὲ τὰ πτωτικῶτα τίθειν τὰ αὐτὴ πορὲν ἄνω, ὅπῃ ὁ λόγος ἐρεῖ βέλῃς ἀνέχειν, ἀλλὰ μὴ πορὸς ὡς πάντας, καθ' ἄνω παίδας, ἐχομένους τὸ πλεῖστον, ἐν τῷ βοῶν διατρέβειν: oportet, tanquam in talorum iactu, ad id quod ceciderit res suas aptare, quocumque modo ratio id optimum esse dixerit. non autem, quasi pueros, ipsos quoque cadentes, firmiter eam rem tenerè in quam impeggeris, & clamando quiritandoque tempus consumere. Consilia ergo noua pro rebus nouis, aut ubi priora improsp̃era.

Fas aliquādo mutare consilia.

Sed cum causis.

De Rep. lib. x.

Arte enim & flexu quodam opus saepe.] Seneca appositiè: Huc illuc frænis leniter motis flectendus est animus, paucis sui rector optimus. Plerique enim rectorum rectore alio egent, etsi palam habere eum spernunt. Callisthenes hic offendit, qui præter monita magni sui Doctoris, nimis apud Alexandrum abscessus & asper. Quæ debebat dicebat, sed non quomodo debebat. Arriani causæ sententiæ ego accedo: καὶ τῶτων ἐγὼ ὅσα ἐς ὕβριν τὴν Ἀλεξάνδρου, καὶ ἐς σκαυιότητῃ τὴν Καλλισθέους φέροντα, ἔδῃν ἐδῆ μὴ ἐπαινω: ἀλλὰ τὸ καθ' αὐτόν γε κοσμίως τίσταθ' ἐξαρκεῖν φημι, αἰξοντα (ὡς ἀνυδὸν) τὰ βασιλείως πράγματα, ἄσπῃς ξυνεῖναι ἐκ ἀπηνξιώσεσ. ἐκείν ἀσπικῶτως δι' ἀπειχθείας γυιῶθ

Reges leniter regendi.

Callisthenes præfatus.

v. De Benef. ca. xxv.

Lib. IIII. de reb. Alex.

Als-

Αλεξάνδρῳ Καλλισθένι τίθεμαι, ὅτι τῆ ἀκαίρῳ τε παρρησία, καὶ ὑπερφροσύνη ἀελητρία: Ego verò nihil eorum, quæ vel ad Alexandri iniuriam, vel ad Callisthenis morositatem pertinent, laudauerim. Sed illud aio & statuo, sufficere vt seipsum modestè habeat geratque, & Regis, quoad fieri potest, negotia promoueat is, quicumque adesse & seruire illi in animum semel induxit. nec immeritò grauem fuisse Alexandro Callisthenem, tum ob intempestiuam libertatem, tum ob superbam stultitiam.

Regibus r.8
frustrà ob-
tinendum.

Quoties necessitas ingrueret, prudenter moderans.] *Præclarum huius Pisonis exemplum, atque omnino imitandum. Plato ad Dionis propinquos: ταυτὴν δὲ καὶ περὶ πόλεως αὐτῆς διατρέμενον χρὴ ζῆν πὸν ἔμφορα. λέγειν μὲν, εἰ μὴ καλῶς αὐτῷ φαίνοισθε πολιτεύεσθε, εἰ μέλλοι μήτε ματαίως ἔρεϊν, μήτε ὑποθαλαεῖσθε λέγων: Hoc eodem animo erga patriam suam affectum, viuere prudentem virum oportet. Dicere quidem, siquid non rectè administrari ei videatur: sed eâ lege, si futurum putet vt neque frustrà dicat, neque dicendo vitæ periculum incurrat. Quod tamen ita verum, nisi rex aut regnum periclitetur. Nam tunc nullum discrimen bonum consiliarium teneat, quin clamet. Themistocles ille exemplo, qui olim ad Lacedæmonium: Feri, sed tamen audi.*

Epist. vii.

Plut. in
Themist.

Consiliarij
sacri sunt

Quintò Silentium.] *Omnino seruandum in Consilio, quod vim habere vis aut usum. Et seruandum etiam tuâ consulentis causâ. quia arduum nimis est, meruisse Principis secretum, vbi siquid cognoscitur, prodi vel ab alio formidatur. Alexander cum arcanas quasdam litteras Hephastioni legisset, detractum annulum ori eius admovit. quisque sibi id factum putet, & simul in Consilium lectus est, os sibi clausum à Principe signatumq;. Persas cogita: apud quos, ait Ammianus, nemo consiliorum est conscius, præter optimates taciturnos & fidos, apud quos Silentij quoque colitur numen. De quibus & Curtius: More quodam Persarum, arcana regum mirâ celant fide. non metus, non spēs elicit vocem, quâ prodantur occulta. vetus disciplina regum, silentium vitæ periculo sanxerat.*

Cassiod.
viii.
Var. ep. 1.

Lib. xxi.

Simile apud Romanos. quorum Curia, in tanto numero Senatorum, silentio sic vndique clausa; vt non dicam vnum, sed neminem audisse crederes, quod tam multorum auribus fuerat commissum. Notabile illud de Eumene rege: qui cum Romam venisset, & regem Persen in Senatu accusasset, ac de toto bello cum Patribus deliberasset: in præsentia nihil, præterquam fuisse in Curia regem, scire quisquam potuit. bello denique perfecto, quæque dicta ab rege, quæque responsa essent, emanauere. Mira & diuturna silentij fides.

Valer. ii.
cap. ii.

Lib. xlii.

IN CAP. VI.

Vitanda Consiliariis.

ADVERSUS peritos, peruicaces.] *Turpe. & est aliquis,* P A G. 67.
etiam ubi iuste refragaris, refragandi modus. Demosthenes me-
 Enod. *ritò Spartanorum institutum laudat, quod tale. Ferunt, inquit, apud*
 III. *eos dum decernitur, quemque sententiam suam libere promere:*
sed ubi decretum est, eadem laudare omnes, & adiutores esse
etiam illos qui contrà dixerant.

Discordia inter consuasores.] Perniciosa semper, non aliter *Disidia in*
quàm si remiges & nauta digladiantur in unâ aliquâ navi. Tacitus *Consiliis*
 Annal. *notat: Iulius Classicianus Sueronio discors, bonum publicum pri-* *mala.*
 XIV. *uatis simultatibus impediēbat. Et semper ita euenit, ubi inter col-*
legas amulationes. Quid remediū? ut aut ponantur ea, aut cerē sepo- *Ad limen*
nantur. Aristidis exemplo: qui Themistocli valdè aduersus, cum ta- *Curia po-*
 Plutarch. *men unâ in legationem missi essent, & ad portam Urbis venissent: Vif-* *nenda.*
ne ô Themistocle, inquit, inimicitias paullisper hîc deponamus,
recepturi eas cum redierimus? Sciebat scilicet rem communem, sine
communione animorum, numquam rectè administrari.

Auaritia, siue rei suæ studium.] Ah pestis! Nullum enim *Auaritia*
 Cic. pro *est officium tam sanctum atque sollempne, quod non auaritia com-* *arceda.*
 Quinct. *minuere ac violare soleat. Quinetiam, ut Pindarus ait, χέρει καὶ*
σοφία δίδεται: Lucro etiam Sapientia capitur & irretitur. Igitur ca-
 Polit. VII. *uenda illa, & omnes ad eam causa. Ac prouide illi populi: quibus*
 Cap. X. *legem fuisse Aristoteles ait, ut qui agros limitaneos hostibus ha-*
berent, non admitterentur ad Consilia belli gerendi, quasi ob pri-
uatae rei aspectum suadere minus commodè possent. Nec Principi
remedium hîc aliud, quàm ut ne naturâ tales eligat: & item ut pro-
lixè cum electis agat, atque omnia à se expectent.

Lex Thebanis, quæ vetuit.] Videntur remouendi à reip. ad *Mercatores*
ministratione mercatores, causâ non unâ. Primum, quia consuetudine *non apti ad*
 VII. Polit. *& inclinatione auari: ideoq; facile publicam rem, in suam vertant.* *Consilia.*
 Cap. IX. *Secundo, quia parum magnanimi aut splendidi: atque, ut Aristot-* *Causa.*
 Lib. XXI. *elis verba usurpem, ἀσυνὸ τοῖς ἑσβλοῖς καὶ ὁπὸς ἀπερὶν ἰσχυρῆτος:*
 la Solonc. *parum generosa hæc ratio vitæ, & virtuti aduersa. Tertio denique,*
quia in publicâ personâ Auctoritatem id minuit: & ut Linius ait, que- *Interdum*
stus omnis indecōrus Patribus est visus. Ab hac sententiâ fateor me *tamen ad-*
stare, præsertim in Regno. Vbi tamen aut rara nobilitas, aut plerique *mittenda.*
honestiorum amplexantur id genus vitæ: non nimis eos repellam. &
scio Venetos, Florentinos, Genuates, Batauos sic v'sitasse, haud magno
 suo malo. *Quinetiam olim dignitatem mercaturæ fuisse, Plutar-*
 chus

chus tradidit: vt, quæ commoda ex regionibus barbaris afferret, amicitias cum dynastis conciliaret, & ad multarum rerum peritiam conferret. Nota Princeps. & hoc genere hominum cum fructu saepe utere, siue ad explorandum, siue ad ingressum & aditum aliquem apud longinquos & ignotos faciendam. Nonne hoc Lusitanis regibus limen ad Orientis regna & primus gradus?

Vfus eorum Principi.

IN CAP. VII.
Impedimenta boni consilij.

PAG. 68.

Præsidentes noxij.

Cum metu consulendū.

FIDUCIA.] *Noxia valde in consiliis, quia suas alienasq; vires parium librat, & euentus omnes aptat ad sua vota. Principes eadem saepe fallit. qui naturâ magni, libenter audiunt hos magnanimos, & speim magis ipsam, quàm spei causam intuentur. Arcenda, videndumq; semper ne illud audiamus: ἄριστον ἐπιτάχθαι, ἢ εἶπερ. Priusquam occideris, excorias. Polybij sanum hic dogma, iubentis: μηδέποτε εὐλαχέως περὶ τῶν μέλλοντες, ὡς ἤδη γερονότος, μηδέ προρατελιζεν βεβαιωμένους ὑπὲρ ὧν ἀκμὴν ἐπιδεχόμενον ἐστὶν ἄλλως χρεῖας, νέμειν δὲ μερῶν τῶν παρεδόξα, πάντα χῆρὴν ἀνθρώπων ὄντων, μάλιστα δ' ἐπὶ τοῖς πολεμικοῖς: Numquam de futuris rebus, tamquam iam factis, deliberare; neque præfidere constanter in iis quæ aliter euenire possunt. sed partem aliquam inopinato euentui relinquere, cum vbique homines simus, maximè verò in rebus bellicis.*

Liu. xxii. Adag. Græcor. Lib. ii.

Imperitia plerique solidi.

Aut adulatores.

Cum sapientiâ non comuniscetur.] *Non hercules cum sit Imperitia ipsa proles. Thucydides: Αὐαθία μὲν θεῶσος, λογισμὸς δ' ἔθνον φέπει: Inicitia Fiduciam, Prudentia Cunctationem gignit. siue vt Hieronymus transtulit: Imperitia Confidentiam, Eruditio Timorem creat. Cui apud reges Adulatio etiam saepe mixta: dum auribus illorum seruiunt, & tam magnos validosq; eos faciunt, quàm videri volunt. Talis Minio ille apud Antiochum: qui ignarus omnium externorum, viresq; æstimans regis ex rebus in Asiâ Siriâque gestis, temerè eum impulit ad Romanum bellum. Accessit eiusdem ingenij nescio quis Alexander Acarnan, qui tanquam non vtrum bellandum necne esset, consuleretur, sed vbi & quâ ratione bellum gereretur, victoriam se haud dubiam animo proponere affirmabat. O pessilens genus, præsertim vbi Princeps ipse ad typhum & fastum inclinat!*

Lib. ii. Epist. ad Euagr. Lii. xxxv. Ibidem.

Quando & quatenus consilia subita aut fortia, utilia?

Consilia calida & audacia.] *Quæ tamen haud semper improba, ne erres. In communi quidem administratione rerum valde damnanda: at in nouo aliquo aut subito discrimine, utiliter & necessario saepe adhibenda. Apud Capitolinum scribitur: Hanc nouis rebus debere inesse constantiam, vt rapienda sint consilia, non quærenda. Doct̃or noster regulam hanc suggerit: Cunctatione non opus,*

In Maxim. Tac. i. Histor. vbi

vt perniciosior fit quies quàm temeritas. Imò ab eodem discēs: Inter ancipitia, deterrimum esse, media sequi. *Observa. quia plerique hic peccant, & in rebus afflictis, ut idem loquitur, nec prouident satis, nec audent.* Rebus extremis, media spernenda.

Celeritas, infanis naufragiis.] *Pulchrè Artabanus apud Herodotum.* Επιχθῆναι μὲν νῦν πᾶν πρῆμα τίπτει σφάλματ' ἐν τῶν ζήμιαι μετ' αἰαί φιλοῖσι γίνεσθ' ἐν δὲ τῶ ἐπιχθῆν ἐνεσι ἀγαθὰ, εἰ μὴ παροῦσι δακύνοντα εἶναι, ἀλλ' ἀνὰ χεῖρον δέξει πᾶν: Festinare quoduis negotium, gignit errores: vnde maxima detrimenta exoriri solēt. At in cunctando bona insunt, quæ si non statim talia videantur, tamen in tempore bona quis esse reperiat.

Consulta oportet exsequi festinanter.] *Velleius M. Agrippa* PAG. 69. hanc laudem tribuit: Vir, inquit, labore, vigiliâ, periculo inuictus, & per omnia extra dilaciones positus, consultisq̄ facta coniungens.

IN CAP. VIII.

De Principe, quî se gerat in Consiliis.

MATVRE deliberet.] *Ne eueniat scilicet, quod in consiliis infelicibus (Taciti verba) vt optima videantur, quorum tempus effugit. Tu verò tempestiuè, cum res non erit subita, delibera. quia oportet, vt scitè Demosthenes dixit, ἐκ ἀκολουθεῖν τοῖς πραγμάτων, ἀλλ' ἐμπροσθεν εἶναι τῶν πραγμάτων: non subsequi & comitari res, sed rebus ipsis antecedere & præire. Et addit: Sicut Imperatoris est præire exercitui, sic benè consulti viri ipsis negotiis. Aliud tamen in subitis, ubi factò potius opus quàm consulto. Tum festinandum, neque hesitandum: vt ij, qui neque alienis consiliis regi, neque sua possunt expedire. Enimverò, ait Demosthenes, dum nauis est salua, prompte consulere & prouidere oportet, ne eueratur: postquam fluctus exsuperat, inane est studium.* PAG. 69. In tempore deliberandum. Interdum & celeriter.

Magna in rep. momenta sunt temporum.] *Quis id nescit? adeò vt super eadem re, alio atque alio tempore, aliud sit censendum.* Pro temporibus consilia.
Seneca pulchrè: Consilia rebus aptantur, res nostræ feruntur imò voluntur: ergo consilium sub die nasci debet; & hoc quoque tardum est nimis, sub manu, quod aiunt nascatur.

Peccatur hîc in plurium statu.] *Verissimum est, nec quidquam tam ibi solitum, quàm disputando rem extrahere, & saepe labefactare. Cauisse olim Achaos video, & legem habuisse, vt in conuentibus dies vnus deliberationis esset, alter decreti. Vtilis ipsa aut similis lex, in optimatum aut populi statu: Principi vitare facile, ubi & pauciores consultant, & à nutu eius pendent.* A: lica lex.

Ne inutili contatione.] *Sive in deliberando, sive in apparando.* Tarditas vitanâ.

Demosthenes Atheniensibus suis non semel hoc obiicit, & tarditati huic imputat res amissas. τὸν γὰρ, inquit, τὸ ἀεὶ τὴν χρόνον εἰς τὸ παρῆναι ζῆλον ἀναλίσκεται οἱ δὲ τῶν πραγμάτων καὶ ἐξ ἡμῶν τὴν ὕμμερον βραδυτητα καὶ βραδυμίαν : Nam agendi tempus in apparatu consumimus. rerum autem occasiones non expectant ignaviam vestram & tarditatem.

Super verbis haud litigandum.

Néve dies rerum, verbis terat.] *Sed nec disputatiunculâ de verbis: quod in civili hac dissensione evenisse aliquoties memini, & prudentiores risisse. Audiatur Latinorum ille Prator, apud Livium: Ad summam rerum nostrarum pertinere arbitror, ut cogitetis magis quid agendum vobis, quàm quid loquendum sit. Facile erit, explicatis consiliis, accommodare verba. Nec pro meo gustu unquam consiliarij, qui circa hæc occupati. Composita orationes alibi locum habeant, hic brevis dictio & rectum iudicium.*

Sed nec multa ca v'surpanda.

PAG. 70.

Res ipsa spectanda.

Audiat cum iudicio.] *Latè hoc patet, & momentum habes. Primum est, quod hic moneo, ut non flectat se affectu quodam & inclinet ad unum aut alterum, sed res rationesq; ipsas magis spectet. Demosthenes hoc quoque suis Atheniensibus: Sed si quidem verba audituri convenistis, hæc dicere & audire oportet: sin autem super rerum electione deliberaturi, res ipsas per se nudas, quantum potest, diiudicare vos hortor, auferentes sermones omnes qui facti videntur ad fallendum. Secundum, ut peritos in quaque re maximè audiat, atque eis credat. Labet adscribere exemplum Imperatoris Alexandri Severi, de quo Lampridius: Fuit illi consuetudo, ut si de iure aut de negotiis tractaret, solos doctos & disertos adhiberet; si verò de militari, milites veteres, & senes benè meritos, & locorum peritos ac bellorum & castrorum, & omnes litteratos, & maximè eos QUI HISTORIAM norant: requirens quid in talibus causis quales indilcepratione versabantur, veteres Imperatores vel Romani, vel exterarum gentium, fecissent. Tertium, ut non tam numeret sententias, quàm appendat. Vetus hic querela Plinij: In publicis consiliis nihil tam inæquale quàm ipsa æqualitas. nam cum sit impar omnium prudentia, par omnium ius est. Locum non habet in Principe, qui potens est rerum, & ad suam sententiam omnes trahit.*

Periti in quaque re audienti.

Et meliores, non plures.

Faucis non credendum semper.

Qui à suis ducitur, ut nervis.] *Quod Galba meritissimò obiectum, de quo Suetonius: Regebatur trium arbitrio, quos una & intra Palatium habitantes, nec unquam non adhærentes, Pædagogos vulgò vocabant. Nec tamen abnuo, unum alterumq; valere gratiâ, auctoritate, fide apud Principem posse, imò & debere: sed cuius nempe nota prudentia & probitas sit: atque hoc ipsum ita, ut non solum aut alter ille audiantur. Sunt enim vel prudentissimi; tamen professe-*

Phil. 1.

Exord. LXV

Cap. XIV.

profecto nemo in omni re, sed nec in omni hora, aequaliter sapit: & re- Hominēs
alyaliās,
& in alijs.
cte Cominao dictum, à meridie sæpe non iidem, qui mane fuimus.
Purior illa & sine nube mens, non semper est præsto. Ergo tutius plures
audiri, utique in rebus grauibus: & sic Artabanus, apud Herodotum,
 Lib. VII. *Perfarum regi: Rex, nisi diuersæ variantesque sententiæ dicantur,* Plures au-
non potest quis eligere meliorem, sed necesse habet uti eâ quæ di- diendi.
cta sit. At cum plures sunt, licet tanquam aurum purum fecer-
nere: quod solum separari cum nequeat, alteri applicatum com-
paratumque potest. Adde etiam, quod unus ille aut alter præpotens, Vnus ali-
facile à vero abeunt (priuato aliquo aspectu) & à recto. Cominaus ita quis sc. eisdē
mutatur.
obseruat, & monet: Siquis singularis tantam habeat fidem apud
Principem, ut eum alij obseruent & metuant; is reuera domina-
tur, & regnum obrinet, suisque rebus tantum & facultatibus con-
sulit, publicis neglectis: quod regi (Caralo Octauo) scimus euenisse.
Quod ipse de Carolo, impari successore Ludouici parris; idem de pluri-
bus possit, & dederim vel nouitia exempla. Non lubet, nec ludo, magis
illustre unum, vetustius paullo, de Isaacio Imperatore Græco: qui Theo- Imperator,
cui impera-
dorum quendam Castamonitam, hominem & ad alias res ciuiles, tum tum.
ad pecuniarias aptissimum, non suis tantum sed sibi præfecit. quem
inquit Choniates, Logotheram designauit, & ab eo ducebatur, re-
ducebatur ut obnoxium aliquod animal, aut potius instar mancipij
omne quod ab eo imperaretur peragebat, nihil ipse discernens.
Contigit autem mori illum Theodorum: quid deinde? quarit alium
dominum, & adolescentulum quemdam, vix à tabulis & scholis
digressum, summæ rei præficit, qui non ipsum Imperatorem so-
lum, uti cetum maximum paruus piscis qui Propompus dicitur,
ducebat quod volebat & circumagebat, sed & militares numeros
legionesque tractabat: quasi ab ipso semine & incunabulis maxi-
marum rerum administrationi innutritus esset, aut quasi ab ipso
natali scilicet sapuisset: haud aliter, quàm Sibyllam, simulatque
ab aluo prodiisset, de fabricâ vniuersi disseruisse ferunt. Facetè dein-
de addit Choniates, & subsannat: Erat, inquit, ille adolescens, velut
apicula aut culex, aures leonis adfiduè circumsonans; aut ut niger
pumilio, qui maximum terræ pondus elephantem gubernat; vel
ut funiculus, qui camelum naso trahit; vel denique ut angusta
porta aut semita, quæ ad Aulam duceret. Et quid miramur? pro-
fecto hæc sunt risu, aut morsu potius & Satyrâ digna. Faciat qui volet
Principum, audiet viuus aut mortuus quod iste.

Tamen sine pertinaciâ.] *Alterum hoc est vitium. nec mol-* Obsinatio
vitanda.
lem & sequacem nimis esse, nec refractarium oportet. Sapiat ipse ali-
quid, sed & alios putet. quam animi temperiem pulchrè mihi comple-
xus Homerus videtur.

Ἀλλὰ ἀναξ αὐτός τ' ὁ μῆδος, πῶς ποῖ τ' ἄλλω.

Iliad. 5.

Ipsè, ô rex, benè consulito, & pareto vicissim.

Agnata sa- Peccant hic sæpe magni, qui ut fortunâ, sic sensibus, super alios se pu-
pe magnis. tant. Itaque Seneca hunc affectum expressit:

— regale hoc putat,

In Medæâ.

Sceptris superbas quisquis admouit manus,

Quà cœpit, ire.

Imò quidam ita fatui, ut etiam post consilia, ne alienæ sententiæ egere videantur, in diuersa ac deteriora transeant. In hoc numero Tac. xv. Annal.

ille Xerxes, qui Græciæ indicturus bellum, (Valerius refert) adhibitis Asiæ principibus, Ne viderer, inquit, meo tantum modò vsus Lib. ix. cap. v.

consilio, vos contraxi: ceterùm mementote, parendum magis vobis esse, quàm suadendum. Nescio insolentius, an stultius dictum.

At ego hoc quoque nomine, Principem parum aptum esse dixerim ad puriter consulendum: quòd de re eius maximè agatur. Benè autem hoc

Gobares quidam apud Curtium: Natura mortalium hoc quoque nomine praua & sinistra dici potest, quòd in suo quisque negotio Lib. vii.

hebetior est, quàm in alieno. Turbida sunt consilia eorum, qui sibi suadent. Quid tamen in rege sene, & gubernationis iam gnarò

aliquid plus ei permiserim: sed non ita ut cum Tiberio (apud Suetonium) semper sit sui arbitrij, contentusque se vno. Plus iudicare

Ca. xviii.

ipse potest, plus tamen suggerere & inuenire plures.

*Celandæ
sententiæ.*

Sententiam suam celet.] Quod duplici sensu moneo. ut nec ipse declaret quò inclinet, ne ceteris (ait Tacitus) assentiendi necessitas fiat: sed nec dictis iam sententiis, aperiat quam probet. Decorum enim ita, quasi suæ meditationi quædam relinquat: sed & utile ad effectum, ut minus periclitetur efferrî.

I III. An.

Tac. xvi.
Annal.

*Iuramen-
sum in cõ-
silio.*

Anima consilij secretum.] Cui sanciendo, reperio & iuramentum interdum interpositum apud Principes. Ita enim Capitolinus in Gordianis: Omnino exemplum Senatufconsulti taciti non aliud est hodie, quàm quod vestra clementia (ad Diocletianum scribit) conuocatis ad interiora maioribus, ea disponit quæ non sunt omnibus publicanda: de quibus adiurare etiam soletis, nequis ante rem completam quisquam vel audiat vel intellegat. Produuntur autem consilia non verbis tantùm, sed & signis. de quo studiosè ita monuit Polybius: Primum præcipuumque eorum quæ ad felicem

*A signis
cauendum
iudicij.*

consilij exitum requiruntur, est silere. Itaque neque gaudij ostentatione, ob spem scilicet inopinatam affulgentem, neque metus, sed neque familiaritate inductum aut affectu & amore, quidquam communicare cum exteris oportet; sed cum iis dumtaxat, sine quibus res ad exitum deduci non potest. nec iis ipsi antea quàm cuique rei agendæ tempus adiget. Silere autem

non

non linguâ tantum oportet, sed multo magis mente. Multi enim fermone quidem celantes, ipso aspectu & vultu, aut & factorum aliquo, reuelarunt sua decreta. *Ea verò postrema verissima sunt, & quidam suspicari de consiliis suis dant suspensi aut mesti, & magnæ cogitationis manifesti.*

Tac. xv.
Annal.

Libertatem admittat.] *Imò verò & prouocet, atque arte eliciat intimos eorum sensus. Difficile enim & rarum est, ut non aut eò sententias dirigant quò Principem ire censent, aut in gratiam eorum flectant, qui ipsi in flagranti gratiâ sint regentis. Itaque interdum bonum, Principem subito & quasi aliud agentem, sententiam ab hoc aut illo seorsim exquirere. quod Sfortiam cognomento Magnum callidè & frequenter fecisse, scriptum reliquit Paulus Iouius. Interdum non per se, sed per interpositam personam iubeat explorari. Sed & hoc vitium, sententiam sine ordine, aut immutato ordine ab infimis petere, ne affecta sint potentiorum, ut dixi: sed & ut aequaliter omnes parati. Suetonius de Augusto: Sententias de maiore negotio, non more neque ordine, sed prout libuisset, perrogabat, ut perinde quisque animum intenderet, ac si censendum magis, quàm assentiendum esset. Vitiosissimum autem, in scripto eas exigere & clausis tabellis. Ita enim & accuratior sententia, & certè liberior, sine alterius gratiâ aut offensâ. Suadet hoc Augusto Macenas, apud Dionem: In causis grauioribus, sententias non palàm rogabis, ne amicis suis fauentes parùm liberè quid sentiant pronuncient, sed in tabellis eas scriptas ad se solum, ne cui alij innotescant, perferri iube, & lectas etiam statim deleri. Ita enim verum sensum cuiusque maximè cognoscas, si eum illi à nemine alio cognitum iri, persuasum habebunt. Quòd si tui aspectu (ita interdum causâ aut res est) minùs liberè vel scripturos putes, tum remedium, solos relinqui, & inter se deliberare. Mibi etiam non displiceat, quod Turcarum Principes audio usurpare, ut in proximo Senatus habendi loco possint occulte, cum velint, consistere, illinc per cancellos (sed velo opposito) omnium sententias audire: ut tamen adesse eos, etiam cum non adsint, fas sit suspicari: & contrà. Id verò & libertatem dare sententiis videtur, cum non coràm ille imminet: sed & intentionem addere, cum semper possit auscultare & adesse.*

Libera vox elicienda.

Huic rei artes.

In eius vitia, cap: LXXII.

Lib. III.

Regum opes sæpiùs assentatio, quàm hostis euertit.] *Quod vitium ita inhaerens & affixum Aule, ut desperem (nisi apud magni excellentisq; animi regem) posse euelli. Iuuat Seneca verba ruminari & hic apponere: Monstrabo tibi, cuius rei inopiâ laborant magna fastigia, quid omnia possidentibus desit: scilicet ille, qui verum dicat, & hominem inter mentientes stupentem, ipsaque consuetudine pro rectis blanda audiendi, ad igno-*

Assentatio crebra Aula.

De Benef. lib. vi. cap. xxx.

ignorantiam veri perductum, vindicet à contentu concen-
 falorum. Non vides, quemadmodum illos in præceptis agat ex-
 stincta libertas, & fides in obsequium feruile submissa, dum ne-
 mo ex animi sui sententiâ suadet dissuadetque, sed adulandi cer-
 tamen est, & vnum omnium amicorum officium, vna contentio,
 quis blandissimè fallat? *Nec mirum sanè, tam crebrum hoc genus
 esse. nam & fructum præsentem capiunt, & res in facili ac sine labore.*
*Tacitus: Suadere Principi quod oporteat, multi laboris; assenta-
 tio erga Principem quemcumque sine affectu peragitur. Vult di-
 cere, in recto veròq; consilio adnitendum, & industriè agendum esse:
 in adulatione, cum verus amor aut cura tui publiciq; non sit; ex facili
 omnia dici, tantum ad voluntatem.*

i. Hist.

Persei cru-
delitas.

At mihi salus illius desperata est.] *Tale hoc Ciceronis: Cu-
 ius aures clausæ sunt veritati, ut verum audire non possit, eius salus
 desperanda est. Quid de Perseo rege dicam, qui ab amicis duobus li-
 beriùs admonitus de vitis præteritis & culpis, utrumque pugione in-
 terfecit? dignus qui verum postea non audiret, & ipse ac regnum peri-
 rent, ut euenit.*

Non remun-
neranda te-
mere aut
vulgo con-
silia.

Nec bona quidem consilia præmiis adficiat.] *Causam ha-
 bes in fragilitate vel ambitione humanâ. quia cum semel iterumq; pla-
 cuisse se vident, & præmium retulisse; extra limites faciliè abeunt, &
 tibi se dant muneranti. Sed & sibi placent, & superbiam induunt: fu-
 giendum. Mæcenæ tamen apud Dionem aduersus nobis videtur, sua-
 detq; Augusto: Eos qui rectam sententiâ probamque dicent, &
 lauda & honora. illorum enim ex inuentis ipse benè audies. qui
 verò aliter, neque ignominia affice, neque accusa. Mentem enim
 illorum considerare oportet, non autem aberrationem castigare.
 Concilio. quod communiter prudentem Consiliarium honorare ac præ-
 miari, fas & ius: at non ob singula consulta aut suasa.*

Lib. iiii.

Deus supra
consilia.

Sæpe praua magis, quàm bona consilia, prosperè eueniunt.]
*Aut si non sæpe, ut Sallustius, certè interdum: & dominatur ac ludit
 in humanis rebus, præter omnem rationem nostram, præpotens illa ra-
 tio, id est Fatum. Hoc Demosthenes sapienter: Consultores vestros,
 inquit, ut impostores, siquid aliter accidit, accusatis: neque confi-
 deratis, quærere & rationibus colligere optima, quantum homo
 potest valeatque, id nostrum esse; effici autem ista & succedere fe-
 liciter, id plurimum in fortunâ situm esse. Itaque vir prudens non
 eò sibi displicet, si in mente & ratiocinio recto minus rectus successus.
 imò cum Phocione sentiet ac dicet: qui cum aliquando suasisset, nec ob-
 tinuisset, & contraria etiam sententiâ feliciter effectui data esset: ro-
 gatus, ecquid paniteret? Minimè, inquit, nam mea meliora, et si*

Exord.
xxvi.Phocionis
dictum.

hæc

Lib. VII. hæc feliciora. Cui adsonat hoc Artabani, apud Herodotum: Suadeo tibi rex, inquis, benè deliberare in quo maximum est lucrum. Nam etiam si aliter accidat, nihilominus tamen benè consultum est, & superavit Fortuna consilium: qui verò malè consilium cepit, si fortuna ei arrisit, ille est quidem voti sui compos, sed nihilo tectius malè consultum est. *Asque hæc de Consiliis. ad qua quoniam bellum, & commodum est Caput siue tractatio in Leone Imp. de Apparatu bellico, lubet id totum hic adscribere, cum fructu imò & voluptate à Politico legendum.*

Quomodo consilium capiendum sit.

CAP. IIII.

OMNEM actionem consilium antecit: inconsulata enim rerum tractatio haud satis tuta est. Nam quanquam interdum quis gloriatur se, quasi simul & deliberauerit, & res suas gesserit, multa prosperè atq; ex tempore gessisse: tamen perrarò aliquid tale usu venire fortunatè solet.

2. Propterea in primis præcipimus tibi, ut ante omnes res suscipiendas, maximè autem bellicas, consilium cum iis præfectis capias, qui tibi ad hoc idonei videbuntur: cuius generis Turmachæ reliquæ sunt. Vbi verò firmitatem aliquam habere consilium videbitur, rem ipsam de quâ deliberasti, omni studio ac diligentia contendas ad exitum perducere, nisi si (quod sæpe solet accidere) aliquid interim aduersum & contrarium consilio contingat. Consilium autem quidnam tandem sit, & quemadmodum consilium tutò expedire possis, explanabo.

3. Consilium est, deliberatio quædam de re agenda vel non agenda: Si res agenda non sit, statim sistendum tibi est: sin agenda sit, modum agendi vel quomodo; tempus vel quando; vbi vel locum; quid vel rem agendam; quem vel personam qui hoc suscepturus & ad exitum perducturus est; propter quid vel causam cuius gratia res suscipitur; considerare oportet.

4. Qui deliberaturus secum est, ante omnia suam ipsius mentem ab omnibus perturbationibus liberam habeat, maximè autem ab amore vel odio atque omni aliâ perturbatione, quæ rei de quâ deliberatur damnosa esse potest.

5. Deinde non solum quid facile sit eligito, & in hoc incumbito, sed etiam omnia quæ usu venire possunt animo prospice: fortassis enim post rem inceptam aliquid se tibi quod in primis conducibile est, offeret, quod antea prætermisisti.

6. Quòd si tecum ipse non solum capere consilium, verum etiam alios assumere volueris, te ipsum tamen ab omni perturbatione vacuum præbe, ac si solus deliberates. Consultores autem adhibe experientes rerum, prouidos perspicaces, æumnarum ac prosperitatis tuæ socios, ad excogitandum solertes, fideles, qui tibi neque ad gratiam obtemperabunt, neque illi qui rei susceptor existit, neque sibi murò, sed qui quod cogitant dicunt, qui

simplici animo & incorrupto sunt, nullumq; ex iis rebus lucrum quærunt, sed eo ipso tempore quid maximè vtile sit explorant.

7. Sunt enim qui cùm lucrum aliquod aut compendium, aut ad se, aut eos quos caros habent atque diligunt, pertinere posse vident, totam iudicationem rei eò transferunt: & quia pertinaces sunt, vniuersum consilium ab utilitate communi, ad id quod ipsi volunt deducunt.

8. In rebus occultis & abditis, fideles adhibe tibi & temperantes viros & tacituros, & qui in sua & non aliorum potestate sunt, cùm secretæ res istæ, vt secretiores fiant, minimè ad cognoscendum multitudine indigent.

9. Delibera tardè, nisi aliqua necessitas celeritatem requirit: vbi consulueris, si nullum impedimentum sit, maturè facito.

10. Tempus & locum, quemadmodum prædictum est, rei idoneum elige. Sed de eâ referas non ad teipsum solum, sed etiam ad omnes qui tecum consilij participes fuerant, & quid factò opus sit, cum multis delibera: quæ verò agere volueris, cum paucis communica, & vbi optimum ex omnibus consilium ceperis, apud te solum tene, ne aduersariis hoc indicetur, & insidiis illorum appetare.

11. Res ipsæ diuersas & plurimas sæpe afferunt sententias. fortassis autem quæuis res circumstans omni ex parte manifesta fieri, si singulæ consultorum sententiæ inter deliberandum in vnum conferantur.

12. Omnes autem debent huc spectare & conuenire, ad saluam atque illæsam multitudinem conseruandam, & ad curam prouisionemque eius qui eos conuocauit suscipiendam.

13. Finis consilij sit tibi, vt cognoscas in rebus gerendis vbi & quando agendum vel non agendum sit, & quâ de causâ quidque agendum.

14. In deliberatione tuâ, & in omnibus sententiis quæ in deliberationem veniunt, adesse hæc duo oportet, posse illud fieri, atque vtile esse: hæc enim duo si non adsint, infirmum consilium esse & temerarium statim deprehenditur, & quasi ante oculos illius vitium cernitur.

15. Si enim inutile sit de quo deliberas, non modò non commodaberis, verumetiam lædèris. Si verò non possunt de quibus deliberatum est perfici, inanis hæc consideratio ad temerarium exitum, quòd fieri nullo modo aut viâ potest, necessariò pertinet. In primis autem vitare oportet eas offensiones, quæ in promptu sunt. vulgus enim hominum solet rerum futurarum cogitationibus seipso oblectare, offensiones autem circumstantes prouidere non solent.

16. Vtilissima autem est in omnes partes animi quasi excubatio, & eorum quæ yllâ ratione fieri possunt in considerandis rebus pertractatio: ita enim fiet, vt neque teipsum nimis cæcè temeritati exponas, nec rursus nimiam rerum cupiditate illectus, in manifestum aliquod discrimen incidas.

17. Rursus timor absque yllâ audaciâ, à vitio non abest: & qui quosuis casus temerarios formidat, temerè sæpe aduersus seipsum multa facit, & quæ ex vsu suo sunt negligit, & ab vtilibus rebus suscipiendis abhorret.

I N

IN CAP. IX.

De occultis & domesticis consiliis.

VTI spernat genus illud domestici consilij.] *Hoc genus* PAG. 71.

nempe quod subiungo, è vilibus aut seruilibus ingenis: non in uniuersum damno, si quis in familiâ auctoritate & fide dignus: sed ipse quoque inter digniores. Crede hoc semel Princeps, nihil generosum aut altum à seruitiis illis expectandum, & contagione istâ tu quoque sordestes. Vide te quæso Ammiani scomma, sed appositum in Constantium Imperatorem: Mercari complures nitebantur Eusebij fauorem, cubiculi tunc præpositum, apud quem (si vera dici debent) multa Constantius potuit. O figuratum, sed asperum morsum! multum erat, illum homuncionem Eunuchum, aliquid apud Imperatorem posse: at ille inuertit, & quasi ipse potens rerum & arbiter esset, Multa, inquit, apud illum Constantius potuit. Eò veniunt descenduntq; isti, qui domesticis regimen sui præbent. In Claudio Imp. nonne olim simile? qui libertis vxoribusq; addictus (ait Suetonius) non Principem se, sed ministrum egit. Vnum hoc incommodum, Indignitas: adde alterum, Prædationem. Isti enim rapiunt, exhauriunt, vendunt omnia, & prædas agunt. Crebrum olim malum & in historiis frequens, præpotentes liberti aut eunuchi. Spreuit Alexander Imp. (bonus & variè imitandus) qui ut Lampridius ait, Eunuchos nec in consiliis, nec in ministeriis habuit, qui soli Principes perdunt, dum eos more gentium aut regum Persarum volunt viuere. qui à populo, etiam amicissimum Principem semouent; qui internuncij sunt, aliud quàm respondetur sæpe referentes; claudentes Principem suum, & ante omnia agentes, nequid sciat. Qui cum empti sint, & prauj fuerint, quid tandem possunt boni sapere?

Lib. XVIII

Distertium in Constantium.

Cap. XXIX.

Rapaces hoc genus.

Bonus, cautus, optimus venditur Imperator.] *Dictum hoc*

& querela Diocletiani fuit, de quo Popiscus: Sed ego à patre meo Notabilis vox.

audij, Diocletianum Principem, iam priuatum, dixisse, Nihil esse difficilius quàm benè imperare. Colligunt se quattuor vel quinque, atque vnum consilium ad decipiendum Imperatorem capiunt, dicunt quid probandum sit. Imperator, qui domi clausus est, vera non nouit: cogitur hoc tantùm scire quod illi loquuntur: facit Iudices quos non oportet, amouet à rep. quos debeat obtinere. Quid multa? ut Diocletianus ipse dicebat, Bonus, cautus, optimus venditur Imperator. *Nec dissimile, quod Mithras Præfectus pratorio, vir laudatus, Gordiano Augusto, & genero suo scripsit, apud Capitolinum: Euasisse nos grauem temporum maculam, quâ per spadones & per illos qui amici tibi videbantur (erant autem vehementes inimici) omnia vendebantur, voluptati nobis est, & eò*

Contra Ministros improbos.

In Aureliano.

magis quò tibi gratior emendatio est. Neque enim quisquam ferre potuit, datas eunuchis suffragantibus militum præposituras, negatum laboribus præmium, aut interemptos aut liberatos, pro libidine atque mercede, quos non decebat: vacuatum ærarium per eos, qui cottidie insidiosissimè frequentabant: initas factiones, ut tu decipereris, cum inter se de bonis pessimi quique haberent consilia tibi met suggerenda: bonos pellerent, detestandos insinuarèt, omnes postremò tuas fabulas venderent. Diis igitur gratias, quòd volente te ipso emendata resp. est. Delectat sanè esse boni Principis focerum, & eius qui omnia requirat & velit scire, & qui pepulerit homines, per quos antea velut IN AVCTIONE POSITVS NVNDINABATUR. *Qua talia interdum diffusius exsequor & repono, ut in alienà vitiorum imagine, sua Principes videant, & damnent, si habeant; exsecrentur & abstineant, si non habent.*

I N C A P. X.

De Administris, eorumque lectione.

ELIGI suadeam cum curâ.] *Et mecum Cassiodorus, in personâ Theodorici regis: Ad ornatum palatij credimus pertinere, aptas dignitatibus personas eligere: quia de claritate seruientium, crescit fama dominorum. Tales enim prouehere Principem decet, ut quoties procerem suum fuerit dignatus aspicere, toties se cognoscat recta iudicia habuisse.* Variar. IIII. ep. III.

PAG. 72. **V**t genus iis honestum.] *Enimuerò interest, & de his talibus spes omninq̃ maior meliorq̃. Theodericus item rex, apud Cassiodorum: Prouidentia nostræ ratio est, in tenerâ ætate merita futura tractare, & ex parentum virtutibus prolis iudicare successum. Quia bona certa sunt, quæ fidem ab exordio trahunt, dum origo nescit deficere, quæ consuevit radicitus pullulare. Fertur etiam cursu perenni fontium vena vitalis, & hanc conditionem sustinent cuncta manantia, ut sapor, qui concessus est origini, nisi per accidentia fuerit fortè vitiat, nesciat niuis abnegari. Atque etiam in omni nobilitate, etsi corruptâ, generosum tamen aliquid & ambitiosum inest: Habet autem, ait Seneca, hoc optimum generosus animus, quòd concitatur ad honesta. Neminem excelsi ingenij virum humilia delectant & fordida. Tiberius igitur, in pleraque gubernatione prudens, hoc quoque seruabat, ut mandaret honores (Taciti verba) nobilitatem maiorum, claritudinem militiæ, illustres domi artes spectando, ut satis constaret non alios potiores fuisse.* II. Var. ep. xv. IIII. Ann.

Vilis ille, qui tantum viles sibi admouet.] *Neque hoc tantum, sed causa etiam alia accedunt, Dionis Cassio, in Agrippæ suaso- ria ad Augustum, dicta. Si remp. inquit, ignavis & non magni pre-* Lib. IIII. tij ho-

Causa pulchra, cur viles non promouendi.

tij hominibus committas; statim & nobilium ac strenuorum iram in te prouocabis, ob contemptram eorum fidem, & maximis in rebus damna patieris. Quid enim præclari homo vilis aut ignobilis gerat? quis hostis eum non contemnat? quis socius ei obediat? quis militum non dedignetur sub imperio eius esse? Enimverò quæ mala inde manare possint, nihil opus habeo apud scientem te dicere: hoc tamen omittendum non est, hunc talem, si rem malè gerat, plus tibi damni, quàm ipsos hostes, daturum; sin rectè aliquid egerit, statim eius mentem, bonarum artium expertem, ameniã & stoliditate completum iri, eumque ex eo tibi ipsi formidolosum fore. *Causse sunt, quæ appensa pondus habeant, & utrique ista postrema. Itaque Turcarum institutum, haud satis mihi probabile, qui ex militari solâ virtute promouent, generis nullo adspectu.* Aliter Turca.
Tegitur tamen hætenus culpa, quia nobilitas ibi sublata, & præter unum Dominum eius, stirpem, reliqui seruorum loco sunt. Nisi tamen, quòd una hic ratio dari possit, fides & obstrictio maior tenuium, cum facti grandes. Ammianus tangit, de Iouiano, qui sub iniuria un- Et causse.
 Lib. xxv. *dique se firmare volebat: Malarichum ex familiaribus negotiis agentem etiam tum in Italiã, Iouino iussit succedere armorum magistro per Gallias: geminã vtilitate præspeculatã, vt & dux meriti celsioris, ideoque suspectus, abiret è medio; & homo inferioris spei ad sublimiora prouectus, auctoris sui nutantem adhuc statum studio fundaret ingenti. Et profecto beneficiarj beneficis suis ferè adherent, vel suã causã: & indicauit Liuius, de centum Senatoribus à Tarquinio Prisco allectis: Factio, inquit, haud dubia regis, cuius beneficio in curiam venerant.*

Excipio, si eximia in aliquo virtus.] *Multa exempla sunt reip. talibus feliciter communicata. Plutarchus & solam virtutem considerari vult, in Sullã: ωσπερ γδ κυνηγός εστι ζητεί τε εν κυνός, αλλά σφ. scienda. κύνα, κί επιπυός ιωπον, ε τὸ δέ επιπυε. τί γάρ αν δέ επιπυε ήμιμος γένεται, ετω τεό πολιτικός αμαρτήσεται τε παντός, εαν μη ζητή τον αρχοντα τις εστι, αλλά εν τήος: Vt enim venator non quærit quod tali cane natum sit, sed canem; & eques equum ipsum, non quod ex equo (quid enim si mulus ex equo natus sit?) ita vir politicus totã viã errauerit, si in rectore non requirat quis sit, sed è quibus. Claudianus conuenienter, in Stiliconis laudibus ponit:*

— ledos ex omnibus oris

Euehis, & meritum, numquam cunabula quæris,

Et qualis, non vnde fatus.

Ita ist. quod aduersum prerogatiua nobilitatis videatur à nobis asserta: sed de eximiã scilicet virtute loquimur. & ubi paritas aut concursus, Nobiles antehabendi: imò etiam si paullum infrã.

Pravi ministri periculosi.

Meliorē esse reip. & prope tutiorem, in quā Princeps malus.] *Causa in eodem Lampridio additur* : siquidem vnus malus potest à plurimis bonis corrigi, multi autem mali non possunt ab vno, quantumuis bono, vllâ ratione superari. *Atque hoc est quod in Traiano desiderabatur, ipso optimo, sed patiente & resistente ministri mali.*

Favor etiâ promittit.

Emitur solâ virtute potestas.] *O bonum Principem, qui sic facit! ô statum felicem, ubi id facit! Sed rara hæc electio, & vel optimi Principes miscent.* *Theodoricus rex, in Castodoro*: Dignitas dum ad incognitum venit, donum est; cum ad expertum, compensatio meritorum: quorum alter, debitor iudicij, alter obnoxius est fauori. Hos enim æstimatione subuehimus, alios gratiâ promouemus, & ad omnes indulgentiæ vias se nostra relaxat humanitas. *Ille verò fatetur, quod res est: & Gratia persæpe in comitia hæc venit, an non & Pecunia? fortasse, sed ô turpe, imo & exitiosum! vel hæc causa: quod rara in talibus integritas, & corrumpuntur faciliè qui corrumpere.* *Alexander Seuerus dicebat* : Ego verò non patiar mercatores potestatum. necesse est enim vt qui emit, vendat. *Pariter Seneca*: Prouincias spoliari, & nummarij tribunal, auditâ vtriusque licitatione, alteri addici, non mirum: quando, quæ emeris vendere, gentium ius est. *Sed & Ludouicus Duodecimus, rex Galliarum, de talibus solitus dicere*, Eos quod auersione emissent, singillatim postea vendere. *O Francia, quod iaces & peris, hæc habes vel inter primas causas.*

Lib. r. Var. Epist. xiii

Interdum & Mercatura.

Lampid.

De Benef. i. cap. xv.

In Ministri Principis peccat.

In Principem culpa cunctorum redit.] *Macenas ita Augusto, apud Dionem* : Nulli amicorum aut officialium tuorum nimia est indulgenda potentia, sed ita iis moderandum, vt ne te in culpam aut reprehensionem coniciant. Quidquid enim hi rectè vel sequiùs egerint, id verò tibi adscribetur, talemque te cuncti censèbunt, qualia eos facta exercere permiseris. *Ipsa autem ratio, qua in poetâ nostro adiungitur, iubere peccare, qui non vetat: prorsus eadem in Philone concipitur, contra Flaccum.* *Is enim cum Agrippam regem, Alexandria passus esset illudi, atque ipse ibi Prasæ: obiicit ei Philo, & addit* : ὁ γὰρ ἐπιπλήρτιν ἢ τὸ πανύστατον ἐπέχει ἀνδρῶν δεικ, εἰ μὴ κεκώλυκε, δῆλος ἦν ἐπίεις καὶ ἐπιτρέπων αὐτός : Qui enim castigare, aut saltem cohibere, cum possit, nec cohibet; palàm est, eum permittere & pænè mandare.

Lib. i. r.

Permittere quasi iubere est.

Omnes ministros ciuibus & reip. præstet.] *Theodahadi regis, apud Castidorum, dictum præclarum* : A domesticis incohare volumus disciplinam, vt reliquos pudeat errare, quando nostris cognoscimur excedendi licentiam non præbere.

Lib. x. Var. Epist. v.

Ille

Ille ad ciuilia, hic ad bellica naturâ aptior.] *Quod Homerus quoque, ut pleraque prudentia aut sapientia, sic reuelauit:*

Ilud. 9.

Ἄλλ' ὁ μὲν ἀρμύθοισιν, ὁ δ' ἐν χεῖ πολλὸν ἐτύχεα:

Vnus consiliis, alter præstantior hastâ:

Lib. III.

de Polydamante & Hecatore ab eo prolatum. Et Polybius illustri exemplo hoc notauit in Arato Sicyonio, qui ad ciuilia omnia mirificè va- *De Arati ingenio notabile.*
fer & appositus, trepidabat in bellicis: nec exsequi aut facere, cor aut corpus ei firma. Ipsa Polybij verba compendio dabo: Aratus, inquit, erat in rebus ciuilibus vir vndique perfectus. facundè loqui, prudenter cogitare, industriè cogitata exsequi, hæc omnia poterat: discordias etiam ciuiles leniter ferre, & amicos adiungere & socios facere, inter primos artifices. Tum etiam insidias, fraudes, subseffus in hostes comminisci, eademque ad exitum deducere, ob tolerantiam & audaciam, efficax maximè aptusque erat. Hic autem ipse, si quando in aperto acie dimicare vellet, segnis in consiliis, timidus in aggressionibus, nec aspectu quidem aut vultu pugnam tolerans. Ideoque & Peloponnesum repleuit trophæis, sed in se erectis. Aded natura hominibus non corpora solum, sed animos dedit dissimiles variantesque, ut idem ille vir non solum erga res diuersas diuersè se habeat, sed & in iis quæ affimiles, aliàs sapientissimus videatur, aliàs tardissimus, itemque & audacissimus, & timidissimus. Neque hæc inopinata nimis aut paradoxa sunt, sed nota & familiaria iis qui volunt intendere. Nam ecce & in venatibus alij sunt audaces, feraeque subsistunt, iidem ad arma & contra hostes, degeneres. Sed & in bellicis rebus, alij in singulari certamine, & cum vir cum viro componitur, acres & validi sunt, iidem communiter in prælio & instructâ acie, ignaui & nullius pretij. Thessalorum equites turmatim & confertim si ingruant, intolerabiles sunt: extra aciem, in tempore aut loco viritum pugnare, timidi, & inutiles. Ætoli autem contrâ. Scilicet magnus ille Deus hoc voluit, aliud esse aliis, nec in omni re vnum eminere.

Claud.

— partitim singula quemque

Nobilitant, hunc forma decens, hunc robur in armis,
 Hunc rigor, hunc pietas, illum solertia iuris,
 Hunc soboles castique thori.

Dinisa dona.

Homeri
 Ilud. N.

Atque ut alius poëta ait:

Ἄλλω μὲν γὰρ ἔδωκε θεὸς πολεμῖα ἔργα,
 Ἄλλω δ' ὄρχησεν. ἐτέρω κινθάρω καὶ αἰοιδῆν:
 Illi bellica nempe Deus donauit, at illi
 Saltare, atque alij fidibus cantuque valere.

Principum inclinatio in hos, offensio in illos est.] *Quis quosdam non cottidie animaduertat? & est sanè in his promotionibus ius ali-* *PAG. 73.
 Felicitas
 promouet,
 & suus Gen-
 quod nius.*

quod etiam fortuna. Tacitus de Vespasiano: Multos præfecturis & 11. Hist.
 procurationibus, plerosque senatorij ordinis honore percoluit,
 egregios viros & mox summa adeptos, quibusdam fortuna pro
 virtutibus fuit. Sed & ius hoc est diuinis regibus, ut in Homero legi, Odyss. &
 alium virorum odisse, alium amare. Itaque argatè Cassiodorus:
 Non est maius meritum, quàm gratiam inuenisse regnantium.
 Quid, quod ipsa electio visa initio absurdior, saepe postea laudatur? Ve-
 rè enim Tacitus: Multos in prouinciis, contra quàm spes aut me-
 tus de illis fuerit, egisse. excitari quosdam ad meliora magnitudi-
 ne rerum, hebecere alios.

IN CAP. XI.

Præcepta Administris.

AVDACVLI.] Seneca de Tranquillitate: Quorumdam Lib. 1. cap.
 parum idonea est verecundia rebusciuilibus, quæ firmam IIII.
 frontem desiderant: quorundam contumacia non facit ad aulam,
 Medium ergo tenendum, ut & fiducia adsit, & contumacia absit.

PAG. 74.

Iactantia
odiosa.Aulici mo-
res.

Sine iactantiâ agite.] In quo peccant saepe aulici, & odia atque
 inuidiam prouocant frustra. Talis ille Heraclides, potens apud Phi-
 lippum Macedonem, & ex vili humiliq; euectus de quo Polybius, *ωεδς*
μὲν τοὺς ταπεινοτέρους καταπληκτικώτατος καὶ τολμηρότερος, ωεδς δὲ
τὰς ὑπερέχοντας κολακιστάτος: aduersus inferiores seuerus maxi-
 mè & superbus, erga superiores inprimis adulator. Atque isti iidem,
 de quibus Seneca, regis potètiæ ministri, quos delectat superbix suæ 11. De Be-
 longum spectaculum, minusq; se iudicant posse, nisi diu multum- nef. cap. 7.
 que singulis, quid possint, ostendant. Nihil confestim, nihil semel
 faciunt. Iniuriæ illorū præcipites, beneficia lenta sunt. O penicillum,
 non calamum, & quo temporis etiam nostri egregiè mores effinguntur!
 Sed & à Dione, de Seiano illo, non altero à Tiberio, sed altero panè Ti- Lib. LVIII
 berio: Is, inquit, homo superbissimus studiosè ab omnibus cole-
 batur, salutabatur, deducebatur. Omnia enim acriter & maximè
 procerum, obseruabat & verba & nutus. Nam qui propriâ poten-
 tiâ nituntur, neque salutationes aut hæc obsequia valdè requirunt;
 & si omiſſa fuerint, vitio non vertunt, ipsi nempe sibi conscij con-
 temtu sui hoc non factum. Qui verò fuce & adsciticio splendore
 vtuntur, ij omnia talia magno opere, & tamquam ad dignitatis
 suæ culmen pertinentia, requirunt, & nisi consequantur, grauiter
 ferunt vt abiecti, & irascuntur quasi iniuriâ affecti. Ideoque istos
 magis pænè, quàm ipsos Imperatores, vulgò obseruant, & circa
 eos satagunt: quoniam apud hos siquid peccatur, virtus censetur
 remittere & ignoscere; apud illos, imbecillitas & virium inopia.
 contra autem vlscisci, facere ad stabiliendam ostentandamque po-
 tentiam

centiam arbitrantur. Tales isti, qui potentiam suam non bene ferunt, & idcirco nec diu sepe ferunt.

Ad auctorem & ducem, ut minister, fortunam referas.] *Felices felicitium ministri.*
Valde hoc observandum, praesertim in bellicis, in quibus haud temere alios volunt eminere. Ad Principem igitur refer, cuius auspiciis pugnas, per eius fortunam (ita res est) fortunatus. Dirigit enim hac summa Providentia, & ministros quoque attollit aut deprimis eius, in quo alterutrum vult fieri, Germani hoc erga Principes suos servabant olim: & illum defendere, tueri, sua quoque fortia facta gloriae eius assignare, praecipuum sacramentum erat, ut Tacitus scribit. Simile Gallorum Deuoti.

Hæc est conditio regum, ut casus.] Quod ingenium regum
in uno Philippo Macedone bene expressit Demosthenes: Eum ita gloriae cupidum esse dicunt familiares, ut omnia præclara facinora sua esse videri velit, & magis indignetur ducibus ac præfectis qui prosperè & laudabiliter aliquid gesserint, quàm iis qui infelicitè & ignavè. Ipse hic affectus in filio Alexandro, de quo Curtius: Quippe Alexander hostes vinci voluerat, Antipatrum vicisse ne tacitus quidem indignabatur, suæ demptum gloriae existimans quidquid cessisset alienæ. Susurrant idem & instillant Antiocho regi interiores aulici, apud Livium: Ipsam eam gloriam belli, quâ, velut dote, Annibal concilietur, nimiam in Præfecto regio esse. Regem conspici, regem vnum ducem, vnum imperatorem videri debere. Denique consensu ita reges: & patrum quoque memoriâ legimus, (ut vetustiora omittam) quicumque res magnas sub regibus gessere, ad extremam aut in offensâ, aut in exiguâ gratiâ fuisse. Testor Alphonsum Albuquerque, qui pleraque India Orientalis Lusitano regi suo subiicit: at idem accusatus maioris spei, & suspectus denique, revocatus in patriam est, & morte opportunâ fortasè ignominis exemptus. Simile in Duarte Pacieco, qui post magna merita, in custodiam & vincula coniectus etiam fuit, & in clarâ innocentia liberatus tandem, sed ut in paupertate senesceret. Confaluum Magnum, & Ferdinandum Cortesium, nec ipsos parem gratiam meritis retulisse, aliquis arbitror & dicat. Quid causæ est? beneficij magnitudo, cui reges dolent & nolunt obstringi. Noster Tacitus: Destruui per hæc fortunam suam Cæsar, imparem quæ tanto merito rebatur. Nam beneficia usque ad læta sunt, dum videntur posse exsolui: vbi multum anteuenerè, pro gratiâ odium redditur. Sed & simile hic quod in arboribus, sub quarum umbrâ, vbi tempestas est, confugimus: cum deseruauit, ramos frangimus, & abimus. Ad dam prudentissimi Cominai sententiam: Memini regem (Ludovicum) mecum sic loqui, ut diceret, fieri aliquando ut operæ nauatæ laudabiliter minus pretium sit, idque culpâ

Reges gloriae avidi.

Orat. ad epist. Philippi.

Lib. vi.

Lib. xxxv.

Magni Ducis, serb postea neglecti.

Ab. lxxxv.

culpâ eorum qui nauassent : dum elati quadam confidentiâ, insolenter & proteruè se gererent. Atque addebat, felicem esse, eius sententiâ, cui rex nullo suo magno merito beneficium conferret: atque id præstare, vt obstringatur aliquis Principi, quàm vt illum habeat obstrictum. Se quoque hoc ingenio esse, vt plus amaret, qui ob beneficentiam sibi deberent, quàm alios quibus se debere putaret. *Claudit deinde Cominaus*: Tam est difficile in omnigenere vitæ sic se gerere, ne impingas: magnumque est Dei donum, valere sensu communi, & iudicio naturali. *Præclara omnia: sed age tu Cominae, qui hæc scis & præcipis, satisne cauisti? naturalis tua prudentia sepsit aut munivit? accepisti plagam, & in tuâ arenâ circumuentus es ab aulicis, qui, mortuo rege Ludouico, effecere calumniis vt in carcerem condereris, per triennium ferè seruareris, denique capitis causam ipse diceres, ne patrocinari quidem quoquam auso. En ludibria vita, & iactationes, hominum! quibus nihil vsquam, per vllam sapientiam, est certi: non certè in lubrico illo culmine & fastigio Aula.*

Licet dicere: Summum ad gradum cum claritatis veneris,

Laberius.

Contistes ægrè, & quàm descendas, decides.

Cecidi ego, cadet qui sequitur.

Exteri sub-
iciti Inu-
dia.

Atque his liuoribus aut periculis exteri maxime sunt exposti (vt ille ipse Cominaus:) quod monuit Polybius: Xantippus, restitutus Carthaginiciu rebus, paullo post in patriam redit, optime sibi consulens. Nam res egregie gestæ & præclara facinora inuidiam & calumnias gignere solent, quas ciues quidem aut indigenæ, amicorum & affinium copiâ atque operâ, possunt repellere, at exteri facile & statim ab utroque isto vincuntur, & periclitantur. *Est in mente magnus Princeps, qui voces & suspiciones, in diuturnitate Præfectura & fortuna secundantis, non effugit: maior futurus, si in vigore fama, & tempestiuè discessisset. Plutarchus igitur sapienter monuit*: Εἰς αὐτὴν πρῶτα καὶ πολιτικῆς περιόδου κατὰ λῶσιν. τὰν γὰρ ἀθλητικῶν ἀγῶνων τὰς πολιτικὰς εἰδὲν ἥτιον ἀκμῆς καὶ ὠρεῶς ἀπολιπέσθαι. εἰλέγει γὰρ: *Esse & politici cursus finem quemdam ac terminum. nec minus ciuilia certamina, quàm athletica, vigore & tempore destituta, vituperari ac coargui.*

Lib. 1.

In tempore
abscenden-
dum.

In Lucullo.

Gloriam impositæ summæ manus illis relinqueret.] Hoc sciuit iam olim & fecit Ioâb, magister militia Davidica, de quo libri sacri: Misitque Ioâb nuncios ad Dauid, dicens: Dimicauit aduersum Rabbath, & capiêda est Vrbs-aquarum. Nunc igitur congrega reliquam partem populi, & obside ciuitatem, & cape eam: ne cum à me vastata fuerit vrbs, nomini meo adscribatur victoria. *Ergo, uno verbo, gloria omnis Principi adscribenda, & vindicanda. Quam fecit hoc vanè, aut stultè potius, ipse Princeps Constantinus? de quo*

Constantij
vanitas.

11. Reg.
cap. XII.

quo

Lib. XVI. *quo Ammianus: cum, edictis propositis; se solum (cùm gestis non adfuisset) & dimicasse & vicisse, & supplices reges gentium exercisse, aliquoties scripsisse: & talia, quæ sine risu aut miseratione fatua superbia nemo legat.*

Iniurias ferendo, & gratias agendo.] *Tacitus & hoc indicat: Patientiâ opus Aulico.*
 Egit grates, qui finis omnium cum dominante sermonum. *Cur autem non ita faciant, qui in aulâ beatitatem quarunt? Aristippus præbit, versutus philosophus, qui consputus à Dionysio, cùm nihil moueretur, & quidam mirarentur: Nempe piscatores, inquit, ut gobium capiant, aquis patiuntur se adspergi; & ego ut balænam, non patiar sputo madidari? Addo Senecam: Potentiorum iniuriæ hilari vultu, non tantùm patienter sunt ferendæ. facient iterum, si se fecisse crediderint.*

11. De Ira.
 CXXXIII.

Qui secretis criminationibus infament.] *Contra quos quid? P. A. O. 75. remedy? Expostulat cum Deo Choniates in hac re: O inspector omnium oculus, quem nemo fallit, cur connives sæpe in his hominum, & grauioribus etiam, culpis? nec statim immittis ignes & tonitru & fulmina, sed vindictam supersedens differs? Imperuestigabile tuum iudicium, & humanis ratiociniis inaccessum: nisi quod sapiens profectò es, & norma certa vtilitatis, et si nos tenui mente præditos id later. At enim venator aliquis serpentem, aut leonem densâ iubâ, qui in montibus videt vel audit, statim declinat & effugit: sed & maleficus aut latro exorabilis est, & precibus aut lacrimis mollescit: virum verò qui proximo & amico malum in corde machinatur, aliudque sentientem aliud loquentem, multæ sapientiæ est euadere, & à diuino auxilio pendet. Præmiserat verò idem de Theodoro Syppiotâ, per Camateri Logothetæ calumnias euerso: ac miscet deinde præcepta: Esse eos æmulos, quantum potest, obseruandos, qui ingenio moribusque parùm liberalibus & occultis sunt præditi, & linguam habent à corde dissentientem. Ante omnia verò, custodiam ori ponendam, nec sinete linguam temerè euagari dentium septum & labiorum propugnaculum, quibus à naturâ, velut duplici vallo, est circumdata. Benè, & silentium aut circumspèctus sermo optima hic arma.*

Arcana calumniæ.

Quo incautior decipiare, palàm laudatum.] *Id verò argu- Laudando euertere.*
 tè malignum & mirum genus ladendi est, laudare. Excitatur enim occultè Princeps in liuorem aut metum, præsertim si animo pusillus est. Polybius exemplo & sententiâ id docet, de Apelle quodam subdolo calumniatore. qui cum Aratum apud Philippum Macedonum regem tradaxisset, ac falsi compertus esset; non ideò desiiit, sed transtulit deinde calumniam in Taurionem quemdam, qui Peloponnesi rebus præerat.

Lib. IV.

praerat. Hunc non accusauit, sed laudauit, asserens dignissimum esse, qui cum rege ipso in castris atque acie ageret. *Addit deinde:* Καυδὸς γὰρ δὴ πρὸς τοὺς ἑυρηταί τερός διαβολῆς τὸ μὴ ψέγοντας, ἀλλ' ἐπαίνωντας λυμναίνεσθαι τὰς πέλας: Nouus enim calumniae modus reperi-
tus iste, non culpantes, sed laudantes, lædere atque euertere alios.

*Incerta
Aula.*

Nihil rerum mortalium tam instabile & fluxum.] *Que*
secula id non docent? vetera, media, nostra. Inter veteres, Ioab ille
vir acer, callidus, militia Davidus & consiliorum arcanorum arbiter,
cum à viuo rege non cuertitur, iussus est cadi à successore. Quid Apel-
les inter Gracos: ille à Philippo rege proximus, eo iam gradu & opibus,
ut ab ipsa timeretur, momento hora deijcitur, desertus ab ijs qui antea
stipabant & colebant. Polybius ita narrat: Aratus flagitia & super-
biam eius regi aperit, ad vindictam stimulat, & rex id secum sta-
tuit, sed ita altâ dissimulatione, vt mentem hanc eius nemo sciret.
Vocatur Apelles. ille fidenter veniens, & quasi omnia ex senten-
tiâ patraturus, simulac conspectus esset, ex Chalcide Corinthum
venit. Cum appropinquasset, certatim satellitij militumq; Præfe-
cti, cum ipsis militibus obuiam procedunt, agmine & pompâ in
regiam deducunt. Cum autem ingredi statim, vt consuêrat, vel-
let, ianitor quidam præstolari eum iussit, occupatum in præsentî
regem dicens. Apelles nouitatem rei demirans, hæsitabundus
aliquandiu constitit: mox mæstus, inopsq; consilij, inde discessit.
Comites illi omnes subitò dilapsi, vt denique solus cum seruulis
suis domum peruenerit. Paullò post captus cum filio, vincetus, & in-
terfectus est. Sed post priora illa, Polybius appositè addit: Parua om-
nino interualla temporis, omnes homines attollunt rursumq;e
deiciunt, maximè verò eos qui in Aulis versantur. Reuera enim
isti adsimiles sunt Abacorum calculis, qui, vt secundum volun-
tatem calculatoris, modò obolum æreum, modò talentum va-
lent; ita Aulici, ad nutum Principis, modò beati, modò mi-
feri fiunt. Atque hoc in Apelle exemplum: quàm geminum Roma,
in Seiano? qui diu Tiberij Augusti potens, & ad instar eius statuis,
honoribus, cultus; tandè vnâ epistolâ subuersus est, & caput illud toto
orbe secundû, vt cum poetâ dicam, laqueo prauit, & cadauer suum
approbriis, lacerationi, vnco. Quo die illum Senatus deduxerat,
populus in frustra diuisit: in quem quidquid congeri poterat, dij
hominesq;e contulerant, ex eo nihil superfuit quod carnifex tra-
heret. Et similis potentia atque exitus Plautiani, sub Antonino, quæ
in Dione Cassio lege. Iam in euo posteriore, apud Hispanos quàm no-
bile documentum fluxa potentia Aluarus Luna est? Amabat & eue-
hebat eum, Ioannes rex Castella, super omnes homines & amicos. Opi-
bus, titulis, præfecturis, cottidie augebatur; atque ita regem suum fece-
rat.

Lib. v.

Aulici cal-
culi, simi-
les.

Sen. de
Tranq.
lib. i.

rat, ut vel bellum eius causâ gereret cum vicinis regibus, & cognatis. Nulla res in maiore famâ & inuidiâ, quam iste amor: atque is satis diuturnus. Sed quis exitus? Sicut diuisiones aquarum, sic cor regis, ait Hebraeus sapiens. Occultè abduxit se ab Aluaro, odit quantum amauerat, deniq. paucis consciis, in oppido Burgenfi, sagaciter hominem in vincla conijcit, damnari per sententiam iubet, caput abscindi, & in foro per triduum ostendi. O caca mortalitas! tu ille superbus paullo ante & insolens, ubi es? quid es, desisti esse, & tot annorum cumulata felicitas subito turbine quassata & eversa est. Verè tu prädixeras Aluare, non sine mali prasagio: admirantibus alijs fortunam tuam & apud te prädicantibus, Improuidi, ne ædificium ante finem operis laudaueritis. Sed mihi finis nõ sit, si exempla cumulem, obuia, ut verè dixi, in omni aua. Claudianus Sidonij verbis appositis: Periculosam regum familiaritatem esse. quorum consuetudinem spectatissimus quisque flammaram naturæ benè comparat, quæ sicut paullulum à se remota illuminant, ita satis admota sibi comburunt. Nota Aulice. accede, insinua, ama, amare, sed non nimis.

Aluari
ominosum
dictum.
Sidonij
egregium.

Lib. III.
Epist. III.

Speciem magis in amicitia Principis, quam vim retinent.] Imagine ad hanc rem vsus pater Themistoclis: quem cum à rep. gerenda vellet abducere, ostendit ei in litore triremes veteres, abiectas iam & contemptas: tales administratores rep. esse, cum non vltra ex iis fructus. In Plutarcho.

Vetus Au-
licus, vetus
naui.

Aratea aliqua vox erumpat.] Nam & Aratus inter exempla infida regie amicitia. qui Philippo Macedoni diu carus utilisque amicus veneno tandem ab eo tolli iussus est lento, & sensim occidente. Non latuit Aratum, sed cum aperire, mederi non esset, tulit tacitus: nisi quod amicorum cuidam Cephaloni, in cubiculo, cum eo incoram sanguinem spuisset: illo admirante, subiunxit, *Τοιαῦτα τὰ ἐπιχρησά τῆς τυραννικῆς φιλίας*: hæc sunt præmia regie amicitia. Talis Philippus, & alij: non sic nostri VSTRIACI (quod verè & in loco dicimus): patientes ministrorum suorum, & ad extremum mites.

Aratus vo-
ceno perit.

Ista eueniunt, numquam mihi.] Quid ergo? aulam & otium hoc genus damnamus aut despiciamus? absit: sed Sicyonia ista aut cothurnos pedibus meis conuenire, hoc nego. Valerius olim, quasi Apollinus voce, dixit: Magis se probare securitate ridens tugurium, quam tristem curis & sollicitudinibus aulam. Nam hæc duo, etiam in optimâ eâ esse, nemo expertus abnegabit. Nos verò secessum & otium quarimus: quid tum? otium, sed non ignauiam. Habet ubi se, etiam in priuato lare, explicet magnus animus: nec ut leonum animaliumque impetus caueis coercetur, sic hominum, quorum maximæ in seductu actiones sunt. Vbicumque otium meum abscon-

Otium no-
bis ante
Aulam.

Lib. VII.
cap. I.

dero, prodesse volam singulis & vniuersis, ingenio, voce, consilio. Nec enim is solus reip. prodest, qui candidatos extrahit, & tuetur reos, & de pace belloque censet: sed qui iuuentutem exhortatur, qui in tantâ bonorum præceptorum inopiâ, virtute instruit animos; qui ad pecuniam luxuriamque cursu ruentes prestat ac retrahit, et si nihil aliud, certè moratur, in priuato publicum negotium agit. *Hæc sapiens Seneca: cuius verba expressi, animum velim, ac conor.*

I V S T I L I P S I

A D I V . L I B .

P O L I T I C O R V M

N O T Æ.

I N C A P V T I.

De Prudentiâ, quam Propriam dixi.

PAG. 77.



ONFVSE viam aliquam signabo.] *Proprie & distinctè vix potest. Aristotelem audio:* II. Polit. cap. vi.

ὡς περὶ τὰς ἀλλὰς τέχνας, καὶ περὶ τὴν πολιτικὴν τάξιν ἀδύνατον ἀκριβῶς πάντα γραφῆναι. καθόλου γὰρ ἀναγκαῖον γραφῆναι, αἱ δὲ ὑπάρχουσιν περὶ τὸν καθ' ἑκάστον εἰσι: Sicut in aliis artibus, ita in Politicâ ordinatione, fieri non potest vt omnia singillatim & accuratè scribantur. Vniuersè enim scribi necessum est, at actiones sunt rerum singularum. Enimuerò eorum est, qui mente & usu valent, ex his communibus formare sententiam & decretum in rebus singulis, & ad hæc velut normas adaptare.

Vniuersalis est, at actiones sunt rerum singularum. Enimuerò eorum est, qui mente & usu valent, ex his communibus formare sententiam & decretum in rebus singulis, & ad hæc velut normas adaptare.

I N C A P . I I .


De Prudentiâ Togatâ.

PRVDENTIA duplex est, Togata & Militaris.] *Benè enim hoc Sallustius: Firmanda est respublica, non armis modò neque aduersus hostes; sed quod multo maius multoque asperius est, bonis pacis artibus. Artes pacis ad Togam faciunt, atque hoc opus maius asperiusque meritò dicit. Idem Linius: Excellentibus ingenis citius defuerit ars quâ ciuem regant, quàm quâ hostem superent.* Orat. de Repub. ord.

Togata prudentia ardua.

Mate-

PAG. 78. Materies duplex, Res diuinæ, Res humanæ.] *Hoc quoque*
 Duplex to- *Strabo ita dicit, ubi de Mose differit; Hoc à naturâ hominibus est* Lib. xvi.
 galapru-
 acilla. insitum, & commune Græcis ac Barbaris, vt in politicâ vitâ, com-
 muni præcepto & legibus viuant. Præceptum hoc autem duplex
 est, aut de Diis aut de Hominibus: & plura addit, de vi religionis
 in amicos nostros, & quàm antiquis ea fuerit cura. At nos quoniam
 olim (ante annos pene sex) in reliqua capituli huius & sequentium su-
 per Religione scripsimus, prouocati ab importuno homine, & quem nec
 amici ament: iure visum ea hic inserere, & esse Notarum loco. Tu lege
 qui uoles, en habes.



IUSTI LIPSI
DE
VNA RELIGIONE,
ADVERSUS
DIALOGISTAM
LIBER.

In quo tria Capita Libri quarti Politi-
corum explicantur.



ANTVERPIÆ,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Ioannem Moretum.
cIo. Idc. iv.
Cum Privilegiis Casareo & Regio.

I L L V S T R E S
O R D I N E S,



I BER in me nuper prodiit, cui an responderem, iure dubitavi. Auctor an ille est, cui debeam? homo inquietus, turbidus: & cui vnum hoc studium, litigare. Sicut canibus quibusdam insitum est, sine causâ aut discrimine latrare: talem audiebam istum. nec iudicio hæc scribere, sed morbo. Cum hoc me componerem, & velut includerem in eodem campo? quem & vincere inglorium, & à quo atteri fordidum esset. *Facit enim se aduersarium*, ait Seneca, *quisquis contendit, & ut vincat par fuit*. Sed causa etiam silendi altera, ab ipsâ scriptione. Nam qualis ea est? plebeia, futilis: & concepta plebeio quoque stilo. Quotusquisque ea leget, si ego sileam? nec deprimere aduersarium meum possum, nisi ut attollam. Adde quòd calumniarum conuiciorumque plena: & corniculas citius in Africâ, quàm res rationesque solidas reppererim in hoc scripto. Vetus ille versus hîc valet:

* Λόγους μὲν Ἐρμόδαρος ἐμπροθίεται.

* Sunt Hermodori verba, mercurionum.

& flumen verborum vbique video, mentis vix guttam. Quid igitur reponam aut respondeam? serium aliquid aut eruditum? non est occasio. conuicia & dicteria? non est meum: & ita adhuc viximus scripsimusque, vt nemo de nobis, de nemine queri etiam ego possim. Primus iste est (heu fatum Lipsij!) qui

procaciter & ex superuacuo me laceffit. Quem ut imiter, non adducar: persuaderi tamen mihi passus sum, ut respondeam. siue quia publicè interest, tam effrænem petulantiam reprimi & retundi; siue quia meâ, calumnias & mendacia leui manu abstergeri, quibus nos aspergit. Dicit enim nec scripta mihi, nec dicta: aut certè non sic scripta. *Tantum autem veritati obstrepit adulter sensus, quantum & corruptor stilus.* Quæ ratio præcipuè me mouit, ut rescriberem: nequis silentium meum in consensum duceret, & crederet approbata nobis, quæ non videret refutata. Sed fecimus tamen breuiter. quoniam, ut ait

Tertul. ad-
uersus Hæ-
ref. ca. xvi.

*Iustam ad
causam
tria verba
sufficiunt.

Pindarus, * *δῶνυμον εἰς δίκαν τρία ἔπεα διαχέσει:* idem-
que modestè. quia ut scopulus assilientes vndas sine
motu vlllo suo frangit; sic nos conuiciatores istos;
sine acerbitate vllâ aut irâ. Dicta tamen quædam aut
ioca miscuimus. cur non liceat? viri magni, imò &
sancti, fecerunt in simili genere: & benè Tertullianus,
Multa sunt sic digna reuinci, ne gravitate adorentur.
Vanitati propriè festiuitas cedit. Hæc omnia ad vos

Aduersum
Valent.
cap. vi.

ILLUSTRES ORDINES,

& ad vestrum tribunal deferimus: ut iudicetis ta-
men, non ut vindicetis. Nam mihi purgatio sola
proposita est, non vltio: & auertere plagam volui-
mus, non inferre. Vos, quorum id munus, me meaq;
auctoritatis vestræ clypeo tegite: neu patiamini in-
nocentiæ plus periculi, quam honoris esse. Atque
hoc eâ lego, si proba ista apud probos. Nam quòd isti
ea calumniantur aut carpunt: nihil est. imò hoc
quoque boni argumentum, talibus displicere.

Sallust.
Iugurth.

A. D.

AD LECTOREM

QVEMCVMQVE.



IDES rescriptum meum, Lector, ex amicorum sententiâ potius, quàm ex meâ. Nam mihi initio decretissimum fuit, non respondere: qui vetus illud memineram,

Bacchæ bacchanti si velis aduerfariet,

Ex insanâ infaniorē facies, feriet sæpius.

Sed vicerunt iidem illi eò minus iam reluctantem, quòd eadem operâ NOTAS nostras daturus eram ad trina illa Capita; quæ in calumniam venerunt.

Nam quòd illi tantum responderem: nugæ quis fructus? at aliquis ex hoc concilio, & scriptione, quam vides. Ut etiam ordine & velut presso pede scripto eius insisterem, non placuit. quid enim ille ordine dicit? prima, media, ultima, pleraque eadem: repetitio ubique & mixtio, & quod Græci dicunt, *παντα

* Omnia
idem pul-
vis.

μια νόμις. Nos si quid ad rem fecit, non omisimus: conuicia vix attigimus. quia scimus

Istunc thesaurum stultis in linguâ situm,

Ut quæstui habeant malè loqui melioribus.

Et amplius scimus: Æquo animo audiendâ esse imperitorum conuicia, & ad honesta vadenti contemnendum esse istum contemptum. Tu quisquis es

Lector, in bonâ causâ faue: & si quid est quod minus pro vestro omnium gustu, scitote me scripsisse & suasisse quæ visa optima, & utilitatem iuuandi prætulisse gratiæ placendi.

C E N S U R A.

Que de vna hęc religione apologeticè scripsit I. Lipsius, ex Auctoris ipsius confessione & totius disceptationis filo; de orthodoxa, catholica & Romana (que vna & sola vera est Religio) scripta esse testificor. Louanij, IX. Calendas Septembres, 1593.

Henricus Cuyckius, D. Petri Louanij Decanus, Academiae Cancellarius, & Pontificius ac Regius librorum Censor.

I V S T I

IUSTI LIPSI

ADVERSUS

DIALOGISTAM

LIBER.



LIBRUM tuum legimus, & quæ visum mihi respondere, hic habes. Pauca mole, sed non pondere: & tu quoque non multa scripsisti, sed multis. Toto libro placuit tibi non solum πολυλογεῖν, sed ταυτολογεῖν, & , quod poëta dicit, oberras vbique eadem chorda. Lacon quidam ad lusciniam: *Vox es, præterea nihil.*

ORDIAR à capite & ab ipsâ fronte tui libri. Titulum fecisti: *In libri titulum.*

LIS siue PROCESSVS INTER IUSTVM LIPSIVM ET.] *Nollem te hoc præscribere, mali augurij est in principio lapsus. Ego tecum litigo? nunquam factum. Natura mea, consuetudo, valetudo abhorrent ab omni litigio; & si me non nosti, scio non esse pacatius ingenium in Batauiâ vestrà. Denique ego tecum? si visum mihi litigare, alius esset cum quo consererem manum. Nam, ut ille ait,*

— trophæum ferre me à forti viro pulchrum est.

Sin autem & vincar, vinci à tali nullum est probrum.

At tu quis es? ignotus es. imò tu quis es? nimis notus es.

DEDICATIO sequitur, eaq; Ad Senatvm huius vrbis.] *In dedicationem.*
Grata erit, nisi fallor. Cur tamen ad hunc potissimum? quiâne olim hic turba? & eos fautores putasti turbidi tui animi aut scripti? Scis enim: & te quoque aliquid occulti ligni suggestisse in hanc flammam nos scimus. Sed mi homo erras. illa resederunt, & beata pax ac concordia iterum in hac vrbe. Aeole, non est hic locus tuis flabris.

EPISTOLAS deinde meas subiungis.] *De epistolis meis editis. Protervud. Imperiud.*
Quo exemplo? nullo bono, aut cuiusquam boni. Egone hoc sine scripsi, ut ederes? per somnium non cogitavi. Homo inconspicte, tollis è vitâ commercia aut certè libertatem litterarum. Apud bonos ita solet, ut duobus scripta inter duos pereant. Tu aliter. esto. Cur tamen, si visum eas edere, non edis ipsas? Verti, inquit es. Ita sanè, sed non in decentiorem formam. Quid enim si parum fideliter? quid si parum expresse? Vtrumque ve-

71776

rum est . nam nec tu Latine nimis (sine contumeliâ dico) doctus : & quod nolo te nescire, multa sunt in illis nostris propriè & ἐπιτηδεύουσιν ^{Plaut.} scripta, ad quæ vertenda tu non adspiras . Aliter longè caruli olent, aliter fucs. Atque ecce, Ordines, epistola præcipua exemplar ipsum.

I. L I P S I V S S. D.

ACRITER tu causam hanc non Libertatis sed Licentiz agis. Nefas tibi interfici quemquam religionis causâ . Quid ais? etiâ mne seditiosum? etiâ mne palâm impium & blasphemum? Vis enim non constare Principi quæ sit proba aut vera Religio. Bellè. Dic sodes, in re tam seriâ ludis? aut vis Academiam iamdiu mortuam excitare, & facere omnia controuersa? Sed video quid agas. Vis me definire quam probam censeam : & hunc quoque tibi campum dare differendi. Non faciam mi ::::: ::::: , nec nunc

* Verte te in omnes formas, non enertes.

* Verissimū est, & aliquot annos iam non aliud agis. * Numquid fecisti : seu in toto hoc scripto Errones cū Turbatoribus confundis.

* Quæ centæ sunt in Bibliis, in Patribus, in Legibus.

* Ita sanè: Ambigere de religione incipiunt, mox aspernari.

* Nam absurdū Politiam omnē illuc strin gere, quæ satu. si cum eo non pugnet.

* Puerile erratū tuū est. & frustra sagis in purgato.

opus. Illud dogma nostrum γεινωσκῶς* firmum maneat, Vnam religionem (eamque probam) in vno regno teneri. Quid tu mihi Iohannem aut Petrum, & martyres adducis? Scilicet qui probam religionem oppugnant sunt Iohannes. & Petrus. Quin dic serid

quod sentis. * Vis quamuis religionem à quouis posse oppugnari: aut tu quid in meâ sententia oppugnes non video. Sæua est, inquis. Quid ita? Statim enim homines ad ferrum & ad ignem.

Non ego: ne erres. Et caue imponant tibi illa verba Vrendi & scandi. Παρεπιτωδῆ enim ille sermo est, Latinis vsurpatus in omni asperâ & paulum immitiore medicinâ. Puniri nos turbidos

Hæreticos volumus (verba mea * nota) sed non omnes vno modo. Vt criminum gradus sunt, ita pænarum: & quosdam Pecuniâ, alios Exsilio, raros aliquos Morte ego mulctem. In priscâ Ecclesiâ

nónne semper factum? utique postquam ea respirare cœpit, & sub Christianis Imperatoribus attollere paullum pressum diu caput: Si exemplis & * auctoritatibus ago, vinco: si rationibus, vna

te vincit. quod numquam societas aut resp. stabit, vbi tam indefinita hæc libertas. Audi mi vir. Religionem euertit, quisquis libertatem hanc Religionum inducit: ex quâ confusio, ex quâ * contemptus.

Sed enim auctoritatibus patrum non est agendum, sed nudo meroque Verbo Dei. Serid in omni re * externâ tu hoc sentis? nescio. Sed tamen si etiam illo scuto tegere me debeo, possum.

Mæcenatem valdè culpas qui hoc Augusto suaserit, impio tyranno, inquis, & Christianorum hosti. Vnde hoc tibi in mente aut calamo? Ille Christianorū hostis, qui * Christianos fando non nouit? Replica Annales, docebunt te Christum salutare verbi sui

semen non nisi sub Tiberio sparsisse. Plura sunt quæ in tam vberire possim: sed parco, & referuo me Notis: quas, Deo volente, dabo. Interea qui sedatè & puriter nostra illa leget, nec sæuitiam

nec

nec lentitudinem increpabit: & fatebitur viam præscriptã, quam bono generis humani inçant hodie qui regnant. Tu si aliter sentis, quin sententiã tuã potiùs promis, quã sic per dissertatiunculã hæc oppugnã? Effusã licentiã omnes boni viri abhorrent, & quibus exiguum aliquod lumen mentis: si modus coërendi melior apud te aut mitior, scribe. Ego inter primos qui amplectentur. Verum enim amare didici: sed contentiones etiam fugere. &, quod Telemachus apud poëtam quem vertisti, de me profiteor,

* Λευγαλίοι τ' ἰσθμιαδα, κὴ οὐ δεδιπκότες ἀλκίην.

Vale, & fer liberè respondentem, qui liberè prouocasti. Accertitas certè abest, & sum in te qui soleo,

I. Lipsius.

Lugd. Bat. Kal. Aprilis. ∞. Ιδ. χς.

Alteram non pono, quia nec exemplar quidem eius (neque tanti est) seruaui.

* Infirmi sumus & non docti depugnare. Hoc tu quomodo veritas, vident lector cui videre placet.

Sit quale tu ponis.

Sed iam ingrederis in actionem ipsam, & suauiter incipis διαλογίζεσθαι. Et primùm, promis apud illos tuos sermocinatores causã qua impulerit te ad scribendum. Videre te perniciofa consilia quę publicè promuntur, valdè peccaturum nisi detegas, cùm Deus te præsertim idoneum aptumque fecerit huic rei.] Itã-

ne Diodore? tu ille es qui censuram hic nobis sine suffragio geris? tu qui prouides, nequid res publica capiat detrimenti? Bene est. state firmi Batani hoc tibicine & destinã. Sed tamen ego Ordines putabam esse, & Magistratus, quibus hæc cura. qui non admonere solum possint, sed compellere: & quibus parère nos non volumus tantum, sed debemus. Illi cùm sileant, tu loqueris? imò illi cùm probent, tu improbas? Nisi tu vnus plus sapias & vides, quã ceteri. O mi senex, Omnes videmur nobis saperdæ, festiui, belli, cùm simus copreæ.

Censor publicus.

Custos.

Solus sapiens.

Vano.

Que velam ad te xis & scriptiõis causã alterã, quòd aliquoties prouocatus à te ad colloquium, spreui.] Heu, quod mare me purgabis? Tu me ad colloquium vocas, id est ad tuam LITEM, ego renuo: quid peccaui? Ignosce. liberum hic me censui, nec obnoxium imperio cuiusquam priuati. Et tamen quod colloquio hoc quarebas, nonne præstiti? Nam de sensu meo, binis epistolis respondi, & satis feci tibi, etsi non satis feci. Tibi inquam & interiori tuo animo purgatissimus sum: sed dissimulas, quia decretum tibi velitari. Atqui ego quã abhorruerim ab hac contentione, testis quoque Epistola hæc est, quã ad amicum tuum misi: amicum, sed moribus & ingenio valdè à te disiunctum. Ea hæc est.

Imperiosa auctoritas.

ἐπιλοπενκία.

k

I. LIP-

OCCASIONEM mihi datam abste gaudeo , vt promam animi mei sensum. Tu vtrique nostrum & Paci amicus es, vtrumque audi. Primum queror, Quid ille vir sibi vult, quod quasi datâ operâ in me incurrit? In Constanriâ nostrâ nuper imponere mihi voluit sententiam, quam non dixi vnquam, nō scripsi. Nunc simile. Aded nemo alius est, qui aliquid scribat præter eius mentem? Adde etiam librè. quid illi cum Latinis meis scriptis, ad quæ aliter respondet, nec prouocat me iisdem armis? Sed hoc leue. Etiâne benè ea capit? ambigo: quia video palam torqueri in alium & diuersum à sensu meo sensum. In hac ipsâ re, quàm clarè scripsi *Hæreticos seditiosos, turbidos* puniendos esse? ille ita accipit, quasi dixerim quoscumque in religione erroneos. Nōne Capita mihi diuersa facta, & disparauit? Si rectam disputandi viam inire vellet, hoc ei docendum, *Puniendos non esse nec quidem tales*. Dialecticam scio te & illum scire. In eâ vitium est, si quid in Hypothesi dictum, ad Thesis & communem aliquem locum referre. Atqui verba nostra inuidiam habent, *Vre, seca*. Non nostra, sed veterum: & quod liquidò ad eum scripsi, non ita arctè capienda, quasi ferrum nobis statim in manu aut ignis. Absit, absit. Prouerbialis ille sermo est, à medicis sumptus, qui in prauo aliquo vlcere vrebant, secabant. Valet igitur, vti asperâ aliquâ medicinâ. Nequid eum turbaret, addidi: *Pænarum hîc gradus esse, & Turbatores quosdam Pecuniâ, alios Exilio, raros quosdam Morte à nobis plecti*. Hæc scripsi. ille quid? respondet *οὐδ' ἐν οὐρανῷ*, & acerbè ac contumeliosè agit: quod ex litteris eius, si voles, videbis. Quinetiam Cardinalem Granuellanum mihi obiicit, & quod hauserim hæc ab illo fonte. Obsecro te, hæc modesti aut philosophi hominis sunt: vt omittam, quod passim impietatis me arguit, & quasi essem in gentilium sectâ. Ego miror magis hanc rationē scribendi quàm indignor, & ad postremas eius non respondi, quia nos differere possumus & volumus, non litigare. Iam quàm superbè minatur se contra me scripturum? Ego nihil mihi tribuo, sed nec valdè mihi metuo à tali Antagonistâ. Modestissimè (velim ostendat, & videas) ad primas eius litteras respondi. si alia illi sententia, & decretum ei promere; faceret, sed sine conuiciis aut dictorio vllò in personam. Ille hîc quoque pro suo more, ait hæc sua aspera, esse *Verba pura & nuda veritatis*. Quid dicam mi ::::::: quod res est. Annos supra quadraginta iam vixi, supra viginti scripsi: stulum adhuc ego in neminem, & nemo in me strinxit. Amo scilicet & à naturâ ipsâ factus sum (institutio etiam accessit) ad modestiam

stiam & quietem: nec mihi ingenium aut votum inclarescendi per turbas. Si priuatim laceffit, silebo: si publicè, quid nisi me meaque vindicem, & asseram à maligno dente? sed sine conuiciis, & meo more. Ut in viâ si quis improvidè præteriens luto me aspergat, non ego in illum regeram, sed potiùs me purgem: ita hîc. Dicam tibi hoc quoque. Amici illius tui grande ingenium est, sed ferox, asperum, & cum multâ mixtione fellis. Si patriæ causam agit, & docere Principes meliora vult, cur filet? latus hic campus: nec opus est in me aut alium incurrat. Parum progrediuntur in bonâ viâ, qui in obuios quosque arietant. Habes meam sententiam. & quia epistolam hanc nihil opus illi ostendere (nisi aliter tibi videtur) ecce etiam in chartâ seorsim, quod ostendas illi. Quæ proba mihi nunc quidem videntur, & libenter tamen desistam, si quis benignè & comiter docuerit meliora. Vale vir amice, & fratrem tuum saluta. Lugd. Bat. xv. Kal. Maij. ∞. Io. xc.

[¶] Ipse edidit, & 7. 00 eadem infra.

En, hæc ipsa satis esse debebant ad temperandum tuum feruorem: in te mitia, de re aperta. Et quid his opponis longo tuo & lacinioso scripto? nihil. nugas & nebulas verborum offundis: & dimissâ ubique verâ meâ mente, aliam oppugnas. & ad summam, imaginarium tibi stadium extrahis; & miserum Lipsium adiungis cum quo decurras: imò in quem incurras. Sed iam ad rem veniamus: nisi quòd hoc etiam pramitto.

^{πολυλογία}
^{ψευδολογία}

Nam ais, spretum scilicet te debuisse hæc edere, & plebis oculis subiicere, eamque iudicem capere in hac causâ.] Quid hoc, quid hoc est? M. Cato, opinor, olim in iudicio quodam accusatus, valde senex, in titid hoc dixit, Miserum esse apud alios causam dicere, cum apud alios vixeris: nonne ego iure possim? Ad plebem me vocas: abnuo, & testor plebi me nihil scripsisse. Principes formamus: tu populum iudicem hîc esse vis? atqui bouem currus non trahit; ait vetus verbum. Denique uniuersè testor: Nunquam volui populo placere. quæ ego scio, non probat populus: quæ probat populus, ego nescio.

^{Popularis actor.}

^{Nos optimatibus scripsimus: Ab iis pendemus.}

Seneca.

Addis, causam à me Ordinum improbari, & hanc quoque à te detendi.] O calumniam! ubi ego verbum de Ordinibus? ubi ad hæc tempora, vel causam, accommodo meum scriptum? nisi forte quâ de religionis dissidio temperando suadeo. Illic ergo contra Ordines? nec verbum: inspice, respice. Sed salia sunt reliqua tua conuicia: quibus distinctè si respondeam, quis finis? De re, de re pugnemus: non amo ventilaciones, aut ventos.

^{N& horum temporum nostra scripta.}

^{Diodorus ubique conuiciator.}

I N C A P V T I L

L I B . I V . P O L I T I C .

P A G . 78 .

Reges, tu-
tores Eccle-
sia.

PRIMUM hoc carpis, quòd scripserim Principi inspectionem esse in sacra, idque tuendi causâ.] *Censeo iure me scripsisse. Sacra littera à me sunt, earum interpretes, ratio ipsa. In illis, Deus per Vatem pradixit, & pradicendo edixit: Erunt reges nutricij tui (Ecclesiam adfatur) & reginæ nutrices tuæ. Iterum: Ædificabunt filij peregrinorum muros tuos, & reges eorum ministrabunt tibi. Augustinus: Pertinet hoc ad reges sæculi Christianos, vt temporibus suis pacatam velint habere matrem suam Ecclesiam. Etiam Leo primus hac probè ad Imp. Leonem: Debes Imperator incunctanter aduertere, regiam potestatem tibi non solum ad mundi regimen, sed maximè ad Ecclesiæ præsidium esse collatam. Causa in Ambrosio: Cùm enim omnes homines qui sub ditione Romanâ sunt, vobis militent Imperatoribus terrarum atque Principibus, tum ipsi vos omnipotenti Deo & sacre fidei militatis. Atqui militia primum sacramentum est, tueri salutem, comoda, dignitatem eius cui militamus.*

Iſa. XLIX.
Eiuſdē LX.Tract. II.
in Ioan.Epistolâ
ad Valen-
tin.Quatenus
in ea. ius
habeant.

Tu quid ad hæc opponis? verba. Distinctum esse Ecclesiasticum & Politicum regimen, & talia que suggerit tibi tuus Adnotator. Quis hac nescit? aliam quercum excute. Nos Principi in Ecclesiam ipsam nihil iuris damus: atque hoc volumus tantum, vt vim, fraudes, turbas & externa hæc mala ab eâ arceat: & quod in ipso est, pacata sacra præstet & quieta. Nonne quia Christianus est, velle debet: quia Princeps est, potest? At tua ista vox, Quid est Imperatorum Ecclesiâ? Ipsa Donati hæresarcha vox est, & damnata iam olim.

Optat. Ml.
leuit. lib.
III.Diodorus
in Princ-
pes oris so-
luti.

Hic deinde effundis te in conuicia, & in tuum campum. Principum plerosque insipientes esse, impios, cæcos: & ideo non aptos ad hanc inspectionem.] *Mirum hoc argumentum est: quo efficies vt Principes nec ad ciuilem quidem gubernationem adhibeantur. nam illi tales profectò ad eam non apti. Ergo vniuersorum iuri derogamus: & ex tuâ sententiâ subijcimus omnia plebi? Cùm de Principibus loquimur, de bonis aptisq; loquimur: & qui à se, aut ab alijs tales. Consilia enim certè volumus adesse: & in hac ipsâ Sacrorum re, eorum qui in Sacris periti. At tu Lector hoc à me discite, ita proprium Principis esse curare & tueri sacra, vt plerique veterum habuerint duo hæc munera coniuncta, Sacerdotium inquam & Regnum. Diotogenis Pythagorici (malè in margine nostri Textus Diog. Stoici) illa mens: qui tria in legitimo Rege requirit, vt Belli dux sit, vt Iudex, vt Sa-*

olim iudæ
Reges &
Sacerdotes.Apud
Srob. de
Regno.

ἡμῶν,

Lib. 1.

ἡμῶν, καὶ διασέβει, καὶ ἰσθα. Sed quia multiplices ista cura nimis distrin- gere Principem videbantur, institutum ab aliis merito discrimen. *Li- nius de Numā*: Tum sacerdotibus creandis animum adiecit. quamquam ipse plurima sacra obibat, ea maximè quæ nunc ad Flaminem Dialem pertinent. Sed quia in ciuitate bellicosâ, plu- res Romuli quàm Numæ similes reges putabat fore, iturosq̃ue ip- sos ad bella: ne sacra desererentur, Flaminem Ioui adfiduum sa- cerdotem creauit. Ita Numā tamen Augustus iterum Pontificatum Maximum Imperio iunxit, idemq̃, secuti Principes, maiestati suæ & tutela. Quin hodie Malabarum Reges in Orientali Indiâ Sacerdo- tes siue Bramenes omnes sunt, & lex eos mori cogit velut deo conse- cratos in loco sacro.

Quidam diuiserunt & quare.

Ferd. Lo- pez lib. 1. Hist. Indic. cap. XIV.

In omni rep. priuum est, curatio rerum diuinarum.] Ita: P. A. G. 78: à deo ordiendum. Atque ut nauis, adiuu, aliarumq̃ rerum carinas aut fundamenta volumus esse & prima & firmissima: sic debemus in rep. hanc partem. Synesius: Ευσεβεία δὲ ἐστὶν ὑπερβλήδω, κρηπίς ἀσφαλής, ἐφ' ἧς ἐστὶν ἔπι τοῦ ἀρχαίου ἐμπροσθεν τῆς βασιλείας: Pietas pri- mūm substernitor, fulcrum & crepido cui firmiter insistat simu- lacrum hoc regni.

Orat. de regno.

Basis & fundamen- tum reip. Religio

Tu quid hîc culpas? In re nihil, aut in verbis, sed quod ab Aristote- le sumpsi. & saepe id mihi obiectas. Debui enim è sacris, inquis. Mihi aliter visum Diodore, qui Politicum hîc non Theologum ex professō egi. A profanis cetera omnia mutuatus sum: cur in vno alteroq̃, Ca- pite mutarem? Nisi fortè nihil illi sanum hîc aut pium. Erras. multa eximie ab iis in hac quoque parte scripta, & velut instinctu diuino. Sed audi quod verum est. Tu tuiq̃, similes aliquot, & illos, & omnem vete- rem litteraturam, velletis extincta. Noctua non fertis hunc Solem. Atque ut olim Philistai Hebraus fabros omnes ferrarios atque opifices armorum ademerunt, ne bellare possent aut rebellare: sic vos hac do- ctрина tela, qua iugulant vana vestra doctrinarum. Nos non audi- mus: Lactantium magis. Scientia litterarum, non modò nihil no- cect religioni atque iustitiæ, sed etiam prodest plurimūm: si is qui eas didicerit, sit virtutibus instructor, & veritate sapientior. Et quid Basilius hac de re quoque scripserit, tenemus.

Vana ca- lumnia.

Odiūm in litteras.

DECET enim quod optimum est ab optimo coli, & quod imperat, ab imperante.] Omnino decet. Ut enim Princi- pis est in omni virtute populo praire, ita in hac maximè, qua princeps & caput virtutum. Religionem ipse si non prafert, quomodo alij? Nam secundūm iudicem populi, sic & ministri eius: & qualis est rector ciuitatis, tales & inhabitantes eam. Hæc causa vna cur de- beat: etiam altera. quod sublimis ille factus, & elatus à Deo, merito

Principem religiosum esse decet. Ob exem- plum.

Ob grati- tudinem. vene-

Ecclef. cap. 1.

veneratur & colit magnitudinis suæ auctorem. Nisi facit, quid exspectat nisi iterum deiici? Dominus exercituum cogitavit hoc, ut detraheret superbiam omnis gloriæ, & ad ignominiam duceret universos inclytoterræ. Ist. cap. xxiii.

Proterga
maledicentia in Principes.

At tu nobis hic illudis, & in verbulo argutaris. Vbi sunt, inquis, isti optimi? quorum centesimus quisque vix tolerabilis; neque reges ultra, sed tyranni; neque fatui, sed furiosi.] En rosas, quas Principum capitibus inspergis: tuto & feliciter, quia non sub illis. Sed vanissime plebicola, disce. Ita illi optimi, quomodo ratio & institutio nostra eos format: quomodo postulat & exigit publica civium salus. Optimi etiam, quia in pari virtutum gradu, magis isti eminent qui in alto. Quid si utilior quoque eorum virtus sit & ad plures pertinet? liquet.

Quæ sententia illi Optimi.

TUTELAE tuæ primùm.] Nihil certius libenter enim religiosi Subditi parent, & miti fractaq; ceruice humanum iugum ferunt, qui semel illud diuinum. Sed fideliter etiam parent, quia pietas & Dei metus, quasi frantum est & coercitio in animis ab omni rebellione & insolenti motu. Hac una Tutela ratio: altera ab ipso Principe. Deus enim illi pio clypeus & tector. Trismegistus pulchre: Μία φυλακή Δεῦτε. Apud Lactant. II. Inscr. cap. XVI. *Ἐνα. Δοκίμῳ γὰρ ἀνδρῶν ἐστὶ δαίμων καὶ δεὸς. ἔτι ἐμπαρμένη κερατῶν. Δεὸς γὰρ φύλαξ τὸν δεικνύει ἐκ παντὸς κακῶν:* Vna custodia, Pietas. Pium enim virum non malus Genius, non Fatum ipsum devincit. Deus enim eum liberat eripitque ex omni malo.

Pietati etiã externus fructus.

AD augmentum etiam imperij.] Non quia bono Principi Pietatis suæ ille finis (ad alia regna aspiramus:) sed quia Deo visum saepe etiam externa hæc ut præmia adijcere, Sceptra inquam & dignitates. Prisci viderunt: interq; eos Valerius: Non dubitauerunt, inquit, sacris imperia seruire, ita se rerum humanarum futura regimen existimantia, si diuinæ potentia bene atque constanter essent famulata. Etiam poeta: Lib. I. ca. I.

Dis te minorem quòd geris, imperas.

Horat.

Tu hæc admordes, sed admordes tantum. Nam franges citius, quàm imprimes dentem.

Ieiuna, & in alieno verbo calumniam.

DEOS proniores esse in eos.] Accusas me hoc aut altero loco (non enim lubet inspicere) quòd Deos nominem: ille, inquis, qui Bembum in epistola grauitè nuper increpui, quòd fecisset. Homo pepone insultior. ego Deos nomino? Vide iterum, vide. Aristoteles est, qui nominat: & vis ut refingam gentiliùm libros, & Deos undique tollam? Cùm de iis, aut eorum nomine sermo est, etiam in Sacris libris offendam tibi Deos. At Bembum increpui. Non hæc causâ, sed nisi leuiter:

leniter, quòd ubique & quòd indecorè, in Christianorum & grauium virorum personâ, sic loqueretur. Age, excute omnia postrema mea scripta: (iuuenilia non excuso:) an Deos inuenies à me nominatos? nescio: si erunt, iam nunc rescribo & deleo.

RELIGIO & timor Dei solus est, qui custodit hominum inter se societatem.] *Quod facis etiam vana religio: nec unquam aut vsquam resp. stetit, sine specie aliquâ religionis. Quanta igitur vera illius vis est, cuius umbra sustinet hanc molem? Plutarchus pulchrè: Αλλα πόλις αν μοι δοκει μάλλον ιδείνους χωεις, η πολιτεία τής περι θεών δόξης αίαιρεθείτης παντάπασι σύτασιν λαβείν, η λαβύσα τηρήσα.* At mihi vrbs videtur citius sine solo, quàm respublica sine opinione de diis aut constitui, aut constituta seruari. *Et religionem ibidem appellat, συνεκτικόν άπάσης κοινωνίας, και νομοθεσίας έρεισμα:* Et vinculum vinclum siue coagululum omnis societatis, & iustitiæ firmamentum. *Et potuitne aliquid impressius à quoquam Christiano?*

Contra Coloc.

Religio in omni sciētate necessaria. Fundamētum resp.

Hic quoque alludias & lambeas. Mira dictio inquis, hîc religio mihi vinculum est societatis, alibi diffidij causa. & quomodo vnus calamus tam pugnantia scribit? *Fas & mihi querere, Quomodo duo oculi & vna mens tam parum vident? Cacule. hic pacata quietaq; religio vinculum est rerum: paullo post, diffidorum faces à religione accensæ, sed à malâ, turbidâ, & à tuâ illâ dissidente.* In Lucretio non legisti,

Αβελία Diodori. Religiois vox in multam partem sumpta.

— quòd sapius olim

Religio peperit scelerosa atque impia facta?

Item: Tantum religio potuit suadere malorum?

NEQVE audiendi Aegyptij reges, qui variam & miscellam religionem induxerunt, stabiliendo, vt putarunt, [ceptro.] *Nos non audimus, at tu attollis etiam & dilaudas. Vter iustius? Primum hoc vide. non tolerasse eos varias religiones scripsi, sed induxisse. Vbi pietas tua, si hoc approbas? vbi acritas, si non vidisti? Atque hoc perpetuo facis, & vinum, vt sic dicam, meæ scriptiois corruptis & diluis affusâ incogitantia tua aquâ. quid si etiam malitia? Sed de re. Potestne cuiquam probo probari ille rex, qui plures falsasq; (nam id consequitur) religiones instituit, firmandi sui causâ? qui subditos in dissidiis & turbis habet, vt ipse sit quietior? non mihi talis rex, sed tyrannus. Nam legitimus ille, salutem & commoda subditorum precipuum habet, imò vnicum finem. In hoc igitur culpo damnosq; Aegypti reges, vt ex professo impios: sed etiam vt improvidos. Nam qua hac securitas ab alienâ turbâ? infirma. nec ego regnum vnquam stabile putauerim, vbi in dissidiis aut odii qui reguntur. Partes enim factionesq; erunt: & in se hi vel illi insurgent, si tu pronior in hos vel illos.*

PAG. 78. Iterum Αβελία. In viro illo perpetua. Malus rex, qui subditos turbat. Quales Aegyptij. Insidum id consilium.

Exemplo

Turbidum & fluctuū: semper Ægypti regnū. Symmachi subtilis impietas. *Exempla illi ipsi Ægyptij docuerint. & quod regnum magis anceps, varium, imò & cruentum, quàm illud, fuit? Historia leguntor. Exspecto quid tu respondeas, & quo acumine hac expungas. Aliquid subijcio? nam laboras, scio. Ecce Symmachum pro varietate hac religionum: Equum est, quicquid omnes colunt, vnum putari. Eadem spectamus astra, commune cælum est, idem mundus inuoluit. Quid interest, quâ quisque prudentiâ verum inquirat? Vno itinere perueniri non potest ad tam grande secretum. Hac ille disertus vir & Pontifex. Tria verba in aurem Diodore, Tu ita sentis?*

Diodori aspersione. *Illa quæ ex Adnotatore huc congeris, aliena sunt. Nihil ad nostram Andromacham. Nam ille quid? exempla aliquot Imperatorum adfert, qui varietatem hanc religionum permisere. Quid opus est? nemo negat, sed permisere nempe, non instituere. & id alio fine. Proseminare malas errorum herbas semper impium: satas tolerare interdum nec statim euellere, ratio aliqua defendit. Iuliani tamen exemplum fateor*

Iuliani factum. *huic simile: sed nunquid probum? Ammianus ita narrat: Ut quæ dispositorum roboraret effectum, dissidentes Christianorum antistites cum plebe discipulâ in Palatium intromissos monebat, ut ciuilibus discordiis confopitis suæ quisque religionis seruiret intrepidus. quod agebat idem obstinatè, ut DISSENSIONES AVGENTE LICENTIA, non timeret vnanimantem postea plebem: nullas infestas hominibus bestias, ut sunt sibi feralibus plerisque Christianorum, expertus. Nota, nota. duo spectauit alia haud malis, sed in religione pessimus Imperator. Primum, securitatem suam ab hoc Christianorum discidio: quos merito sibi, ut pædagogum & desertori, sciebat insensos. Secundo, exitium ipsum eius religionis, quam licentiâ hac secabat & quasi diducebat in varios doctrinarum riuos. Hac*

Libertas nimirum religio nis, permittitur religio nis. *Iuliani mens, quam Optatus Mileuitanus peruidit & aperuit: Eo modo, inquit, putans Christianum nomen posse perire de terris, si unitati Ecclesiæ de quâ lapsus fuerat, inuideret, & sacrilegas dissentiones liberas esse permitteret. Tu si hac probas, parum Christianus es; si improbas, parum sanus es. Ut quid enim hanc Lunam, quod dicitur, in te detrahis? Mihi autem gloriosum victoriæ genus est, ab eo cum quo decerem arma capere: quæsitumque aduersario testem, illinc stare, & istinc dicere.*

Lib. 11. & August. ep. CLXVI.

Claud. Ma mer. li. 11. cap. x.

Sed heus in illo ipso Adnotatore, ecquid ita scriptum est? Tertullianum & Epiphanium recensere, quod Theodosij temporibus, ut minimum, centum pacificæ sectæ fuerint.] Ita ille, an tu? uter vestrum; tam supino & crasso errore, ut sine risu non legamus. Tertullianus scilicet de temporibus Theodosi, potius scribere, qui ducentis pæno annis illo maior. Nam, ut scias, Seneri Afri temporibus magnus Afer iste noster vixit. Sed hæc simile illi, quod in Epistolâ

folâ ad me : Augustum hostem & persecutorem Christianorum fuisse. Quod tamen tu incredibili acumine dissoluisti, & nos docuisti à principio mûdi fuisse Christianos. Abi. nimum graphicus nugator es.

*- Sed enim operæ precium est videre quis Adnotator iste, in quo tantum tibi places. Nam ille non solum paginas, sed librum tibi implet: itemq; Ciuitas Leidensis. Quis igitur ille est? Albada, ut audio, quem ego quidem nec album nec nigrum noui: sed tu eum habes quasi * uαρ-
 τωεα εα Διδος δ'ελτων. Quid ita? Ordines, inquis, approbarunt. O te ipsum albâ mente! Quam multa Ordines approbant, pro tempore aut presenti re scripta, qua temere aliorum traxeris, & habueris quasi uειας quasdam δόξας! Nobis Albada non nisi Albada est: nec viro cedimus aut credimus, rationibus tamen si quas adfert. Sed ille nihil minus toto scripto illo egit, quàm quod tu agere eum vis: & hoc tantum, in necessitate aliquâ temporum, permitti posse aut debere libertatem. Nec nostra mens dissimilis, etsi tu dissimulas, in Capite tertio huius libri. Qua autem Ciuitas Leidensis? mihi quidem alijsq; nota: sed non illa vocem, opinor, emisit, alius pro eâ. Quis igitur ille? quis? quis? Seles & palles? nam erubescere tu quidem non soles. Quid si amicus aliquis tuus? quid si ipse tu, tu? heu quàm rideamus, si te, pro te, in me voces? Sed premo, nec ultra diuulgo hoc arcanum.*

*De testibus Diodori. Adnotator siue Albada. * Testem à tabulis Iouis.*

Ciuitas Leidensis. Ea est, fors fuit, Diodorus.

Paulus ad Eph. cap. 1 v. Ibidem.

*O fatui! vnionis auctor illa vna.] Ego quidem, & sani san- P A G. 79.
 tigi, homines mecum ita sentiunt. Quid magis animos alliget, quàm vnus dominus, vna fides, vnum baptisma? hic amor, hic caritas: & vnitas religio vni-
 hi tales solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. At con- dat &
 tra, ubi hac varia. Nonne ipsi dicunt, qui pro te dicunt? Aegyptij, in- Amorem.
 quam, reges & Iulianus: qui palam fatentur dissidentes religiones in- Testantur
 duxisse, ut subditi dissiderent. Ergo illorum quoque sensu vnionis vna aduersarij.
 auctor, discordia discors. Tu tamen mihi hic inequitas & insultas, quasi omnia ponam nuda, & sine vallo ullo rationis. Non soleo mi ho-
 mo, non. Ratio hic & alibi inclusa in meis verbis: sed, ut in presso Prefsim ra-
 isto scribendi genere, inclusa. quid ego possum si tu non educis? Nun- tiones ubi-
 quid ego Prometheus tua menti? alia esset, si finxissem. Solare tamẽ te. que adseri-
 mus.
 Diodori in
 his αμβλύ-
 τισ.*

Πολλοι ειν Αρκαδιη βαλανηφάγοι —

*ET à confusâ eâ semper turbæ.] Vtinam tu aut alius verè Turbatu
 mihi veget? Sed heu, funesta nimis exempla non dicam legimus, sed vi- religio poli-
 demus. Vbi mota hac anchora, & non simul turbata reip. nauis? Et ratio tiâ turbat.
 hoc ipsa vult, ut in externis istis rebus facile prompteq; dissideant, Causa.
 qui in sensu interno & in salutis ipsâ summâ. Odium imo vulgo à religio- Disputa-
 nis dissidio, quasi in impios aut profanos: nec ladere eos verentur, tiuncula,
 quos lasisse deum ipsum arbitrantur. Sed lubet hic paullum euagari, An, &
 & cum Politico aut prudenti viro (non tecum Diodore) disputare. Quando, varia reli-
 giones non
 turbant t*

!

Quid

*Ægyptio-
rum hodie
secta reli-
gio.*

Quid enim? inquit ille. Si à variâ religione turba: cur ergo apud Ægyptios hodie, apud Iapanes, Turcas, Christianorum quosdam, pax est? Nam de Ægyptiis ita tradunt: quattuor sectas vigere, quæ inter se ritibus sententiisque differant, etsi ex Mahumedis dogmate initium omnes trahant. Earum tamen antistites & sacerdotes inter se sine odiis & concorditer vivere: sed nec inconditam plebem inimicitias aut rixas idèd fouere. Homines autem qui ingenio aut doctrinâ præstent, sæpè sermones inter se ferere, & suam quisque sectam asserere: sic tamen vt nemo quattuor illos Doctores, à quibus sectæ ortæ, carpere aufit aut conuiciis lancinare. eique rei multam grandem constitutam esse, si quis faxit.

*Ioh. Leo
lib. viii.*

Item Iapanum.

Iam de Iapanibus magno potentiq; populo, etsi insulano, legi: Nonem esse illic religionum genera, integrumque esse omnibus prohibito quam velit sectari. adèd vt familias multas reperias, in quibus vir huic, vxor alteri, filius iterum alteri alterique adhæreat: nec id turbare quidquam domesticam quietem. Etiam de Turcis, quis

Inepist. Iapanicis.

*Turcarum
ut videtur.*

ignorat omnem religionem apud eos liberam? quos tamen in summâ atque inuidendâ, imò & pudendâ nobis, pace agitare nemo diffitetur.

*Aliquot
gentium
Christia-
narum.*

*Responsum
de Ægyptiis.*

Sed & inter Christianos populorum confusionis huius exempla, in Polonia, Transiluania & finitimo tractu. Respondemus, sed ordine & distinctè. Primum, quod ad Ægyptios. improbum illud dissidium esse, nondum tamen turbidum ob tres has causas. Primam, quia mutuo non se damnant. Discrimina sunt & electio, sed nullum adhuc præiudicium est probitatis. Non Pontifex, non Princeps, aut vlla maior potestas hanc illamve partem alteri voluit præferre. Secundam, quia sub potenti domino, cuius metu & simul multè illis, siquid peccare incipiunt, rigidè coërcentur. Tertiam & præcipuam, quia nulla illic publica conciones, nec slabra atque incitamenta turbarum. Ita dum conuenticula non sunt, priuatis parietibus dissidia illa clauduntur: in tempore tamen, in tempore (vaticinor) eruptura.

At de Iapanibus, speciosè dictum: sed decoloratur valde hoc adtextu. Nam fideliter subdunt: Agitantur interim non rarò seditionibus inter se, quin & armis decertant, dum suam religionem singuli aliis anteferre conantur. Et profectò hoc necessum est: aut religio

Ibid.

De Turcis.

non est religio, qua sic friget. Iam de Turcis, planè disconueniens est. Nam quod ad ipsos attinet, vna inter eos religio: & va illius capiti, qui verbo aut factò turbet. Alienas tantum, nec corruptas ex ea, sed planè aduersas permittunt: atque ita communicandi aut differendi vix cupiditas est aut causa. Contemnunt enim magis inter se, quàm contendunt. Pone in mediâ Europâ Iudæos, Turcas, Sinenses (modo ne inmani nimis numero) nihil turbabis religionis aut Ecclesia pacem. Adde, quod vna religio dominans apud Turcas: reliqua mussant, & falsa

falsa illi ac barbara vel inuita submitunt fascēs dignitatis. Sed nec ad honores aut militiam cuiquam aditus, nisi per illam unam. quid mirum ergo si oppressa illa sileans, resumptura animos si gens aut Princeps accedat eiusdem secta? Videremus Christiani, si tam liberet nobis veros & legitimos illos hostes inuadere, quàm mutuum & fraternum sanguinem haurire. Gracia diu victa manus attolleret, armaretq; Christianos suos, etsi flaccidos, pro Christianâ gente.

Postremum de Polonis aut Transiluanis non me mouet. Infida profecto illa quies est, & videmus quàm in omni occasione, ut in comitiis aut electione regis, inter se diuidantur; imò in se armantur. Continentur tamen prudentiâ & auctoritate paucorum capitum, quæ ubi desierint, vereor ut desinat illa. Denique quis magni & summi hoc incommodi ex confusione religionum etiam nunc ibi non videt? quod paulatim assuescunt per hanc licentiam homines non variare in religione nostrâ, sed oppugnare. Proh pudor! prodeunt & palàm circumferuntur ibi Quæstiones & libri in Mosem scripti, quibus creatio mundi euertatur & quidquid Vetus aut Noua scriptura superstruxit. Quæ, Quæ τῆς ἀθεοτῆος! Illa pleno gradu per confusionis hunc limitem intrat.

De Polonis & Transiluanis.

At tu de pacatâ Germaniâ exemplum hic nobis obiicis: imperitè. Nescis quo loco ibi res sint. Nec enim in uno Principatu religiones plures, sed in pluribus: nec illa ipsa valdè quiesca aut concordēs. quod scripta & rescripta hæc assidua (Nundinarum Francofurti unica messis) clarè docent. Plura sunt, quæ nunc non auguror aut dico.

Germania versus flammæ.

Theologorū ἀντιλογίας.

PAG. 79.

DIVINUM illud numen, omni modo, omni tempore, & ipse cole iuxta leges patrias, & alij vt colant effice.] Hoc non fers: & palàm, inquis, coactionem induco, & impono animis seruitutem. Sententiam nostram modeste non calumniosè accipe. Effice vt colant alij: nempe eâ viâ quâ decet; & quam Christiana lex permittit. Et quid tamen? nunquam, aut nulla, licita coactio? Valdè abhorres ab eo verbo, scio: & hic est in ulcere tuo tanquam unguis. Tamen Tertullianus panè vetustissimus, & planè eruditissimus patrum, ita scripsit: Ad officium hæreticos compelli, non illicitum est. Duritia vincenda est, non suadenda hæresis. Augustinus it in eandem sententiam: Melius quidem esse quis dubitauerit, ad Deum colendum homines doctrinâ duci, quàm timore pœnæ, vel dolore compelli? Sed non quia isti meliores sunt, idè illi qui tales non sunt, neglegendi sunt. Multis enim profuit, prius timore vel dolore cogi, vt possint postea doceri, aut quod iam verbis didicerunt, opere sectari. Et quod tibi tuisq; assidue in ore est, ille

An coactio in religione licita.

Quodamtonus esse

Nec id attere Libertatem animi.

Aduerf. Gnost. cap. 11. Epist. 1. ad Bonif.

Lib. 12. contra Crescēt. cap. 11.

libero te arbitrio dimitendum esse proclamas? quæ tamen omnia iustis legibus comprimi vtilissimum est. Dedit quidem Deus homini liberam voluntatem, sed nec bonam infructuosam, nec malam esse voluit impunitam.

* Anno D. C. XVI. Sisebuti factum: Et Dagoberti.

* An. D. C. XXXIII. Excerpti à Can. LVI. Compulsio magis & extimulatio, quàm coactio probanda.

Quid si exempla etiam huius coactionis? Illud Sisebuti regis (alijs Sisenandum vocant) in Hispania nobile. qui omnes Iudeos coegit Christi nomen & sacra agnoscere: eaq; remul-ta millia hominum auersa à pestifera sectâ referuntur. Quod amul-tus Dagobertus rex in Gallia, diem Iudæis præstituit, intra quam nisi religionem nostram susciperent, hostes iudicaretur, pertinaciamq; capite luerent. Vereor tamen ut feruentioris fidei & animi utrumque exemplum sit. certè actio illa Sisebuti regis, in IV. Concilio Toletano, pro parte rescissa est: decretumq; ut qui iam sacro lauacro tincti essent, cogerentur ad seruandam fidem quam acceperant; sed ne posteriùs Iudæi compellerentur ad baptismum. Ego in hac penetra-bia Theologiæ non abeo: πολυπραγῶς tamen si dissero, non verebor le-uem aliquam & cum spe fructus compulsionem admittere; minantem tamen magis, quàm cogentem.

Ifid. lib. v. Etym. & Hisp. Ann. P. Aemil. in Dagob.

Coercendi Nonatores.

Homines eò inclināt. Et periculo se inclināt. * Chordas non mouendas, Athenien-ses punirent.

Romani punierūt.

Varietas religionis, dissolutio religionis.

Iudæi punierunt.

* An. D. C. XXXVIII.

EOS verò qui in diuinis aliquid innouant, odio habe, & coërce. Recalcitras & reclamas: frustra. Ita semper in omni bonâ rep. factum; & quicquid licentiosi velint, fiet. De negotiis ciuilibus siquid statuitur, nemo putat esse violandum: & præceptum de religione calcabitur? Quis autem finis si semel carceres hos aperis ad innouandum? Nullâ in re lubentiùs aut periculosiùs homines ludimus: ut est mens nostra vaga, & nouitate rerum lætissima. Assiduè audiendus fanaticus aliquis, aut simulator pietatis, qui mouebit * χορδὰς τὰς ἀκωνίους. Atqui apud omnes gentes coerciti isti, & puniti. Græcos vides? reperies Socratem & Protagoram damnatos, Anaxagoram & Aristotelem accusatos, ob nouitatem in religione. Quin Atheniensium talis hic calor, ὡς εἰ (Iosephi verba sunt) καὶ τοὺς πρῶτα μόνον παρὰ τοὺς ἐκείνων νόμους θεύζαμένους περὶ θεῶν, ἀπαγαίητες κολάζειν: ut eos qui verbulum modò effarentur præter leges de diis receptas, sine vllâ veniâ punirent. Abis ad Romanos? par cura & seueritas. Quoties, inquit Linius, patrum auorumque ætate negotium magistratibus datum est, ut sacra externa fieri vetarent? Et addit verissimam rationem, eisi in religione vanâ: Iudicabant enim prudentissimi viri omnis diuini humanique iuris; nihil æquè dissoluendæ religionis esse, quàm si non patrio sed externo ritu sacrificaretur. Nec aliter secuti Romani fecere, & Principes ipsi. Quid Iudæi? quorum res publica & religio extra controuersiam optima. Illi verò hic ita duri, ut nec cohabitationem admitterent cuiusquam à patriâ religione dis-sidentis. Quod idem in Hispaniâ decretum olim, legi in Concilio VI. Toletano: Ut quisquis succedentium temporum regni sortiretur

Amb. ad Valent. Seneca. Lib. II. contra Ap-pion. Lib. XXXII

Iosephum vide contra Ap-pion.

apicem.

apicem, non ante conscenderet regiam sedem, quàm inter reli- Hispani punierunt.
 qua conditionum sacramenta polliceretur, Non siturum se degere
 in regno suo eum qui non est Catholicus. Si verò postquam ad re-
 gni gubernacula accessisset, huius ipse temerator existeret promissi:
 esset anathema maranatha in conspectu sempiterni Dei, & pa-
 bulum efficeretur ignis æterni. *Quin apud Sinenses (vetus & com-* Sinenses (sive Chinen- ses) puniunt.
positum valde regnum) etiam lex est: Nequa religio alia admittat-
tur, sine scito Regis eiusque Consilij: qui aliter, capitale ei sit. Qua
vna res progressum cursumq; ibi valde impedit nostra religionis. Quid
in Ecclesiâ Christianâ veteri: licentia effusa nunquam fuit, quàm pri- Christiani fecere, & faciunt.
mum Principes & tutores illa habuit Christianos. Constantinus exem-
plum esto: cuius leges & scita sunt in Arianos. Longum esset de ceteris
omnibus dicere. Longum? imò etiam superuacuum. Nam sec: runt
ante me alij: — *ἐχθρὸν δὲ μοι ἐστὶν*

Homer. Odyll. μ.

Αὐτὸς ἀεὶ ἄλλως εἰρμύνα μὴ δολοῦσθαι.

*odi ego porro, Rectè dicta aliis, iterum sermone am- plecti.

Illud breviter & vno verbo dico. semper coercitionem in Novatores fuisse: aliàs aliam, pro tempore scilicet astrictam magis aut remissam, pro sectâ tenem aut scueram.

Hæc illa sunt quæ suadet noster ille Pater Musarum tanto opere exagitatius tibi & irrisus. Verba autem multa fundis: in quibus, ita me Deus amet, ut nescio quid refutem. Excidis enim semper à lineâ, & cum de aliis loquor, tu respondes de cepis.

Diodori semper excausis.

HI tales multos impellunt ad mutationem rerum.] *Se-* Novatores periculosi in omni statu.
riò ego vos Principes moneo, cauete. A nullâ re maius periculum im-
peris & sceptris, quàm ab innouatâ aut insidiosè simulatâ religione. Exemplis doctum.
Hi enim tales commouent animos plebis maximè & per speciem pietatis Enni,
impellunt quo volunt. Exempla dabo: ecce hæc pauca. EVNVS olim
in Sicilia fuit conditione seruus: qui fanatico furore simulato, dum
Syriæ dæx coinas iactat, ad libertatem & arma seruos, quasi numi-
num imperio, concitauit: & LX. amplius millium exercitum coactò,
palam Regem se ferens, Siciliam totam subegerat, nisi agrè, agrè, coër-
cuisissent Romana arma.

Flor. III. cap. XIX. Eriod. Sicul. in Fragm.

Quid PSEVDOPROPHETA ille ÆGYPTIVS sub Clau- Pseudopro- pheta Ægyptij.
dio? qui in Iudæâ, per hanc ipsam speciem Pietatis ad XXX. M. homi-
num sibi adiunxit, cum iis Hierosolyma petiit, arcem illam & sedem
regni habiturus: nisi à Floro Praside, qui obuiam egressus, acie vi-
ctus cæsusq; esset.

Ioseph. II. Bel. Iud. cap. XII.

Haud dissimile MARICI illius factum sub Vitellio: qui asser- Marici,
tor Galliarum & Deus (id sibi nomen indiderat) concitis octo
millibus hominum, proximos Æduorum pagos trahebat: maiora
& ipse ausurus, cum fanatica multitudo dilecto milite oppressa vel
disiecta est.

Tac. II. Histor.

Elmaheli, Quid **ELMAHELI** in Africa? is mirâ sanctimonie opinione conciliatâ gente, bellum suo & Maroccensium regi (Abrahamus tunc erat) palam intulit, acie vicit, regno & vitâ spoliavit. Ioh. Leo lib. II.

Chemini, Nec dissimilis fraudis & facti in eadem Africa impostor alius (CHEMIN MENNAL vocant) qui rituum & religionis unitate illectum populum in regem Fessa concitavit, pendere tributum vetuit, denique per aperta arma eò adegit, ut pacto sibi traderet Temesna regnum. Apud Turcas ipsos nonne aliquoties res mota hoc prae-textu?

Schacoculi. fuit **SCHACOCVLIS** quidam simulata sanctimonie vir, & hoc fini in solitudinibus plerumque agitans. cui ipse Princeps Turcarum Baiazites munuscula annua mittere in speluncam veneratione pietatis solebat. Is ubi maturum visum, post septem annos prodit, sectam novam profeminat, fautores affectasq; reperit. cum iis urbes aliquot Asia inuadit & diripit, ipsum Bassam Anatolia iusto praelio vincit, imò paulo post Corcutem quoque Baiazitis filium, & mox Ali Bassam cum robustis veteribusq; copiis aduentantem. Quid multa? in discrimen summam rem Turcicam adduxerat: cum visum ei deflectere in Persa-

^a Nam hac est Sophilariorum secta. qua praecipua causa est nunc inter viramque istam gentem belli. Anno 1026. Calend: ris:
 rum fines, quorum rex eiusdem illius sectae. Sed cum in viâ Caruanam quandam Persicam (agmen viantium ita vocant) milites eius inuassissent ac diripuissent, pterisque viatorum etiam casis: ita agrè Ismael Sophi Persarum id tulit, ut ipsum, praefectosq; eius omnes, illicò trucidandos satellitibus suis obcyeret: reliquâ multitudine in seruitutem adiudicatâ & diuisâ. Hac iusta Nemesis nebulonem illum affecuta est.

In eadem Asia iam nuper, Suleimanne Principe, quidam **CALENDER ZELEBIS** insurrexit ad res nouandas, relictus hoc ipso pietatis velo. Is cum aliquo Deruisiorum numero, Sangiacos plures fudit, & Anatoliam totam vocauit ad arma. Sed enim missu auspicijsq; Suleimannis, Ibrahimes Bassa, ancipiti praelio, ipsum factionemq; deleuit.

Iudaei **Quid** in Cretâ insulâ (veniendum ad ridenda est) **IUDEVS** quidam, Theodosio Imperatore, quàm scelestè & periculosè genti suae imposuit! Finxit se nouum Mosem adesse, calitus missum, ut eriperet eos e diuinâ seruitute. Opidatim ergo circumit; hortatur opes, amicos relinquere; se sequi in terram illâ promissionis. & addebat (veteris illius Mosis exemplo) per ipsum mare se eos traducturû. Credunt, cõueniunt, immensa multitudo. omnis aetas, omnis sexus ad promontoriû, illo duce, properant, ituri in beatam terram. Ipse insilire iubet. quod factum insanâ confidentiâ à plurimis, qui statim merfi, paucis eorum scaphis piscatoriis exceptis. Caput ipsum sceleris nusquam comparuit, siue homo, siue humanâ specie Genius malus fuit. Denique nostro aut patrum aeo, nonne talia monstra? **IOHANNES LEYDENSIS** ille nobilis, vibex & macula sua urbis. qui opificio sartor, regna & sceptrâ somniavit. & adeptus erat, captâ Monasterio urbe, nisi potenti exercitu Principes Imperij obsedissent, recepissent, ipsum & affectas condignis

Iohannis Leydani.

Lib. XXXIX. *gnis supplicis affecissent. Vt iure hac concludam Liniano dicto: Nichil in speciem fallacius, quàm praua religio est, vbi deorum numen prætenditur sceleribus.*

Seneca epist. XLII. *Quid ad hæc tu Diodore? periculum nullum tale hodie nobis esse? Tu nosfer nescio. Multorum, quia imbecilla sunt, latent vitia; non minus nota. aufura, cum illis vires suæ placuerint.*

Lib. IV. In-
sta. cap. VII. *NULLA religio alia nisi vnus Dei tenenda est.] Quæ Vera religio hac est? Christiana. Vnde petimus? è libris sacris: idq; pro Ecclesia Catholica sensu. Nam hic est fons veritatis, ait Lactantius, hoc domicilium fidei, hoc templum Dei: quò si quis non intrauerit, vel à quo si quis exiuerit, à spe vitæ ac salutis æternæ alienus est.*

ET TENENDA ex ritu veteri.] Hic iam classicum canis, Λοιδόρεια & conuocas in me turbas. Ite in suffragium de Lipsij capite Quirites. Diodori, Quid enim feci? Ille est, inquis, qui antiquas omnes sordes retinet. ille, qui nec in melius quidem mutari quidquam vult. O homo Istro Et turpis. φαναξιουδς fallacior! Vbi hæc à me scripta aut dicta? In Capite de Auctoritate, in- quis. Et hæc tu audes ad Religionem trahere, quæ palàm scripsi & monui de ciuilibus externisq; rebus? Mens, an frons, an utraque tibi deest? Considerate ORDINES, (nam iure vos hic appello.) ego diserè monui Retinere antiqua: sed cum illà cautione, Si proba. Nonne expressim in margine hoc posui? Clemens enim ille priscus me docuerat: Religio anti- quæ opti- ma.

In epitomâ Vitæ Petri. *Οὐ πάντως φυλάσσειν τὰ πάτρια δέειν ἀλλὰ φυλάσσειν μὲν, ἐὰν ἢ εὐσεβῶς. Quæ astric- tionet? ἢ ἀποσιωπῆ δὲ, καὶ ἔπος ἔχοντα: Non omnino & præfractè seruare ritus patrios: sed seruare quidem si pij essent, aspernari autem & abiicere qui non tales. Et ratio in Arnobio: quia religionis aucto- ritas non est tempore æstimanda, sed numine: nec colere quâ die, sed quid cœperis, conuenit æstimare. Itaque non omnino damno mutare, aut siquid lapsu aut incuriâ corruptum, corrigere. non. cum*

Lib. I. ad-
nerf. Gent. *Platone scio λοιδόρειν παρὰ μὲν ἀνίατα καὶ πόρρω παροβηκόμενα ἀμαρ- Corrigitur in eâ fas magis quàm mutare, τίας, οὐδαμῶς ἠδὲ, ἀναγκαῖον δὲ εἶοτε εἶναι: Vituperare res malè af- fectas & longiùs in errorem progressas, minimè iucundum, sed necessarium interdum esse. Quis tamen id faciet? non priuatus ali- quis; imò non ipse Princeps, nisi de consilio sententiæq; eorum qui au- ctoritate, vitâ & doctrinâ ad hoc apti. Concilia huic rei utiliter re- Concilia perta, & crebriùs quàm nunc, olim usurpata: quorum propriè hoc mu- hoc sine. nus, videre siquid in doctrinâ aut disciplinâ Ecclesia labat, & renouare ac reducere ad veteres suos purosq; fontes.*

11. De le-
gibus. *Sequitur altera Calumnia, quam multis verbis (nouimus tuum mo- rem) rexis. Ille Lipsius Machiauellissat. ille ad fraudes, homi- Turpis cidia, periuria Principi suo præit.] Dic sodes, vbi, vbi Diodore? Diodori. In Capite, inquis, de Fraudibus. Testor Deum & homines, post Calum- niam*

Et in aper-
to menda-
cio.

niam natam, turpiore & apertiore calumniâ neminem petiitum. Ego illa probo aut praeo? Quin disertis clarisq; verbis damno, detestor, repudia: nec nisi ut damnarem, umquam illa scripsi. Tu homo, in istâ luce temporum atque hominum, audes hac sic propalam ementiri? quasi nemo esset qui mea legisset aut legeret? Mihi crede. sinciput tibi sanum non fuit, cum scripisti: admoue in tempore cucurbitas, aut peristi.

Varia con-
micia.

* An. co.
17. LXXVI.

Genus no-
strum.

Nondum etiam finis. sed ut corporibus in praecipis iactis nullum ultra sui arbitrium est, nec eunt sed feruntur: sic tu qui semel ad calumniandum conuiciandumq; te proiecisti, abis extra omnem honesti metam. Ego superbus & arrogans, qui his de rebus scribam nec Theologus, nec Iurifconsultus: quid denique? ut postea addis, Ludimagister tantum. Bonâ fide, Ordines, utrum priscus mos redijt, & conicia spargimus è plaustro? Et an respondeo: non debebam: tamen breuiter. De Iurifconsulto quidem: non praeferre me eum titulum, sed tamen publicè, in magnâ frequentia, & post solemnia experimenta, Louanij* illo donatum. De Theologo: planissime, non sum, fateor. & Patres tamen Gracos Latinosq; legi, ac plusculum in iis quam tu intellexi. At de Ludimagistro quid tibi vis? scholam priuatim me habuisse? numquam factum. In aliam spem, si nescis, educauerunt me parentes. Bono honestoq; genere sumus: & per Auiam & Proauiam paternam nobilissimis familiis inserti. Illa ex Eeckhoutiis fuit, hac è Linkebekiis: gente utraque iam intermortuâ, sed tamen in nostris quoque Annalibus non ignotâ. Ipsi Lipsij ante annos centum, opibus & dignitate inter Bruxellensium primos. Ista iactare non assueuimus: sed tu adigis. qui, quod olim nescio quis Seneca, mihi nunc inter probra obiicit, Professoriam linguam. Vtor câ, fateor. nec cum infamia aut damno Batavia vestra vtor. hoc quoque fateor. denique facio, quod ante me nobiles imò Principes viri.

Agrippina
apud Tacit.
xlii. Ann.

Non teme-
rè prisca
innotanda.
Nota.

MAIORVM instituta tueri sacris caerimoniisque retinendis, sapientis est.] Omnino & ausus est Plutarchus scribere, tutius honestiusque etiam in his errari. Verba eius notabilia: χαλεπή In Crasso.
ῥῆξις ἐν τοῖσις ἡ ἀσφάλεια καὶ δύσκολος, ἐπιεικὲς δὲ αὐτῆς τὸ παρῳ-
νθμον καὶ αὐθάδους. τὸ μὲν δὲ ἔστι παλαιᾶς καὶ συνήθους διδασκαλίας
& μαρτυροῦμενον: Difficilis in istis (qua ad religionem) certitudo, &
comprehensu ardua. benignius tamen erratur, cum receptâ & ve-
teri opinione per circumspectam timiditatem, quàm contra mo-
res, & praesidenter.

Παρηγία
Diodoti.

Sed hic rideo imperitiam tuam, an malitiam? Nam verba ista sic vertis, non quasi fuerit sacris caerimoniisque: sed omisâ copulâ sacris caerimoniis. & linguâ Belgicâ pulchrè me apud tuam plebeculam traducis. Senex, senex, Τὸ γῆρας ὑμῶν εἰσὸρα νῦν ἐκ ἔχον.

Eutip.

Iam

Iam multa quoque in ipsam sententiam (proprio verbo utar) debiteras: sed quid respondeo? quod olim Aristoteles cuidam simili. qui cum multa nugatus esset, & abiens excusaret, Nunquid molestus fui? Non mehercules, inquit. non enim attendi. Diodore, ego non legi.

PUNI igitur, si quis turbat.] *Nunquam scripsi aut sensi aliter: nec hic atque infra errantes in religione punitum iui, sed turbantes. Tu si scis, quid in me clamas? si nescis,*

Τυφλὸς τὰ τ' ὦτα, τὸν τι νῦν, τὰ τ' ἔμματα' εἶ.

*Sed ventum iam est ad locum, qui nisi fuisset, praeclara haec scripta non fuissent. Sic ipse in sermone alteri dixit, Omnia se mihi condonare & remittere posse: non posse insignem calumniam quâ Lactantium inussi. Quae ea est? scripsi: Serio, ferio, hoc imbibe. Nihil esse in rebus humanis religione praestantius, eamque summâ vi oportere defendi.] & in margine Lactantium adscripsi. O facinus, ô iniuria! Lactantius hæc planè, planè, in contrariam mentem scripsit: & vide Lector quid in aliis quoque Lipsio credas, corruptori, fatuo (hem, hem, tolutim badiça.) malitioso: & quid non? Triumphas, & inueheris equis albis. Ego quid? teneor miser, deprehensus sum, nec Orci galea me teget. Tamen uno alteroq; verbo Diodore. Legistin' MONITA mea ad Lectorem? si non iniurius es, qui non lecta mea carpis: si sic (& verò legisti, tu ipse prodixisti & clamas:) malitia tua insignis est, impingere mihi culpam, quam aperui antè, & retexi. Si tamen culpa est, uti proborum auctorum verbis in sanam probamq; mentem. Nonne ea hic est? aude negare. Ambrosius: Nihil maius est religione, nihil sublimius fide. Et quis non religionem ante res humanas habeat, eamque (probam utique) defendat? Etiam ethnici sciuerunt & fecerunt. Valerius: Omnia post religionem ponenda semper nostra ciuitas duxit. Insitum hoc nobis, ut cum aliquâ numinis notitiâ aestimemus idem & tueamur. Tamen peccavi, quod testimonio Lactantij malè utor. Ego testimonio? nunquam putavi te tam matulam. Desunt mihi scilicet testimonia clara, aperta, irreprehensa de puniendis haeticis: nisi particulam hanc summam à Lactantio, & isto fine. Erras, erras, non hoc vobis propositum, ut Testimonia ista adducere, sed mentem sententiamq; nostram exprimerè, & filum illud sermonis contexere inuidendum aut irridendum vobis, non imitandum. Interdum tamen ut Testimonia: sed tunc comparent. Erras amplius, quod censet Lactantium hanc sententiam damnare. falsum. Ille Romanos sentire ita dicit: nec de sensu aut defensione carpit, sed de improvidâ defensione. * Malam enim vanamque religionem, & idèò malè, ibant defensum. Iam hæc capis? heu vices rerum! detractus es de tuo curru: & triumpharis, qui triumphabas.*

Vera mens nostra, ab illo corrupta.

Ridicula & lasciuia Diodori.

Πρὸ τῆς νύκτος ἐχθροῦ.

Detestatio fraudis.

Error in meâ mente.

*Et alter in Lactantij. * Ideò praemissit: O quam inhonestam voluntate, miserè errant! voluntas igitur defendendi proba, si probam.*

In calumnia 11.

Epist. ad Valentin. Imp. lib. 1. cap. 1.

PAG. 79. **V**NAM religionem in vno regno seruari.] *In regno, inquam, bono & composito, & quale formamus atque optamus. Nam priora illa nostra, bono tranquillo, statui scripta sunt: hac que sequuntur, turbido. illa perpetua, hac temporaria, atque utinam nunquam eorum vsus!*

PAG. 80. **Q**UAS diffidiorum faces religio tibi accendit!] *Atque ita accendit, ut nulla prudentia videatur posse restinguere. Ut enim fratrum odia acerrima sunt: sic eorum ferè qui consortes aliquando eiusdem religionis. Tu, tu Deus adiua.*

COLLIDVNTVR inter se Christianæ reip. capita.] *Miserabili & nouo prorsus exemplo. Videamus Annales omnium gentium, & omnis aui: tam acria, tam diuturna bella pugnata non legemus de religione. Iuuenalis pro miro & monstro habuit, duo opida in Aegypto concurrisse inter se ob hanc causam, & id dignum Satyrâ censuit: quid nunc diceret aut scriberet, ubi Europa pene tota?*

PERIERVNT ac pereunt per speciem Pietatis.] *Alirifecus verum est. siue quod y qui perdunt, demereri se Deum putant: siue quod y qui pereunt, mori pro diuino cultu. Ceterum non nescio ludos & mimos scelere hic interuenire: & quorundam ambitione aut avaritiam velari hoc mantello. Paullus Aemilius pro me loquitur: Nihil in sacris bellis perinde offuit, atque mos iam exortus, ut honestâ præscriptione suas quisque respiciat res. In ore omnium Sanctum Piumque versetur: consilio, conatu, animo, secus afficiantur. Si de religione tantum agatur, si obliuio noxæ sanciat, si sanatis mentibus, fortunis hominum abstinetur, omnes idem sentiant. Nunc de Mortalium iure, de Comitatu res est. Dicis virum vatem fuisse, & scripsisse in hoc euum.*

NEC quidquam tam probè aut prouidè hîc dici, quod non vellicare malignitas possit.] *Tu es exemplo. qui non sensus tantum, sed verba etiam nostra rimaris, & velut in aurariâ trutinâ pendis.*

CONSILIA non decreta adfero, nec assero aliquid, sed pono.] *Hac nostra modestia est, qua sola effrenes tuos impetus debebat cohibere. Sed tu ut calx aquâ accenditur: sic efferaris temperanti omni sermone. Hic igitur insultas, & ais repugnantia me scripsisse. Nam in praliquo ad Lectorem dixi communia quædam præcepta me dare, & velut decreta. hîc Scepticum ago, & nego me decernere. Semper tui similis es, incogitans, insecutus, & paratus inferre tantum ictum.*

idēum, non vitare. *Utumque ego aio recte & verè à me dictum, istud in duobus his Capitibus, illud in reliquo opere toto. Et quid ni hic ambigam? res Theologa est: quam hand iniurià iis subyicio.*

Homer. Odyss. i. Eustath. in Odyss.

* Οἱ μὲν φέρτεροι εἰσι νοῦσιν τε κρηναί τε.

* Qui potiores me istac cernere & arbitrari.

In Monit. ad Lectorem.

*Atque ego uniuersè etiam didici * οὐδὲ ποείας γνωσκῆς μήτηρ ἢ ζήτησιν ἀποεία. Non desipit, qui aliquid ambigit ò Diodore: ille magis qui in omnibus & supra omnes sapit. Itaque ingenue & verè prafatus sum illud, quod plus decies in hoc libro mihi impingis: Me labi & errare non solum posse, sed debere. Nonne ita est? miror amentiam. Solum ego Deum omniscium, & expertem erroris habeo: hominum quidquid est, opinantur, vacillant, errant. Ipsi beati genij & aterni spiritus ab * errore non tui, nisi Deo dirigente. Audi sapientem à prisco auo: Inter cetera mortalitatis incommoda & hoc est, caligo mentium: nec tantum NECESSITAS ERRANDI, sed errorum amor. Audi Sapientem à nouo auo: Nemo est mortalium, quem non aliqua pars ignorantia attingat. hanc contagionem ex ipsa mortalitate traximus. Nam homò cum errat, humanitus errat. Errorem autem in homine calumniari, est toti ipsi mortalitati conuicium facere. Audi, te respice, respisce.*

* Quòd vberis fictiæ mater, inquisitionis dubitatio. Vnus Deus ἀπλανής. * Iudicij scilicet. Mortalitati agnatum errare.

Senec. de Ira, lib. i. cap. ix.

Nescio quid subinde nugaris, me contemnere aliena iudicia, utique Consulium aut Tribunalium. Nam ita dixis me scripsisse Cent. i. Epistol. LXXXVII. Tribuni illi me absterreant: nihil. iactent se apud suam plebem; mihi abundè satis, si eques hic plaudat & Senatus. En, etiamne Epistola hic mihi defendenda sunt? fiat. Ego nihil ibi de Consulibus scripsi, nec nominavi vel verbo. Sententia etiam mea nec superbiam nec contemptum prafert. Hoc sensi, quod ille Termaximus: Οἱ ἐν γλώσσει ὄντες, οὔτε τοῖς πολλοῖς ἀρέσκουσιν, ἔτε οἱ πολλοὶ αὐτοῖς: Qui cognitione imbuti, nec ipsi populo placent, nec populus ipsis. Tu caudam ibi iacta.

Καυχή & ψευδογραφία.

Trindeg. ff. Poemand. cap. ix.

Eurip.

— αἱ γὰρ ἐν σοφοῖς φαῦλοι, παρ' ὀχλω μωσικώτεροι λέγεται.

Sagillas etiam Breuitatem meam, & in Socratis dicto facetus & venustus esse voluisti. Quàm te non decet! risimus, quod ille ait, camelum saltantem. Sed de Breuitate, eam ego amo, amabo: & si fieri possit, quid sentiam ostendere, quàm loqui malle.

Irrisa nostra breuitas.

Sen. epist. lxxvi.

Lucret.

Paruus & est cygni melior canor, ille gruuum quàm Clangor, in æthereis dispersus nubibus Austri.

Dvo genera eorum facio, qui in religione peccant.] In hac diuisione consentit mecum Clemens Alexandrinus. Ex iis, inquit, qui declinant à veritate, alij seipsos solos, alij verò propinquos quoque conantur fallere. Atque ij quidem qui appellantur ἁδρό-

In Hæreticorum duplex genus. Qui sibi errant & faciunt:

Lib. vii. Stromat.

σοφοι, id est opinione sapientes, qui se veritatem inuenisse existimant, nullam habentes veram demonstrationem, ij seipfos decipiunt: quorum non parua est multitudo, & quaestiones declinantium propter confutationes, & doctrinam vitantium propter condemnationem. Qui autem eos, qui accedunt, decipiunt: ij sunt valde callidi & astuti. qui etiam si satis sciant se nihil scire, probabilibus tamen argumentis obscurant veritatem. *Et verò diuisio hac necessaria ob temperandum feruorem, qui in animis quorundam accenditur importunè.* Difficile enim est modum tenere in eo quod bonum (magis quod pium) esse credideris.

Qui hos inducunt.

Diuisio nostra sententia & moderationi apta.

Seneca epist.

Reges hereticos puniunt.

PUNIANTVR à te, ne tu pro illis puniaris.] *A te, à te dico, quicumque Rex aut Princeps. Nonne gladius tibi ad diuina humanae defendenda? Rex qui sedet in folio iudicij, dissipat OMNE malum intuitu suo.* Augustinus: Quomodo reges seruiunt Domino in timore, nisi ea quæ contra iussum Domini fiunt, religiosâ seueritate prohibendo atque pleetendo?

Γrou. xx. Epist. ad Bonif.

Duplices Turbatores. Violenti. Subdoli.

MAXIME si turbant.] *Et antiè & nunc addo. Non enim quoscumque in religione errantes puniri uelim (tu ubique confundis & obijcis) sed hos peccantes. Quid ergo turbatores isti sunt? meo iudicio duplices. Nam hoc quoque discrimino ad pœnarum discrimen. Priores, qui palàm contra leges, contra magistratus, nouam religionem inuehunt, docendo, scribendo, cœtus colligendo. Alteri, qui non tam nouam religionem inuehunt, quàm produnt: & receptam quoque per disputationumculas & argutias in publico conuellunt. Quo in genere ventosa ferè ista & praua ingenia, itèmq; homines Saturnij, queruli, δυχαλωτοις (ut Philonis uerbis utar) τῆ πατρίῳ πολιτείᾳ, λόγον καὶ κειρογραφίᾳ αἰετὰν νόμων μελοτάδης: male affecti erga patria instituta, & in reprehensionem semper legum accusationemque intenti. Denique, uno uerbo, quibus nihil placet quod aliis placet. Nostreos Diodore?*

Ingenia refractaria.

De confus. linguar.

μετρηπία fasua Diodori.

Sed hic satagis valde ut reperiatis γνωριδιον istud & commation apud Cyprianum. Subtiliter & acutè multa diuinas. Libro te astu. Verba Cypriani sunt, sententia mea. Post hac erumpis, & lancinas uniuersum meum Librum: Farraginem esse, inepta Miscellanea, Moretum, Lancem Satyram, siue, Hispanico uerbo, putridam ollam. Euge, euge! Bene sperare de tuo morbo incipio: euomuisti. Sed enim uerò quid ista ad rem presentem? imò quid ista ad tuam cognitionem? Tu homo, quod ipse fatearis, bonarum artium litterarumq; rudis, iudicas de literato illo scripto? Appello, appello Diodore: agenda hac sunt apud aliud tribunal. ad subsecuta Tribunicia non ueniunt hæ causæ. Quid tamen displicet? Confusum est, breue est. De confusione erras. nego quemquam ueterum magis dispositè totam hanc rem scripsisse.

Conuiciorum cumulat.

Αταιδωσία.

Politica nostra qualitat

Disposita:

De

De breuitate, verum est: & eo magis places, quod te tuiq; similes arces ab illo scripto. Non capis hic, etiam qua capis. Omnium honestarum rerum semina, ait Seneca, animi nostri gerunt: quæ admonitione excitantur, non aliter quàm scintilla statu leui adiuta ignem suum explicat. Sed oportet, Diodore, prius in animis esse honesti hanc scintillam, prudentia hanc scintillam: aliàs nullis foliibus excitandam. Denique ego fateor, minimè popularem esse illum librum: & quo vti aliquis magis possit debeátque, quàm frui.

Brenia. & imperitas obicura.

CLEMENTIAE non hic locus.] *Quid ergo? ego sum ille Cyclops, Scinis, Phalaris, qui non misereor? cui ludo & ioco sanguis humanus est? Ah, absit. mite mihi peccus, fateor: & utinam Principibus, quos hac res tangit! Cur igitur ita scribimus? quia publicè expedit: quia seueri pro pietate & legibus esse volumus: quia hac ipsa clementia est, non esse hic clementem. Multos seruamus, dum unum tollimus; illum ipsum seruamus, certè iuuamus, dum tollimus. Non enim id facimus (mox audies) nisi in extremè & desperatè malis: quos sisti & reprimi in illo nequitiæ cursu, est pro ipsis. Sed & aliàs, cum citra mortem punimus, bono quoque est & expedit puniri. Si miratis hoc pro aliquo esse, miraberis quosdam ferro & igne curari, nec minùs fame & siti. Sed si cogitaueris tecum, remedij causâ quibusdam & radi ossa & legi, & extrahi venas, & quædam amputari membra, quæ sine totius perniciæ corporis hætere non poterant: hoc vti que patieris tibi probari, quædam incommoda pro his esse, quibus accidunt. Nam emendandi corrigendiq; per pœnas, bonus Princeps semper habet finem. Quemadmodum quædam hastilia detorta, vt corrigamus, adurimus, & adactis cuneis non vt frangamus, sed vt explicemus, elidimus: sic ingenia vitio praua, dolore corporis animique corrigimus. Augustinus in hac ipsâ re: Magis pro eis sunt leges istæ, quæ illis videntur aduersæ, quoniam multi per illas correcti sunt. Iterumque: Molestus est & medicus furenti phrenetico & pater indisciplinato filio; ille ligando, hic cædendo, sed ambo diligendo. Si autem illos neglegant & perire permittant: ista potius mansuetudo falsa, crudelitas est. Denique de Turbatoribus hic loquor: ad quos Catonis illud aptem: Misereamini censeo. nã ista vobis mansuetudo & misericordia, si illi arma ceperint, in miseriam vertet.*

Frustrâ inclementia accusamur. Cause sequitur ueroris dicti.

Punitio bona punitia.

Finis eius correctio.

Sen. de Prouid. cap. 111.

Idem 1. de Ira cap. 7.

Epist. ad Bonif. Ibidem.

Apud. Sal. luit. in conser.

Consolat. ad Heluiã, cap. 11.

VRE, seca.] *O verba nata in turbas! periissent illa, & calamus, cum scripsi. Et tamen ratione si diiudicamus, quid peccant? A ueteris medicina ritu sumptus sermo, qui in ulcere aut vulnere secabant, & deinde sistendo sanguini urebant. Testimonis hoc crede, & quod dicitur, Mittatur senex in scholas. Seneca, vt ego, planissime: Hoc erit non molli viâ mederi, sed vrere & secare. Nescio quis pœta allusit.*

Inuidiosa uocula: Vnde: & quomodo acceptus? Id est asperius mederi & durius.

Fortiter & ferrum, sæuos patiemur & ignes.

Prisci patres sic locuti.

In hac ipsâ, ipsâ re, Hieronymus verbo & imagine simili usus : Scindendâ putridæ carnes, & scabiosum animalâ caulis ouium repellendum : ne tota domus, massa, corpus, & pecora, ardeat, corrumpatur, putrescat, intereant. *Sed quid ego hac ad te? Oleum perdit & impensas (ut idem sanctus & dicitur vir loquitur) qui bouem mittit ad ceroma.*

Proper. lib. i.

Ad Pam. mach.

Ridicula ineptia.

Iterum obturbant tua nuga. Cicero hæc de Catilinâ scripsit, tu ad Hæreticos malâ fide transfers. *Providè & benè monitum. Nam hercules periculum erat, ne ego aut alius censeret, scripta hac à Cicero in Hæreticos ipsos. Senior bullâ dignissime, tecum ego contendo?*

Accuratè de ratione puniendi dictum.

Gradus pœnarum faciendi.

Sed de re. Quid volo igitur? non ad ferrû statim omnes aut ignem, ô bone, non : sed pro modo delicti coerceri aut puniri. Puniri dico. & cautè ac circumspèctè communi eo verbo semper in hac re sum usus; non dixi, Interfici aut Occidi. Pœnarum gradus hic facimus, & nisi quàm raro ad extremum illum venimus. Ut medicus omnia tentat, priusquam ad sectionem aut vstionem accedat : ita legum Præsidem ciuitatisque Rectorem decet, quamdiu potest, verbis, & his mollibus, ingenia curare. Transeat deinde ad tristiores orationem, quâ moneat adhuc & exprobrat : nouissimè ad pœnas, & has adhuc leues & reuocabiles, decurrat. Vltima supplicia sceleribus vltimis ponat, ut nemo pereat, nisi quem perire pereütis etiam interfit. O Princeps nota, & hos tales sapientes audi potius, quàm istos de viâ clamorosos, & quibus cerebrum omne est in linguâ. Quid si mea quoque consilia locum inueniant, non inuidebo. Quatuor pœnarum genera siue gradus in Turbatoribus istis agnosco: Multam, Ignominiam, Exsilium, Mortem. Omnes utiliter, sed aliter atque aliter adhiberi. Duas primas plerumque in minutis illis Turbatoribus, & quos posui in Classe secundâ : duas alteras in maioribus, & qui in Classe primâ.

Sen. de Ira. lib. i. cap. v.

Nobis illi quatuor sunt. Secundum genera Turbatorum distinctè adhibemus.

Multa, quid, & in quos usurpanda.

MULTAM quid appellem, satis clarum est. pecuniarum nempe aliquod damnum, quod incurrant quoties in hac re peccant. In quos ea utilis? meo iudicio in Sophos illos aut disputatores, & quicumque publicè liberi nimis aut proterui oris. Hos tales multa, nec sanguinem ab eis, sed pecuniam duce. Veteres quoque fecerunt. & Theodosi lex fuit: quæ in conuictos hæreticos statuit decem librarum auri pœnam. Tu pro tempore & pro re moderare. Quid si contemnant? rarum erit: & apud quosdam proficies. tamen si pertendunt, alterum scilicet adhibebis.

Codic. Theod. De hæretic.

Ignominia quid, & quotuplex? Excommunicatio.

IGNOMINIÆ telum. Ea est, quæ pudorem publicè adfert, & maculam suffundit famæ. Multa sunt in hoc genere: & variè usurpata priscis. Vetusissima in Ecclesiâ Excommunicatio, id est, ut à templis

Can. VI.

plis arcerent & communi piorum societate. Synodo Laodicensi veteri canon fuit: περι τῆ μη συχαρεῖν τις αἰρετικοῖς εἰσεῖναι εἰς τὸν οἶκον τῆ θεῆ, ἐπιμένοντες τῇ αἵρεσει: De non patiendo vt templum Dei hæretici ingrediantur, quamdiu in hæresi perseverant. Item interdictio cum

Interdictio nuptiarum.

Can. XXXI.

iis copule aut nuptiarum. Eadem Synodus: Non contrahere cum hæreticis nuptias, nec filios aut filias collocare, etiamsi promittant Christiani fieri. Amplius, priuatio munerum & honorum. vt Theodo-

Priuatio munerum.

Colex Theodosij. Georg. Cæcilius.

sij, Valentiniani, Arcadij lex fuit: quâ omnis denegatur hæreticis facultas militandi, quinimò extra vrbis mœnia arcentur. Iustini- ni etiam latior: Ἐλλειψοῦντας μὴ πολιτεύεσθαι ἢ αἰρετικῶν, εἰ μὴ μόνους τὰς ὁδοῦς χριστιανῶν. Θεοδοσίου δὲ δίδωσι τοῖς ἑσπέραις, εἰς ἐπισηφῶν τελευτῶν ἡμῶν: Gentiles aut hæreticos non tangere remp. sed solos Christianos orthodoxos. datque iis ad conuersionem tres

L. IV. Cod. de hæret.

mensis. Potes ad hanc ignominia partem referre, quod remoti ab omni liberalitate aut successione, quolibet titulo venienti. Item inu-

Inustio frontium.

II. ca. xij.

hibita sub rege Henrico II. De quo Gulielmus Neubrigensis. Tunc Episcopi, ne virus hæreticum latius serperet, eosdem publicè pronunciatos hæreticos, corporali disciplinæ subdendos Catholico Principi tradiderunt: Qui præcepit hæreticæ infamiæ characterem frontibus eorum inuri, & spectante populo virgis coërcitos vrbe expelli. Ego pleraque ex istis commode & iudicio admiserim: atque etiam hanc frontium inustionem. Fallor, aut ipsos dedecus illud valde coërceat, aut aliis certè notabiles reddantur ad cauendum. Nam quæ de discretâ veste aut pileo dici possint, ridicula, & leuia ad talia ingenia refrenanda.

Anno M. C. LXXII.

Iam EXILIUM quoque inter Pœnas, id est, creberrimè olim fuit. Constantinus Imp. Arium & Arianos deportari exsilio præcepit.

Exsiliis frangens hic olim:

Ecclef. Hist. paf. fm.

Constantius Aëtium propter confessionem dissimilis substantiæ multauit exsilio. Theodosius minor, Nestorium pulsum ex Oriente, relegauit apud Oasim. Et exempla plura atque obuia. Ego hanc pœnam valde amplectar, & peculiarem maximè huic malo censeam, quòd sepositione istâ & relegatione vitetur. Prasertim si ea sit prisco exemplo, in loca insulasq; desertas aut minùs frequentes. Etiam in iis qui summè Turbatores, vide ne conuenientissimum sit istud, & ex Patrum ac Principum veterum mente. Nam etsi

Propria quasi pœna

MORS (quarta ea pœna est) in hoc genus seductores & Pseudo-

Mors raro hic usurpa-

Deut. cap. XII.

prophetas à Mose decreta exercitaz sit: tamen à Christianis olim raro. & paucis ea Principum legibus expressa: id est, terrendi fortasse magis,

Sozom. Ecclef. Hist. VII. cap. XII.

quam representandi causâ. Theodosij sanè hac mens fuit: qui χαλασας τοῖς νόμοις ἐπέγραφε πικρίας ἀλλ' ἐκ ἐπιζήει. ἢ ἴδ' ἡμῶν, ἀλλ' εἰς δέος καὶ δεισῶν τὰς ὑψηλοῦς ἐσθ' ἡ δαλζοῦ ὅπως ὁμοῦ εσται αὐτῶν γέ- νο. ἢ το περι. τὸ θεῖον. ἐπει καὶ πύς ἐκοντὶ ματην θεμίτους ἐσθ' ἡρει. Graues pœnas

pœnas legibus constituebat, sed eas non exsequebatur. Non enim punire, sed metum iniicere subditis studebat: ut concordēs sibi fierent in rebus diuinis: quoniam & sponte conuersos laudabat. Ego *sententiam meam non dissimulo, Melius magis, è re & mente Christianâ videri, ut mancas quâdiu potest, in mulcta aut ignominia gradu: & cum Tertulliano, suffundere malis hominis sanguinẽ, quàm effundere. Quod si ulterius progrediendum quoque sit: Exsilio contentus esto. aut si ad mortem: simplex tamen ea & mitis sit, imò (arcana aliquid audi) * arcana. Reliqua scelera cum castigantur, ostendi expedit, hoc flagitium oculi & tegi. Causa in promptu. ut miscrationem detrahas, & minuas sermones. Ceterum illud imbibere: Exquisitor quæque crudelitas, illecebra est magis sectæ. Simul & hoc scito. quomodocumque rem institues, erunt prauis isti & refractarij (Deus ipse pradixit, hæreses fore) & multum si efficis, non ut desinat planè, sed ne vincant. Deum precor, tibi ô Princeps, moderatam mentem, illis sanam & pœnitentem det.*

Et rard, ex nostrâ mēte usurpanda.

Lenem tēdamq; esse expedit.

* Sic tamen ut aperta supplicia non damne, cum Ecclesia iudicat expedire.

In Apol. cap. IV.

Tertull. Apol. c. VII.

Seneca De Irâ, lib. II.

Q V A M D I V turbatores coerceri sine maiore turbâ possunt.] *Hac exceptio & quasi limēs est, quo priora illa signo. An seueritatem indefinitè semper Principi predicem? non possum. Cogunt sæpe diuerfas inuenire medicinas, variorum experimenta morborum, dixit in hac ipsâ re Augustinus.*

Sistendus interdum Legum cursus.

II. Remac.

PAG. 81.

Curiositas nostri aui.

Theologia prophana-sio.

Apud Græcos inferiores idem.

FATALIS est ista ingeniorum scabies.] *Ita loquor. quia velut à calo & ut dixerim, astro aliquo est hac pestis. Atque ut corporum quidam morbi certis temporibus interueniunt: sic nunc iste animorum. Viri, femina, senes, pueri, quasi uncus ludunt & lasciuunt: eoque veniunt, ut pro parum sano sit, qui non sic insanit. Mysterium Theologia erat, facta est populare oblectamentum. Vis imaginem clarum horum temporum? Nicephori Gregora ista lege. Apud nos etiam opificibus effusa sunt arcana Theologiæ, atque ita omnes inbiant ratiocinatiunculis & sermonibus syllogisticis, ut herbæ & pascuis armenta. Et illi, qui de rectâ fide ambigui sunt, & qui nec quomodo credendum sit sciunt, nec quid sit illud quod credere se dicunt; illi inquam & fora & porticus, & theatra omnia Theologiâ compleuerunt. neque solem hunc testem facere impudentiæ suæ reuerentur. Quomodo autem non sit absurdissimum, olim quidem cum floreret Gentiliû dogmata, ordinem aliquem fuisse, & arcana quæ Delforum Theologis commissa erant, nulli alij vel edicere vel indagare licuisse, siue is Plato, siue Socrates, aut alius sapientiâ celebris fuisset: apud nos verò, qui purum pietatis mysterium profiteamur, ita profanari res diuinis, & omnibus, qui de Theologiâ disserere volunt, id licere suo te arbitrio & suffragio: iam disidia & ambitionem qua inter capita sectarum & duces, pulchre*

Hist. Ant.

lib. vi.

pulchrè idem exprimit & deplorat. Factionum verò Principes inter se digladiabantur, & linguas contra sese mutuo armabant, non zelo diuino, sed iracundiæ impetu ducti. Nam qui secundum Deum est zelus, à supernâ potentiâ dependet, & diuinâ quadam ac moderatâ concinnaque ratione gubernatur. Qui verò mentis suæ fores ambitioni aperiunt, ij non vident zelum suum in æmulationem & odium conuerti, & pro frumento, vuâ, ceterisque bonis fructibus, spinas & tribulos in hoc agro produci. Hæc autem sunt lites, ab animo non satis instituto profectæ, & aduersariarum orationum certamina. *Hæc in Graciâ olim fuere. quando? cum paullo post ruit. Nos quid aliud expectemus, nisi malis errationibus finem facimus?*

Partes & factiones.
Odia zelus velantur.

Anus ad armillum, Diodorus ad illud. Si fatalis, inquit, ista scabies, cur punis? Nam fato nulla humana vis aut mens resistit. *Pueri in scholis respondeant, Fatali sceleri fatales quoque esse pœnas. Nexa hæc inter se & deuincta. Quamquam aliâ mente hoc à nobis dictum, & absit vt scelera aut errores velimus esse à Fato vel astris. Sed alterius ista loci sunt.*

Alloyesia Diodori.

VT disputare omnes malint, quàm viuere.] *Disputatio- nes ergo damno? nõ: si in loco, si inter idoneos, si cum modo usurpata. Locum censeo, Scholas, Academias, Collegia, Idoneos, rerum sacrarum & Philosophia item peritos. Modum, vt contentio & nimia subtilitas absint.* Nec enim quidquam minus conuenit, quàm subdola ista calliditas, animis conantibus magna. *Sed in publico & in populo Disputationes omnes valde improbem. Primum, quia per eas excitantur ad nouitates multi & pruriunt.*

*Vbi, à quibus, & quantum, disputandum. Publica & populares disputationes, noxia. Nisi Principi aut iis qui præsumunt, obcaussat, aliter videtur. Sisinny consilium. † rias iudicis ratiõ ualens. * Mens refractaria semper In doctorum hominum, & nolunt vel cedere veris. Androniciu disputationes d'innat, aut subri- les inquisitiones.*

Humanum genus est auidum nimis auricularum, ait poeta. *Deinde, quia Sisinny consilium (in re quidem istâ religionis) mihi probum, viri disertis, rerum vsu periti, in litteris sacris eruditi, & summi item philosophi. Nam hæc elogia illi dant scriptores. Is igitur Theodosio aiebat: Disceptationes non solum non reconciliare schismata, sed hæreticos præterea ad contentionem magis accendere. Idcirco concertationes Dialecticas vitandas, testefque adhibendas tantum † Formulas fidei à veteribus editas. Antiqua enim & antiquos si reijciunt, quæ ratio aut argutia eos vincet?*

— • αὐτὸ ἀπερίφρατον νόος ἀνθρώπων
Δύσμαχος, ἔδ' ἰθὺλοσι καὶ ἀτρεκέεσσι πιδέει.
Andronicus igitur Imp. sapiens. qui tantum abfuit vt morem tunc & nunc receptum de diuinis dogmatibus differendi probaret, aut de Deo nouum aliquid vel dicere vel audire vellet (etsi ipse rerum diuinarum peritissimus:) vt Nouarum Patrarum Episcopum *Euthymium* virum eruditione clarum & *Iohannem Cinamum,*

Seneca ep. l. i.
Lucret.
Socrat. Eccl. hist. v. cap. x. & Alij. Socrat. lib. vii. Eccl. Hist. cap. xii.

Oppian.
Nicetas Choniæ.

in ta-

in tabernaculo suo contra Lopadium differentes super isto, PATER MAIOR ME EST, non solum obiurgarit, sed etiam abiecturum se in præfluentem amnem Rhyndacum seridò minatus fit, nisi desisterent talia loqui. Sed & Turca & Moschi hac parte sapiunt: apud quos de religione sacrisq̄, disputare, capitale est.

Scripta non passim edenda.

DISPUTATIONI asidet contentiosa aut curiosa Scriptio, qua ipsa factionum saepe causa & fomentum. Tollatur. Quomodo? Primum, nequid edatur sine idoneâ approbatione aut consensu: quod

Platonica proba lex.

Plato palam requirit in rep. benè constitutâ. Τὸν ποιητήν, αὐτὸν παρὰ τὰ τῆς πολιτείας νόμους. καὶ δικαιοσύνη καλὰ, ἢ ἀγαθὰ, μηδὲν ποιῆν ἄλλο. τὰ δὲ ποιήματα μὴ εἶναι τῶν ἰδιωτῶν μηδὲν ἄλλοτερον διακινῆσαι, ἢ ἂν αὐτοῖς τοῖς πλεῖστοις ἀποδεδιγμένοις κριταῖς καὶ τοῖς νομοφύλαξι διαχθῆναι καὶ ἀρεσθῆναι. Poëta præter ciuitatis leges & iura, item honesta & bona, nequid componito. & quod composuerit, necui priuatorum antè ostendere fas esto, quàm iudicibus super hac re constitutis Legumq̄ custodibus ostensâ ea approbataq̄ue. Secundò, ut

Lib. vii. De Leg.

Edita quædam tollenda.

si quid aliter editum, tollatur. Factum semper in scriptis impiis. ut in illis Protagora: de quibus Laertius: Κατὰ βιβλία αὐτῆς κατήκουσαν ἐν τῇ ἀγορᾷ, ὑπὸ κήρυκα ἀναλεξαμένοι παρ' ἑκάστου τῶν κειτημένων. Et libros eius in foro combusserunt, per præconem eos à singulis qui habebant colligentes. Valerius de Nympa libris: Eos quia aliquâ ex parte ad dissoluendam religionem pertinere videbantur, L. Petilius Prætor urb. ex auctoritate Senatus, per victimarios igne facto in conspectu populi cremauit. Et testimonia plura sunt, etsi aliquando cum saluberrima rei abusu.

In Protag. Lib. i. ca. i.

Curiosi in religione, mali.

ACVLEONES vbique & Curiones.] Quos ego quidem detestor: utique in istâ re, qua simplicissima, & Fidem non rationem ducem habet. Assentiendum hic, non quarendum. Plato mecum: τὸν μέγιστον θεῶν καὶ ὄλων τῶν κόσμου φαμέν ἔτι ζῆτιν δεινὸν, ἔτι πολυπραγμοῦν, τὰς αἰτίας ἐρευνῶντα, ἔτι γὰρ ὁδοῖον εἶναι: Maximum illum Deum, & vniuersum Mundum dicimus neque inquiri oportere, nec curiosè satagere causas scrutantes. neque enim fas esse.

Lib. vii. De Legib.

Multitudo peccantium pœnam tollit aut mitigat.

HORVM quanta multitudo!] Et idè iure mitigas aut differas pœnam. Seneca: In singulos seueritas Imperatoris distinguatur, at necessaria venia est, vbi totus deseruit exercitus.

Lib. i. de Ira. cap. x.

Temporum habenda ratio.

AN NON fas tempora paullisper Principi inspicere?] Ego censeo: nam honestè cedit, qui temporì cedit. Plures veterum Principum fecère (Ecclesiastica Historia docebunt) tum maximè Valentinianus. De quo ista Ammiani fant: Valentinianus hoc modè moderate Principatus inclaruit, quòd inter religionum diuersitates mediùs stetit, nec quemquam inquitauit, neque vti hoc coleret

Lib. xiii.

Valentiniani moderatio.

tur im-

tur imperavit aut illud, nec interdictis minacibus subiectorum cervicem ad id quod ipse coluit, inclinabat, sed intemeratas reliquit has partes ut repperit. Idem aut simile Constantius, Theodosius, alij: & nonne nuper in Germaniâ Carolus quintus? De cuius factis qui calidè aut protervè pronunciat, iniuriam facit maximo Principum à multis retrò annis.

* Nota Diodore. nō instituit.

OMITTERE dico in tempus.] Non ut eos fallas, aut si dem in occasu unculâ frangas: (indigna hac alio rectoq; nostro Principe:) sed ut interea cures, verbis factisq; benignè ad meliora traducas. Nonne Princeps semper potest? utinam intellegat! per honores, premia, pecuniolam, imò per spei solius auram, etiam pertinacissimos ad se trahet. Atqui huic rei quies & pax danda, & species aliqua honesti Transfugij. Hac concilia Christiani Principes ante aliquot annos si audissent, iam in Asiâ & Africâ volitarent victricia nostra signa.

Pax adreducendos facit.

Itemq; promissa, aut premia.

Damnosa regibus civica hac bella.

Heu, quantum terræ potuit pelagique parari, Hoc, quem ciuiles hauserunt, sanguine, dextræ!

Lucan. I.

ISTOS ab atrâ bile Dies plerumque sanat & Quies.] Deferuescunt enim animi paulatim: & affectum veritas ac ratio vincunt. Sicut autem musto tempus dandum est, ut despumet: sic animis, uti faces illas eiiciant opinionum. Medici aiunt Melancholicos morbos (nos sensimus) medicinâ omni efferari: idem in isto est, quem verè μελαγχολίας dixeris & Imaginosum quemdam animi morbum. Princeps ille medicorum: χρόνος ἐστὶν ἐν ᾧ καιρός: καὶ καιρὸς ἐν ᾧ χρόνος ἀκρίσι χρόνω, ἐστὶ δὲ ἡνίκα καὶ καιρὸς: Tempus est in quo Occasio: & Occasio in quâ Tempus. Medela Tempore, est etiam vbi Occasione contingit. Qui potes, cape.

Erroris paulatim exuuntur.

Hipp. in Præcept.

NATURA contumax est humanus animus.] Et praesertim in re hac sensuum, cum opinio accessit pietatis. Clamant enim quod olim Achaorum ille Prator: Veremur vos Romani, & si ita vultis, etiam timemus: sed plus veremur & timemus deos immortales. Itaque cottidiè vides. Torque, occide: quasi quadam dulcedine ac nectare ebrij cuncta contemnunt: & eo veniunt, ut dum mori post mortem timent, interim mori non timeant. Si pro verâ pietate, ô constantiam! si pro eius specie, ô peruicaciam! Sed concludo hunc locum Galeni verbis: Οὕτως ἀεὶ δυσαισθητόν τι κακόν ἐστιν ἢ πλεῖς τὰς αἰρήσεις φιλοπνία, καὶ δυσαισθητόν ἐν τοῖς μάλιστα, καὶ ψώρας ἀπάσης δυσαισθητόν: Adeo contentio hæc circa Sectas malum est, quod nec auertas faciliè nec eluas, idque omni scabie insanabilius.

PAG. 78.

In religione reperiuntur.

Lycortas apud Litiuū xxxix. Amob. I.

Minur. Fe. Ex in Oct.

Lib. I. De natura lib. facult.

PAUCA, ut opinor, in hoc Capite mihi dicenda sunt. Dere non lubet hoc tempore : in te, non est opus. Pleraque enim probas, & post fella gustas nunc meos fauos. Tamen hoc miraris, quomodo Mors & Vita in uno ore habitent; & qui antea gladios & ignes loquebar, nunc rosas & mulsa. Si res & tempora distinguis (quod serio feci:) non miraberis. atque adeo mirum erit te hoc posse mirari.

Frustra à τινι ἐπιεικώς accusatur.

Vocula; vix, Latini quoque negat.

Verbulum, vix, in margine valde te torquet. Scin' quid eo facias? abige & ejce, per me licet. Velim tamen Latinaris phrasis paullo magis te esse peritum.

Domi libertas & imperium.

QUI ESCO domi & fileo.] Quisque autem domi sua imperat; si rectè olim Telemachus:

Αὐτὰρ ἐγὼν οἰκοιοῦν ἀναξίεσσι ἡματιέοιο.

Odyss. 2.

PAG. 81.

MENTIVM rex Deus est.] Ambigere nemo potest. tamen quia par sententia fortiter expressa à vetusto Indorum Philosopho Calano : lubet adicere hac ex epistolâ eius ad Alexandrum Magnum. Φίλοι παῖθες, inquit, χεῖρας καὶ ἀνάγκη προσφέρειν Ἰνδῶν φιλοσόφοις, εἰδ' ἐν ὑπνω ἐωρακότις τὰ ἡμέτερα ἔργα σώματα γὰρ ματίσεις ἐκ τόπων εἰς τόπον ψυχὰς δὲ ἔδυνασται ποιεῖν ἂ μὴ ἐβίονται * ἢ μάλλον πλὴθους καὶ ξυλαφωγῆ ἀφείναι. ἐκ ἐπι βασιλεύς ἐπι ἀρχων, ὅς ἀναγκάσει ἡμᾶς ποιεῖν ἂ μὴ προαρκεῖσθαι. Amici suadent vti manus & vim adferas Indorum Philosophis, qui nec per somnium nostras res viderunt. Corpora enim de loco in locum transferes: animos non coges quæ nolint, facere: aut citius lapides & ligna vocem emitte. Non est Rex aut Imperator, qui adigat nos facere ea quæ non decrevimus.

Menti præter Deum, nemo imperat.

In libro Philonis: Quod omnia probus, liber.

Modestia Gothici Regis.

QUIS enim imponat mihi necessitatem.] Qua eadem mens Theodahadi regis fuit: Cum diuinitas diuersas religiones esse patiatur, nos vnam non audemus imponere. Quod si regum non est, religiones pro arbitrio imponere: quanto minus priuatozum?

Calliod. lib. x. Var. c. xxvi.

Preces ad Deum non ficta.

SVMMS ille Rex regum rogandus (ego ex animo facio) vti hoc miserabili auro aut errantium animos sanet, pertinaciam tollat: aut ipsos reges, benignos mitesq; faciat, & qui sciant sentiantq; homines, in quantum homines sunt, emendandos esse potius quam perdendos. Sit feruor eorum cum prudentiâ, severitas cum clementiâ, actiones cum salute civium coniunctæ. Audi nos Deus: in cuius manu est cor Regis, & velut riuus aquarum, quocunq; voles, inclinas illud.

Augustinus

Prop. xii.

IN
ADMONITIONEM
DIODORI.

DEFUNCTVM me putabam: ecce unum adhuc capitulum in hac hydrâ. Admonitio concepta est in fine ad Imperatorem, Reges, Principes: in quâ velut uno fasce complectitur & recolligit calumnias omnes siue probra. Videamus breuiter.

Ait, clarè & verè iam à se ostensum; Periculosum esse duci à cæco duce.] Id quidem vel cæco appâret, aiebat olim Philippus. A cæco duci, citra controuersiam, periculosum est: sed ille quis? qui dicit, an in quem dicit?

Appellasse & nominasse me cærimonias factas.] Quid de iis sentiam, lib. 1. satis dixi. At vsquam ita à me appellatas, non docebis.

Homer. Odyss.

— * Τί σὲ χρὴ τοῖον ἑόντες.
Μαψιδίως ψεύδιος;—

* Quid opus te, talis cum sis; Mentiri asfiduè?

Nusquam vel verbulo Principi à me designatam Christianam veritatem.] Nego. & feci clarè lib. 1. in suo loco, ubi de Sensu & Cultu diuino scripsi: Vtrique rei vera lux à sacris litteris. Copiosius aut vberius, non fuit huius instituti.

Sumptu publico me hîc sustentari.] Ita est. sed nec grandî nimis, nec inuidendo. Et tamen si oneri sumis, imus.

Pifidas.

Librum hunc meum suspecta facere omnia in Europâ, & præsertim in Galliâ posse.] Suspecta? pacata, pacata, mi homo: & id qui paci hostes sunt, sciunt. Tibi tamen pro vigilantîâ gratias debemus, quod *Ταῦτα ὡρῶ πολλῆ τῆ δὲ πῖρα σὺ βλάπτεις.*

* Hæc autè multò per dioptrâ prospicis.

Velle me in tempus religiones plures admitti, mox qui adhærent omnes è medio tolliatque interfici.] Planissimè. Omnes, omnes: à caluo ad caluum. Vbi tamen hoc scripsi? • κακοδαιμονίας, ἢ ἂ ὁδεσπια.

* Furie te agitant ô homo.

Docere me fidem fallere, nec promissa seruare.] Méne? qui nihil magis quàm Fidei partes & sacra stabiliri?

— * σὺ δὲ μαίνας ἐκ ἐτ' ἀνεκτῶς.

Homer. Odyss.

* Tu iam non tolerabiliter infanis.

Voluisse se hoc Opere omnibus prodesse, nec lædere vel ipsum Lipsium.] Quid volueris, nescio: quod non læseris, hoc scio.

Vt tela quadam in calum emissã, ire eò videntur, non euni: sic nos calumnia tua petunt, non tangunt. Preme, preme. ego, cum Pindaro,

• ἀβάπτιστος εἰμι, φελλὸς ὡς, ὑπὲρ ἕρκος ἄλμας.

*Immerfabilis sum, sicut suber super maris ictum.

Non acriter aut asperè se mecum egisse.] *Mimus mihi insurrat:*

Malus vbi bonum se simular, tunc est pessimus.

Publ.

Tamen de acrimoniã, fateor, nihil es eã vsus. Ante hac putabam tibi esse cornua: nunc agnus es. balas tantum.

Imò alios iudicatuos, quòd nimis leniter.] *Habeo itaque gratiam. nam*

Pol, siquidem

Plant. Mil.

Connixus esses, per corium, per viscera,

Perque os elephanto brachium transmitteres.

At hic indiligenter fuisti. Ego autem, mea Salus, vitam tibi debeo, & CLEMENTIÆ tuæ Aram.

Omnia quæ scripsit, vera esse, idque se certò scire.] *O confidentiam! hoc tamen nemo tibi creder, qui cerebrum in capite, non in calcaneis gestat. Multa stolida & vana in hoc auo lægi:*

• τῆτό γ' ἐς ἰν ὑπερβολὴν μαγίας.

*Istud verò est culmen omnis insaniz.

Nihil se in verbis meis exasperasse, sed omnia candidè, puriter, & ex merâ veritate protulisse.] *Tu candidè? qui me calumniis & mendaciis ubique oneras? qui ex professò in toto scripto aliam sententiam mihi affingis? omnia ad popularem invidiam despectus, & torques: O pectus niueum! ô germen reliquũ prisca probitatis!*

Non hercle apluda est hodie, quàm tu nequior.

Nævius.

Postremùm, Seriò considerandum iis esse quorum interest, annon expediat, imò necessum sit, Latinam SITVLAM conscribi atque effundi: vt scintillæ huius latè sparsi incendij vbique gentium exstinguantur.] *Consideravi ego: & ita censeo, Prorsus id necessarium, eque republica esse. Hoc amplius, vt tuus iste liber (nam tu per verecundiam significas magis, quàm expromis) in Latinam pluresque alias Linguas transferatur, excudatur, per omnia opida, fora, conciliabula, diuidgetur, in bibliothecis locisque publicis reponatur, & contra casus mortalitatis (exemplo Imp. Taciti, qui scriptori suo gentili honorem hunc habuit) quotannis renouetur: vt hoc modo clara aeternaque apud omnes gentes sit*

SAPIENTIA DIODORI

HABES,

Varro. HABES, qua visum mihi in tempore respondere, atque ad eò ex-tempore. Speramus nihil omissum, quod propriè ad rem faciat: siquid est, erit me insciente. Quamquam aliqui nemo reprehensus est, qui è segete ad spicilegium reliquit stipulam. Alius si volet, tollet. De Religione aut Rep. qua multa & ambitiosè miscuisti, non sum rescutus: quia aliena sunt: quia pro ingenio nostro non sunt; qui haud procaciter inter hos sinus & scopulos nauigamus. denique quia risimus tam grauitè ea à te dicta. Cleomenes olim Sparta rex, Graculo cui-dam multa de Fortitudine differenti, aures non prauit, & auertit. Illo mirante, Quia enim, inquit, si Hirundo hac diceret, idem quod nunc facerem, atque affatim riderem: sin autem Aquila, darem ei libenter mentem & aures. Simile in te Diodore. quem tam seridè & cum affectu de utraq; differentia videmus, qui sciamus quo modo in utramque sis affectus. Siquid autem hic aut alibi in te lusi, siue ieci (quod modicè à me factum & districtè:) ignosces: & feres aquo animo, tu lasciuius ille Prouocator, pauca non conuicia nostra, sed dicta. Quod si responsura eorum paras: facito. sed iam ante edico: abbas tibi quare pacem. Non ultra tecum componor: nec contra Retiarium ferula me delectat. Quis etiam finis? erit, quod dicitur, Thuscum iurgium, & per eandem lineam assidue reciprocabimus ferram. Bonus cordatisq; viris satis diximus: tibi ipsi satis. Cede, cede: Bonum est à veritate vinci. Disce, disce: Nulla ætas ad perdiscendum sera est. Erubescat senectus, quæ emendare se non potest. Non annorum canicies est laudanda, sed morum.

Menander. Οὐχ αὖτε ἔτι καὶ ποῖσιν αἰ λελυκὲν φρονεῖν.
 Quod si aliter tibi visum, fiat. si tamen,

*Cani capilli haud afferunt prudentiã.

ORDINES,

vobis ita visum: quos ego censeam utriusque nostrum stilo & calamo interdixere, in hunc quidem usum. Non semper debent esse SATURNALIA. Tu Diodore aternum mihi salue.

FINIS.

A P P R O B A T I O.

POLITICORVM IVSTI LIPSI *libros,*
ab auctore ipso probè recognitos, unà cum Notis,
prælo dignos censeo. Louanij XII. Calendas Octo-
bres, M. D. XCIII.

Henricus Cuyckius, D. Petri Louanij Deca-
nus, Academiae Cancellarius, & Pontificius
ac Regius librorum Censor.

P R I V I L E G I V M C Æ S A R E V M .

RVDOLPHVS SECVNDVS diuina fauente clementia electus Ro-
 manorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ,
 Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclauoniæ Rex, Archidux Austriæ, Dux
 Burgundiæ, Stiria, Carinthiæ, Carniolæ & Wirtembergæ, &c. Comes
 Tirolis, &c. Nostro & Sacri Imperij fidei dilecto I V S T O L I P S I O gra-
 tiam nostram Cæsaream. Postquam inter alia, quæ DEVS immortalis ho-
 minibus liberali manu dedit dona, illustria inprimis illa & quasi diuina
 sunt, quæ in litteris liberalibusque disciplinis consistunt, quibus scilicet
 homines non tantum ab animalibus ceteris rationis expertibus, sed à rudi
 etiam & imperito hominum vulgo ita distinguuntur, vt tanquam Dij qui-
 dam splendescere in terris videantur: rem sanè præclaram seque dignam
 illi præstant, qui diligentem iis ipsis in litteris ac disciplinis operam ponunt,
 præclarissimam verò & Reipub. vtilissimam, qui eas ita excolunt, vt alio-
 rum menti docendo, scribendo lumina præferant, eosque ex ignorantia
 tenebris quasi manu educant. Quos excitare, quos amare atque animare
 ad dignitatis nostræ munus, ad quod Diuino vocati beneficio, concessu-
 que sumus, inprimis pertinere existimamus. Cùm itaque ab iis, quorum
 nobis spectata fides, qui que iudicare de Litteris possint, acceperimus, in-
 signeste animi ingenii que tui dotes tibi à natura insitas à primis temporibus
 ætatis tuæ ita litterarum ac disciplinarum studiis excoluisse atque ex-
 ornasse, vt olim iuuenilibus adhuc annis præclara florentis minime que
 vulgaris eruditionis specimina præbueris, dum obscura in antiquis scri-
 ptoribus loca, quæ quædam tanquam lustra erant, illustrasti, quæque in iis
 iniuria temporum deprauata & corrupta fuerunt, restituiisti, dum vetusta
 Latina antiquitatis rudera in nouam subinde structuram singulari artificio
 eleganter conuertisti: ad exquisitam adeò & raram doctrinam, quæ ma-
 gnam de te apud doctos quosque viros opinionem excitavit, peruenisse,
 eamque variis ab te libris acri & graui cum iudicio scriptis atque in lucem
 editis ostendisse, vt in eo quod tam feliciter tractes descriptionis genere pau-
 cos tibi pares hodie reperire sit: iam verò matura te ætate virum, viro
 magis magisque digna, & viris doctis grata ac Reipub. vtilia scribere, quæ
 que à primis illis Romanis olim auctoribus scripta fuerunt, à mendis pur-
 gare, & lectissimos quosque ex Musarum hortis, in quibus assidue verseris,
 flores colligere, concinnare, quibus Lectores mirifice recrees, & eo-
 rum pectus ad prudentiam, probitatemque informes: haudquaquam præ-
 termittere voluimus, quin Reipub. ad quam hæc abs te ornamenta con-
 feruntur, causa, Cæsareo te nostro elogio decorandum, & quamuis per te
 satis ipse animatus sis, animandum magis patrocinioque nostro defen-
 dendum pro benigna nostra in te susciperemus voluntate. Quoniam ve-
 rò lucubrationibus atque operibus tuis in lucem edendis, peculiarem te
 eligere velle Typographum, accepimus, Diplomate hoc nostro priuile-
 gioque te & Typographum tuum aduersus quorumcumque fraudem, qui
 lucrû causa, quod fieri solet, eadem excudere aut typis imitari fortè velint,
 munitos cupimus. Quamobrem pro auctoritate nostra Cæsarea decerni-
 mus,

mus, statuimus, vetamusque, ne quis Typographorum, Bibliopolarum, aut aliorum, qui librariam negotiationem exercent, eos libros, quos tu editurus es, quocunque modo, caractere, aut forma, siue integros, siue aliquam eorum partem typis imitari, edere, excudere, aut venundare intra sacri Romani Imperij, Regnorumq; ac Dominiorum nostrorum hæreditariorum fines triginta annis proximis à primo editionis die computandis, absque tuo tuorumve hæredum consensu audeat: Hac autem lege addita, uti tria ut minimùm cuiusque libri exemplaria, quemadmodum moris est, ad Imperialem nostram Cancellariam mittantur. Si quis verò edictum hoc nostrum transgredi, violare, aut contemnere deprehensus fuerit, eum non solùm eiusmodi libris, tibi, hæredibusve tuis, auxilio Magistratus, ubicunq; reperti fuerint, vendicandis, priuari, sed triginta etiam Marcharum auri puri mulcta, cuius semissis quidem Fisci nostri Procuratori, fraudis vindici: alter verò semissis, tibi hæredibusve tuis pendatur, puniri volumus. Mandantes vniuersis & singulis nostris & sacri Romani Imperij subditis & fidelibus dilectis, tam Ecclesiasticis quàm Politicis, cuiuscumque status, gradus aut ordinis extiterint, præsertim verò iis, qui in Magistratu constituti, vel suo vel superiorum suorum loco aut nomine, ius dicunt, iustitiamue exercent, ne quemquam hoc Priuilegium nostrum impune violare, spernere aut negligere patiantur: Sed, si quos contumaces compererint, constituta à nobis mulcta, eos puniri & quibuscumque modis coerceri curent, nisi & ipsimet grauissimam nostram in se conuertere indignationem velint. Id quod hoc Diplomate, manu nostra subscripto, & Cæsarei nostri sigilli impressione munito, confirmamus. Datum in arce nostra Regia Pragæ, die prima mensis Augusti. Anno Domini Millesimo, Quingentesimo, Nonagesimo secundo: Regnorum nostrorum Romani decimo septimo, Hungarici vigesimo, & Bohemici itidem decimo septimo.

Subsign.

RVDOLPHVS.

Iacobus Curtius à Senfftenaw.

Ad mandatum sacra Cæsareæ M^{ti} proprium.

Io. Baruitius.

Additum sigillum Cæs. M^{ti} in cera rubra.